

Digitized by Google

Digitized by Google

STATUTES

OF THE

COLLEGES OF OXFORD;

WITH

ROYAL PATENTS OF FOUNDATION, INJUNCTIONS OF VISITORS,

AND

CATALOGUES OF DOCUMENTS RELATING TO THE UNIVERSITY, PRESERVED IN THE PUBLIC RECORD OFFICE.

ASTOR LIBRARY NEW YORK

PRINTED BY DESIRE OF

HER MAJESTY'S COMMISSIONERS

FOR INQUIRING INTO THE

STATE OF THE UNIVERSITY OF OXFORD.

VOL. II.

PRINTED BY W. CLOWES AND SONS, STAMFORD STREET,
FOR HER MAJESTY'S STATIONERY OFFICE.

PUBLISHED BY

J. H. PARKER, OXFORD; AND
LONGMAN, BROWN, GREEN, AND LONGMANS, LONDON.

1853.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONTENTS OF VOL. II.

	Page
[8.] Magdalen College	i—132
Royal Patent	v
Statutes (1459)	5
Compositions and Visitors' Injunctions	98
[9.] Brasenose College	i—99
Royal Patent	iii
Statutes	1
Abstracts of Compositions	45
Visitors' Injunctions	68
Decrees of Principal and Fellows	86
Oath and Prayer	92
Commemorations	94
Preferments	96
[10.] Corpus Christi College	i—135
Royal Patent	iii
Statutes	1
Injunctions, &c.	120
[11.] Cardinal and King Henry the VIII.th's Colleges	1—211
Royal Patents	4
Statutes of Cardinal College	11
Statutes of Cardinal College (1527)	149
Statutes of King Henry VIII.th's College	185

Digitized by Google

STATUTES OF MAGDALEN COLLEGE,

OXFORD.

Digitized by Google

PREFACE.

THE Statutes of Magdalen College were given by the Founder, William Waynflete, Bishop of Winchester and Lord High Chancellor of England, in the year 1479.

The text now printed, with the Visitors' Injunctions appended, is taken from a Manuscript in the Bodleian Library; corrupt passages having been corrected by collations with the Harleian MS., 1235, and the Hargrave MS., 148, in the British Museum. Of these, the former was copied in the year 1677, and the latter, which is attested by the subscriptions of the President, Vice-President, Deans, and Bursars, in the year 1720.

Digitized by Google

ROYAL PATENT OF FOUNDATION OF MAGDALEN COLLEGE, OXFORD.

Patent Roll, 26 Henry VI., p. 2. m. 33.

De aula fundanda pro Episcopo Wintoniensi. Rex omnibus, ad quos, &c., salutem. Sciatis quod nos, ad laudem, gloriam et honorem, omnipotentis Dei, Patris, et Filii et Spiritus Sancti ac intemeratæ et beatissimæ Virginis Mariæ, matris Christi, necnon beatæ Mariæ Magdalenæ, extirpationemque hæresium et errorum, augmentum cleri, decoremque sacrosanctæ matris Ecclesiæ, cujus mysteria personis sunt idoneis committenda, quæ, velut stellæ, in custodiis suis lumen præbeant, et populos instruant doctrina pariter et exemplo, de gratia nostra speciali et ex mero motu et certa scientia nostris, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis, hæredibus et successoribus nostris, quantum in nobis est, venerabili in Christo patri Willielmo Waynflete Wintoniensi Episcopo, quod ipse, ad laudem, gloriam et honorem Dei et dictæ beatissimæ Virginis Mariæ, matris Christi, ac beatæ Mariæ Magdalenæ prælibatæ, quandam aulam perpetuam eruditionis scientiarum sacræ theologiæ et philosophiæ, de uno Præsidente et quinquaginta scholaribus graduatis, aut pluribus vel pauciori-bus, secundum loci vel aulæ illius exigentias et facultates augendis vel minuendis, easdem scientias addiscentibus, juxta ordinationes et statuta inde per ipsum Episcopum in hac parte condenda, statuenda, facienda et stabilienda, in Universitate nostra Oxoniæ, erigere, fundare, facere et stabilire, possit, perpetuis futuris temporibus duraturam. Ac quod idem Episcopus idoneam personam quamcunque ecclesiasticam in Præsidentem et pro Præsidente ipsius aulæ, necnon alias personas, ei grato animo adhærentes, scholares ejusdem aulæ per ipsum Episcopum ad hoc eligendas et assumendas, secundum ordinationes et statuta inde per eundem Episcopum facienda, regendas, corrigendas, privandas et amovendas, præficere, creare et ordinare, valeat. Et volumus et concedimus, per præsentes, quod prædicta aula, cum sic erecta, fundata et stabilita existat, Aula beatæ Mariæ Magdalenæ, vulgariter dictum *Maudaleyne Halle,* in Universitate Oxoniæ, imperpetuum nuncupetur. Et quod prædicti Præsidens et scholares et successores sui, Præsidens et scholares Aulæ beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ similiter imperpetuum nuncupentur. Iidemque Præsidens et scholares, et successores sui, per nomen

Digitized by Google

Præsidentis et scholarium Aulæ beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ, sint personæ habiles et capaces et perpetuæ in lege ad perquirenda et recipienda terras, tenementa, redditus et possessiones, quæcunque, tenenda eis et eorum successoribus imperpetuum : statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. Ac etiam quod iidem Præsidens et scholares et successores sui, per idem nomen et sub eodem nomine, placitare et implacitari possint in quibuscunque curiis, placeis et locis nostris, hæredum et successorum nostrorum, ac in curiis, placeis et locis, aliorum quorumcunque infra regnum nostrum Angliæ, secundum leges et consuetudines ejusdem regni ; et ad omnia alia facienda et recipienda, prout et eodem modo quo cæteri ligei nostri, personæ habiles et capaces, infra idem regnum placitant et implacitantur, ac faciunt et facere poterunt in curiis, placeis et locis, prædictis, secundum leges et consuetudines prædictas. Necnon quod prædicti Præsidens et scholares, et eorum successores, habeant unum commune sigillum, pro negotiis suis agendis imperpetuum serviturum. Et, ulterius, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis, hæredibus et successoribus nostris, per præsentes, præfatis Præsidenti et scholaribus prædictæ aulæ, qui pro tempore erunt, quod ipsi et eorum successores terras, tenementa, redditus et possessiones, quæcunque, tam temporalia quam spiritualia, licet de nobis teneantur in capite vel alio modo quocunque, usque ad valorem centum librarum per annum, tenenda eis et eorum successoribus imperpetuum, a quibuscunque personis, temporalibus vel spiritualibus, eis dare, concedere et assignare, volentibus, tam in escambiun quam in feodo seu perpetuitate, vel alio modo quocunque, adquirere et recipere : ac hujusmodi terras, tenementa, redditus et servitia, eisdem personis vel aliis quibuscunque, et eorum cuilibet, in escambium, in feodo, perpetuitate, vel alio modo quocunque, dare, concedere et assignare, possint ; et hujusmodi personis et aliis quibuscunque, et eorum cuilibet, quod ipsi terras et tenementa, redditus et possessiones hujusmodi, usque ad annuum valorem supradictum, præfatis Præsidenti et scholaribus prædictæ aulæ, qui pro tempore fuerint, et successoribus suis, in forma prædicta, dare, concedere et assignare, necnon hujusmodi terras, tenementa, redditus et possessiones, sibi, hæredibus seu successoribus suis, ab eisdem Præsidente et scholaribus, tam in escambium quam in feodo, perpetuitate, vel alio modo quocunque, acquirere et recipere possint vel possit; tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem. Nolentes quod præfati Præsidens et scholares, vel eorum successores, Præsidens et scholares prædictæ aulæ, qui pro tempore fuerint, aut præfatæ personæ, vel eorum aliquis, aut hæredes seu successores sui, ratione seu occasione præmissorum vel alicujus eorundem, per nos, hæredes seu successores nostros, justiciarios, Escaetores, Vicecomites, aut alios ballivos seu ministros nostros, vel hæredum seu successorum nostrorum, quoscunque, impetantur, inquietentur,

Digitized by Google

molestentur in aliquo seu graventur, impetatur, inquietetur, molestetur in aliquo seu gravetur; nec quod iidem Præsidens et scholares, seu successores sui, Præsidens et scholares prædictæ aulæ, qui pro tempore erunt, nec præfatæ personæ vel eorum aliquis, hæredes seu successores sui, prætextu alicujus statuti vel ordinationis ante hæc tempora editi seu ordinatæ, ad prosequendas penes nos, hæredes seu successores nostros, aliquas alias vel plures licentias nostri, hæredum seu successorum nostrorum, præter superius specificatam, aut aliquod breve de "ad quod dampnum," pro hujusmodi terris, tenementis, redditibus et possessionibus, in formis supradictis acquirendis, recipiendis, dandis, concedendis seu assignandis, minime teneantur seu teneatur. Sed ipsos et eorum quemlibet, tenore præsentium, realiter et in facto exoneratos inde omnino esse volumus per præsentes: prædicto statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut aliquibus aliis statutis sive ordinationibus ante hæc tempora editis, factis seu ordinatis, non obstantibus. Et hoc absque aliquo feodo, magno vel parvo, aut fine quocunque, nobis, hæredibus seu successoribus nostris, reddendo vel faciendo pro præmissis aut aliquo præmissorum: aliquibus statutis, ordinationibus vel actibus, in contrarium editis, factis, ordinatis seu provisis, non obstantibus. In cujus, etc. Teste Rege, apud Westmonasterium, vj die Maij.

Per ipsum Regem, et de data, etc.

Digitized by Google

STATUTES OF MAGDALEN COLLEGE, OXFORD.

TABLE OF CHAPTERS.

	Page
De numero scholarium, et electione Præsidentis	5
De electione Vice-Præsidentis	14
De electione scholarium vocatorum *Demyes*	15
De electione scholarium ad unius anni probationem, et eorum admissione in veros Socios	16
Juramentum admittendorum in veros Socios	19
De numero presbyterorum et aliorum ministrorum deservientium in capella; de officiis, servitiis et stipendiis, eorum	23
De Decanorum officio et eorum electione	24
De servientibus Collegii, et quod omnia ministeria fiant per masculos	25
De juramento presbyterorum, capellanorum, et aliorum ministrorum servientium in capella	26
De bursariorum electione et eorum officio	26
De senioritate Sociorum	27
De sustentatione et reparatione capellæ	28
In quibus Socii et scholares obedire debent Præsidenti, et in ejus absentia Vice-Præsidenti	29
De juramento scholarium admittendorum in Collegium nostrum ad annum probationis	29
De lectura statutorum, et scrutinio semel singulis omnis celebrando	31
De tempore assumendi sacros ordines	34
De disputationibus Sociorum et scholarium faciendis in dicto Collegio	34
Ex quibus causis communæ et distributiones aliæ a scholaribus et Sociis subtrahantur	36
De tempore assumendi gradus in qualibet facultate	36
De officio Præsidentis et ejus potestate	38
De portione Præsidentis	39
Quod Socii et scholares sine licentia non devillent	41
Quod non exerceant ludos inhonestos infra claustrum dicti Collegii, et quod venationes et aucupationes non exerceant	42
De correctionibus fiendis circa delicta leviora	43
Quomodo succurritur Præsidenti et Sociis ac scholaribus in infirmitatibus incidentibus	43

Digitized by Google

Page

Quomodo proceditur contra Socios et scholares Collegii super criminibus majoribus diffamatos 45
De lectura Bibliæ in prandio, silentio tenendo, et de Latino tenendo eloquio 45
De Sociis et scholaribus beneficiatis vel religionem intrantibus, seu matrimonium contrahentibus 46
De officiis lectorum et eorum electione 47
De senescallo communi aulæ singulis septimanis deputando . 49
De mensis Præsidentis, Sociorum et scholarium, et de modo sedendi in eisdem 49
De supervisione maneriorum et computi ministrorum Collegii . 50
De precibus, orationibus, horis, et aliis suffragiis, per dicti Collegii Socios et scholares dicendis 52
Quod non sint conspiratores, manutentores, seminatores discordiarum; et quomodo pacificari debeant dissensiones in Collegio memorato 55
Quod in majoribus Collegii negotiis et causis Præsidens requirat consensum Sociorum 57
De bonis et possessionibus Collegii non alienandis 57
De modo et forma procedendi contra Præsidentem criminosum, alienantem seu delapidantem bona Collegii, vel alio modo inhabilem 58
Quales expensas habebunt Socii qui missi fuerint in negotiis Collegii memorati 59
De extraneis non introducendis ad onus Collegii 60
De custodia librorum, ornamentorum, jocalium, et aliorum bonorum Collegii 60
De modo dicendi missas, matutinas, et alias horas canonicas, in capella Collegii memorati, et silentio tenendo in eadem, et ordine standi in choro 63
De portis et ostiis claudendis 68
De habitibus Sociorum et scholarium ac ministrorum capellæ, et de armis non portandis 69
De mora non facienda in aula post prandium 70
De communis Sociorum et scholarium 71
De dispositione camerarum 72
De sigillo communi et ejus custodia, et cistis communibus . . 73
De evidentiis, munimentis et aliis scriptis, secrete et secure conservandis 75
De magistro seu informatore grammaticorum et ejus hostiario . 76
De magistro seu informatore logicorum et sophistarum . . 78
De juramento scholarium Collegii nostri statim post quintumdecimum annum completum præstando 78
Compositio magistri Thomæ Ingeldew 81

Digitized by Google

Page

De visitatione Episcopi Wyntonieusis, per se vel ejus commissarios, in dicto Collegio facienda 84
Finis et conclusio omnium statutorum 86
Decretum pro discis Collegii conservandis 90
Decretum pro communis scholarium vocatorum *Demyes* . . 91
Decretum quibus festis solennibus Dominæ Præsidens potest accedere ad aulam, si voluerit 91
De communi annua vestium liberata 92
Compositio Magistri Jacobi Preston 98
Compositio Magistri Johannis Formam 101
Decretum quod nullus Socius vel scholaris dicti Collegii, per se vel per alium, pro officio Procuratoris prece vel pretio instabit. 103
Compositio pro domino Ricardo Fox, Exoniensi episcopo . . 104
Decretum pro incremento annuæ pensionis Vice-Præsidentis . 106
Decretum pro annua distributione quadraginta solidorum in anniversario domini Fundatoris 107

STATUTA COLLEGII BEATÆ MARIÆ MAGDALENÆ OXONIENSIS,

CONDITA MCCCCLIX.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, necnon beatissimæ Mariæ Virginis, gloriosæ beatæ Mariæ Magdalenæ, ac Sancti Joannis Baptistæ, beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli, necnon gloriosi Sancti Swythuni ac aliorum Sanctorum patronorum Ecclesiæ nostræ cathedralis Wyntoniensis, omniumque Sanctorum Dei, nos Willielmus Waynefleete, permissione divina Wyntoniensis Episcopus, de Summi rerum Opificis bonitate confisi, qui vota cunctorum in eo fidentium cognoscit, dirigit et disponit, de bonis quæ nobis in hac vita de suæ plenitudinis gratia tribuit abundanter, unum perpetuum Collegium pauperum et indigentium Scholarium, clericorum, in studio Universitatis Oxoniensis in diversis scientiis et facultatibus studere ac proficere debentium. *Seynte Mary Magdalen College in the Universite of Oxon* vulgariter nuuncupatum, ad laudem, gloriam et honorem, nominis Crucifixi, ac gloriosissimæ Mariæ matris Ejus, beatæ Mariæ Magdalenæ, et omnium Sanctorum præmissorum, sustentationem et exaltationem fidei Christianæ, ecclesiæ profectum, divini cultus liberaliumque artium, scientiarum et facultatum, augmentum, auctoritate regia ordinamus, instituimus, fundamus et stabilimus; prout in chartis et literis patentibus, supra ordinationibus, institutionibus ac fundationibus, ipsius Collegii confectis, plenius continetur. Unde nos, volentes aliqua quæ in præsentem nostræ occurrunt memoriæ facere, statuere ac etiam ordinare, quæ dicto nostro Collegio, scholaribus, clericis et personis aliis, ac possessionibus et bonis ejusdem Collegii, necnon salubri regimini eorundem, necessaria et utilia reputamus, et quæ doctrinam, incrementum et profectum ipsorum respicere dignoscuntur, Christi nomine primitus invocato, ad futuram et perpetuam rei memoriam ad ea procedimus, in hunc modum.

College of poor scholars.

De numero scholarium, et electione Præsidentis.

Inprimis siquidem, ut Sacra Scriptura seu pagina, scientiarum omnium aliarum mater et domina, sua liberius dilatet tentoria, et cum ea utraque militet philosophia, præfatum nostrum Colle-

Establishment of a President and forty poor scholars for the

Digitized by Google

study of theology and philosophy.

gium Oxoniæ in et de numero unius Præsidentis et quadraginta pauperum et indigentium scholarium, clericorum, in dictis scientiis studere debentium, subsistere statuimus et etiam ordinamus, et sic ipsum volumus, Deo propitio, perpetuo permanere. Præter quem numerum, sint alii triginta pauperes scholares, vulgariter vocati *Demyes*, grammaticalia, logicalia et sophisticalia, diligenter addiscentes. Et ut cultus Dei, a quo cuncta bona procedunt, amplius augeatur et melius sustentetur, volumus quod, præter dictos numeros scholarium, sint etiam quatuor presbyteri capellani, octo clerici, sexdecim choristæ capellæ dicti Collegii, in divinis servitiis deservientes. Proviso quod de dicto numero quadragenario, ex speciali providentia Præsidentis, Vice-Præsidentis, Decanorum, et trium aliorum seniorum, duo vel tres in jure canonico vel civili, alii vero duo vel tres in medicinis, quos ad hoc ipsi aptos habiles et idoneos decreverunt, studere poterunt. Præsidens vero omnibus scholaribus, Sociis, clericis, ministris, et quibuscunque aliis existentibus et degentibus in eodem, præsit, et Præsidens perpetuo nuncupetur; vir bonæ conversationis et honestæ, scientia, bonis moribus et conditionibus, approbatus, in spiritualibus et temporalibus discretus, providus et etiam circumspectus. Cujus nominationem, electionem et præfectionem, perpetuis futuris temporibus, statuimus, ordinamus et volumus, debere fieri sub hac forma; videlicet, quod cedente, decedente vel etiam amoto, Præsidente hujusmodi, vel alias dicto Collegio quoquomodo destituto Præsidente, infra duos dies immediate sequentes destitutionem hujusmodi, omnes et singuli Socii nostri Collegii prædicti in Universitate præsentes, per Vice-Præsidentem si præsens fuerit, vel eo absente vel alias impedito, per Socium simpliciter seniorem ipsius nostri Collegii, præmoniti, simul conveniant in capella dicti nostri Collegii, de die nominationis futuri Præsidentis fiendæ, ut convenit, tractaturi: quam nominationis diem, quam citius fieri poterit, infra quindecim dies ex tunc immediate sequentes continue numerandos, pro nominatione hujusmodi facienda, prædictus Vice-Præsidens vel dictus Socius statuat et præfigat, per literas citatorias et monitorias in valvis capellæ dicti Collegii figendas: proviso tamen quod Socios suos absentes, per duodecim dies a tempore præmonitionis in hoc casu fiendæ, priusquam ad futuri Præsidentis nominationem procedant, teneantur et debeant expectare. Quibus hujusmodi duodecim diebus transactis, in crastino convocentur per Vice-Præsidentem, vel ipso absente per Socium seniorem, ad capellam prædictam omnes et singuli Collegii nostri Socii præsentes; cujus quidem Vice-Præsidentis seu, ipso absente, Socii hujusmodi senioris vocationi omnes et singulos Socios antedictos parere volumus, sub pœna perpetuæ amotionis a nostro memorato Collegio, quam non parentes incurrere volumus ipso facto. Quam etiam pœnam omnes et singulos Socios, in nominationibus et electionibus quorumcunque officiariorum

Thirty Demyes for the study of grammar, logic, and sophistry.

Chaplains, clerks, and choristers.

Students in civil and canon law, and in medicine.

Qualities of the President.

Manner of his nomination and election.

Summons of Fellows.

Digitized by Google

interesse habentes, et effectualiter nominare seu eligere renuentes, incurrere volumus ipso facto. Exposita vero per eundem convocantem causa convocationis prædictæ, scilicet pro nominatione futuri Præsidentis facienda, pro Spiritus Sancti gratia in hac parte uberius impetranda, antequam ad nominationem procedant, missam de eodem Spiritu Sancto faciant inter se solenniter celebrari. Qua celebrata, statim legatur hoc præsens statutum plene et perfecte per Vice-Præsidentem, vel ipso absente per Socium prædictum seniorem, palam et publice. Deinde, ad nominationem futuri Præsidentis, exspectatorum, ut præmittitur, absentia non obstante, in forma infra scripta ulterius procedatur. Duo Socii nostri Collegii omnibus aliis Sociis seniores, quos scrutatores in ista nominatione esse voluimus, ac omnes alii Socii supradicti, tactis per ipsos et per ipsorum quemlibet sacrosanctis Dei Evangeliis, coram Vice-Præsidente prædicto, vel ipso impedito seniori Socio præsente, corporale præstent juramentum publice tunc ibidem, quod, postpositis omnimodis amore, favore, odio, timore, invidia, partialitate, affectione consanguinitatis, affinitatis, facultatis et scientiæ, necnon acceptione personarum et patriæ, et occasione quacunque precis aut pretii, cum omni celeritate qua poterint nominabunt unum vel duos de Sociis ipsius Collegii aut de illis qui aliquando fuerint ipsius Collegii Socii et ex causis licitis et honestis inde recesserunt, vel nominabunt unum vel duos de Sociis nostri Collegii beatæ Mariæ Virginis Wyntoniæ in Oxonia, vel de his qui quondam fuerunt Socii ipsius nostri Collegii, et ex causis recesserunt honestis. Ita, vero, quod nominent duos ex his prædictis Collegiis, vel ex altero eorundem, in theologia, jure canonico, civili, aut in medicinis Doctores, vel artium Magistros, quos in ipsorum scientiis magis idoneos, sufficientiores, discretiores, utiliores et aptiores ad subeundum, gerendum, faciendum et exercendum, Præsidentis officium, speraverint et firmiter crediderint. Necnon quod illos quos nominaverint sperant et firmiter credunt, quoad bonum et salubre regimen et diligentem curam ipsius Collegii, personarum, statutorum, ac bonorum ejusdem Collegii, terrarum, possessionum, et redditiuum, spiritualium et temporalium, et jurium eorundem, conservationem, plus posse proficere debere. Jurabuntque insuper dicti scrutatores, ante ipsum scrutinium, quod votum cujuslibet Sociorum prædictorum in ipsa nominatione diligenter et fideliter examinabunt; qui, ut præmittitur, examinati, coram dictis scrutatoribus sua vota secrete et sigillatim emittere et ea manu propria in scriptis redigere teneantur et debeant: ad quod etiam dictos scrutatores per duos proximos seniores, modo quo præfertur examinatos, arctari volumus et ordinamus. In quo quidem scrutinio, si contingat duas personas vota majoris partis omnium Sociorum tunc præsentium habere, senior dictorum scrutatorum, dicto scrutinio inter se communicato et fideliter calculato, ipsum scrutinium mox de hujusmodi

Nomination of two candidates.

Scrutators.

President to be elected from Fellows of Magdalen or New College.

Scrutiny of votes.

Digitized by Google

nominatis personis publicet in communi. Qua publicatione facta, illæ personæ pro nominatis habeantur. Si vero in dicto scrutinio in duas personas consensum non fuerit, ut præfertur, absque omni tumultu et contradictione iterum consimile fiat scrutinium; et sic deinceps per tres dies continuos. Quod si in tertio non concordatum fuerit, illi duo pro nominatis habeantur qui, scrutinio inter dictos scrutatores communicato, plures Sociorum nostri Collegii voces, partium comparatione numerum, habere inveniuntur. Si vero nulli duo plures voces simpliciter sed multi æquales voces numero habuerint, illi pro nominatis habeantur qui de habentibus æquales voces numero fuerint seniores; quod per seniorem ipsorum scrutatorem in communi publiceter. Qua publicatione facta, statuimus et volumus Vice-Præsidentem, vel ipso absente Socium simpliciter seniorem præsentem, convocare tredecim Socios seniores Collegii, ad efficacem et finalem electionem unius de personis nominatis, in Præsidentem assumendi et præficiendi. Quibus convenientibus, jurabunt omnes et singuli tredecim seniores prædicti, quod, postpositis omnimodis amore, favore, odio, timore, acceptione personarum et patriæ, ac partialitate facultatis et scientiæ, ac occasione quacunque precis aut pretii, quod cum omni celeritate unum de prædictis nominatis, quem in ipsorum conscientiis magis idoneum, sufficientiorem, discretiorem, utiliorem, et aptiorem crediderint ad exercendum Præsidentis officium, eligent, Vice-Præsidente nostri Collegii, vel, ipso absente, Socio seniore dictos tredecim et quemlibet eorum cum dicto juramento onerante, vel, si Vice-Præsidens de illis tredecim senioribus unus existat, per alterum seniorem simili juramento oneretur. Quo facto, scrutatores in prima nominatione scrutinium de votis prædictorum tredecim seniorum Præsidentem eligere debentium facere teneantur. In quo scrutinio, Socii Præsidentem eligere debentes vota sua pure, simpliciter et secrete, manibus ipsis scribere teneantur, ipsis scrutatoribus videntibus et auscultantibus. Et prædicti scrutatores, juramento simili præstito, sua vota scribant coram duobus senioribus post eos proximis, pure, simpliciter et secrete. In quo quidem scrutinio, si contingat unam personam vota omnium prædictorum tredecim habere, scrutatores prædicti, dicto scrutinio inter se communicato, ipsum scrutinium de hujusmodi electa persona mox per seniorem illorum publicent in communi. Qua publicatione sic facta, illa persona pro electa habeatur in qua tredecim Socii prædicti consenserint. Si vero in dicto scrutinio in unam personam per dictos tredecim unanimiter consensum non fuerit, nihilominus illa persona pro electa habeatur, absque tumultu, contradictione, querela, appellatione, supplicatione, seu quocunque impedimento juris vel facti, in quam per majorem partem prædictorum tredecim consensum fuerit; et coram omnibus et singulis tunc ibidem præsentibus, celerius quo fieri poterit, pro Præsidente nostri Collegii per unum prædictorum scrutatorum denuntietur. Quibus omnibus sic peractis,

Final selection of one of the two named for President.

Oath of electors.

Scrutiny of votes.

Digitized by Google

nullo alio juris ordine, processu seu solennitate, in hac parte observatis seu etiam requisitis, illa persona, in Præsidentem sic in scrutinio finaliter nominata, citius quo commode fieri poterit per unum seniorem Socium ipsius Collegii, per majorem partem ipsorum tredecim seniorum nominandum, una cum literis electionis prædictæ formam ac præsentis nostri statuti, et nominati hujusmodi juramenti præstandi, tenores plenarie continentibus, sigillo communi dicti Collegii sigillatis, domino Episcopo Wintoniensi, qui pro tempore fuerit, vel, ipso in remotis extra diœcesim suam agente, ipsius in spiritualibus vicario generali, aut, sede Episcopali vacante, custodi spiritualitatis, præsentetur. Quibus literis supra electione seu nominatione hujusmodi, modoque et forma prædictis, absque probatione alia, plenam fidem volumus adhiberi. Qui quidem Socius, cum dicta persona in Præsidentem nominata et electa, mittendus coram dicto Episcopo Wintoniensi, ipsius Collegii tunc Patrono, seu illo cui dictam præsentationem fieri tunc continget, propositionem facere teneatur, dictum Collegium, personam in Præsidentem nominatam, et omnes alias personas dicti Collegii, eidem specialiter, decenter et honorifice, commendando. Ipse vero Episcopus dictus Wintoniensis, seu ipsius vicarius, aut custos spiritualitatis ejusdem, cui dictam præsentationem fieri continget, personam sic electam, absque mora, dispendio, et sine processu judiciario, et absque impugnatione electionis sive nominationis prædictæ, dicti Collegii præficiat extra-judicialiter in Præsidentem. Si autem dominus Episcopus supradictus, aliusve ex prædictis personis ad quem dictam præsentationem fieri contigerit, et ad quem dicti Præsidentis præfectionem spectare volumus, ut præfertur, per quinque dies a tempore præsentationis prædictæ sibi factæ continue numerandos, noluerit personam in forma prædicta electam præficere in Præsidentem, extunc electus hujusmodi eo ipso præsentis nostri statuti vigore in Præsidentem dicti nostri Collegii sit præfectus, et pro et legitimo ac perpetuo Præsidente inibi habeatur. Præsidentem vero hujusmodi quemcunque, statim post præfectionem suam, si hujusmodi præfectio tunc fiat, primo coram illo qui ipsum præfecerit in Præsidentem, et subsequenter in præsentia omnium Sociorum ipsius Collegii præsentium, antequam quoquomodo administret, tactis et inspectis per ipsum sacrosanctis Evangeliis, subscriptum præstare volumus juramentum. "Ego, N., in Præsidentem Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ nominatus, electus et præfectus, juro, tactis et inspectis per me istis sacrosanctis Evangeliis, quod dictum Collegium, omnia beneficia, terras, tenementa, possessiones, redditus spirituales et temporales, jura, libertates et privilegia, et bona quæcunque ejusdem, necnon et singulos Socios et scholares ipsius Collegii, juxta statuta et ordinationes reverendi patris domini Wilhelmi Wayneflete, Fundatoris ipsius Collegii, absque personarum, scientiarum et facul-

Presentation of the President elect to the Bishop of Winchester.

Institution of President.

Oath to be taken by the President.

Impartial administration.

Digitized by Google

President's oath.

tatum, generis et patriæ acceptione quacunque, regam, custodiam, dirigam et gubernabo, et per alios regi, custodiri, dirigi et gubernari, faciam juxta posse. Item, quod nec Sociis vel scholaribus ejusdem Collegii, in aliqua scientiarum seu facultatum hujusmodi studentibus, occasione scientiæ seu facultatis ejusdem, plus quam Sociis aliis vel scholaribus in scientiis aliis seu facultatibus studentibus, favens ac partialis ero; nec me partem pro aliquo aliqualiter faciam, nec contra justitiam, caritatis et fraternitatis amorem, gravamina vel molestias alicui inferam vel inferri faciam quovismodo; quodque, quantum in me fuerit, correctiones, punitiones, et reformationes debitas, veras, rationabiles atque justas, de quibuscunque delictis, criminibus et excessibus, scholarium et Sociorum dicti Collegii quorumcunque, quoties ubi et quando, ac prout opus fuerit, juxta negotii qualitatem, omnemque vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum prædicti Collegii, per dictum reverendum patrem editorum, absque partialitate quacunque, postpositis et cessantibus omnimodis prece, pretio, amore, timore, odio, invidia et favore, necnon affectionibus sanguinitatis, et affinitatis, facultatis seu scientiæ, ac prærogativis spiritualibus ex quibuscunque causis protensis etiam vel conceptis, diligenter et indifferenter faciam et exercebo, et ea per alios fieri et exerceri faciam et etiam procurabo, et ea quæ mea parte fuerint facienda fideliter in omnibus exequar et exequi faciam juxta posse. Et si hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, ut præfertur, debite facere non potero, propter metum et potentiam seu multitudinem delinquentium, ipsorum nomina et cognomina, cum qualitate et quantitate delictorum et excessuum hujusmodi, extunc, quam citius potero, infra mensem, domino Episcopo Wintoniensi, qui pro tempore fuerit, seu, ipso in remotis agente, ejus vicario generali in spiritualibus, vel, sede Wintoniensi vacante, custodi spiritualitatis ejusdem, denuntiabo et revelabo; et per eos hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, juxta statuta et ordinationes prædictas, in omnibus solerter et celeriter fieri procurabo. Item, quod gubernationi et regimini omnium terrarum, possessionum, reddituum spiritualium et temporalium, necnon administrationi bonorum et rerum ad ipsum Collegium qualitercunque pertinentium, cum omni diligentia et providentia mihi a Deo concessis, fideliter et diligenter intendam, ac alios ejusdem Collegii officiarios et ministros, in diversis officiis et ministeriis deputatos et deputandos, intendere faciam, juxta posse. Item, quod omnia et singula bona et catalla dicti Collegii, in commodum et utilitatem Collegii, scholarium et Sociorum prædictorum, prout necessitas ejusdem exegerit, et statuta et ordinationes prædicti reverendi patris in hac parte plenius dictaverint, administrabo, procurabo, et faciam utiliter et fideliter dispensari et in omnibus admininistrari; et ea quæ residua fuerint et excreverint observabo, et faciam ad incrementum dicti Collegii et commodum fideliter conservari. Item, quod

Corrections and punishments.

Administration of lands, &c.

Digitized by Google

lites, placita et jurgia quæcunque, ipsius Collegii defendam, necnon omnia et singula negotia ipsum Collegium qualitercunque concernentia prosequar diligenter, possessionesque, libertates, privilegia, jura quæcunque, ipsius Collegii manutenebo viriliter et defendam, et faciam ab aliis manuteneri et defendi. Hoc tamen salvo, quod causas, placita, aut lites graves, in quibus verti poterit ipsius Collegii exhæredatio vel grave præjudicium, absque majoris partis omnium Sociorum præsentium dicti Collegii maturo et deliberato consilio et assensu, non incipiam nec movebo, nec inchoari nec moveri faciam quovismodo. Item, quod ultra duos menses continuos vel interpolatis vicibus discontinuos, nisi, ex aliqua causa rationabili per tredecim seniores approbanda, per unicum alium mensem me abesse contigerit, in anno aliquo a dicto Collegio me non absentabo nisi pro negotiis Collegii supradicti. Item, quoties electio vel assumptio scholaris vel scholarium in Collegium prædictum fuerit facienda, ut solum tales eligantur et etiam assumantur quos, secundum conditiones et qualitates in ordinationibus dicti Collegii et statutis expressatas, habiles, et idoneos reputaverim, et quos in scientiis seu facultatibus quibus insistent ad commodum et utilitatem Collegii prædicti plus posse proficere ac debere firmiter crediderim, sine personarum vel patriæ acceptione, amore, odio, invidia et favore, timore, prece ac pretio, postpositis quibuscunque, quantum ad me pertinet, partes meas fideliter interponam et id fieri effectualiter procurabo. Item, in casu quo ab officio meo, ob culpam meam vel etiam propter causam aliquam, me amoveri contingat, vel forsan cedam eidem, si bona aliqua dicti Collegii post amotionem vel cessionem hujusmodi recepero, et quæ per me primis recepta fuerint mihi aut usui meo applicavero vel appropriavero, præter illa quæ mihi pro hujusmodi officio exequendo in dicti Collegii statutis et ordinationibus disponuntur, sed ipsa omnia et singula successori meo, Præsidenti dicti Collegii, et eidem Collegio, ad usum et utilitatem ejusdem Collegii, integre restituam et refundam, absque contradictione seu diminutione quacunque. Item, si per me seu occasione mei aliqua dissensionis materia, iræ vel discordiæ, in dicto Collegio, quod absit! suscitata fuerit, si super ipsa materia per Vice-Præsidentem, Decanos et quinque Socios seniores, finis rationabilis seu placabilis factus non fuerit, tunc ordinationi, dispositioni, laudo et arbitrio, domini Episcopi Wintoniensis, qui pro tempore fuerit, seu, ipso in remotis agente, ejus vicarii in spiritualibus generalis, vel, Episcopali sede Wintoniensi vacante, custodis spiritualitatis ejusdem; et quod eorum aliquis statuerit, ordinaverit et diffiniverit, in ea parte fideliter observabo, et eisdem cum effectu parebo sine contradictione quacunque; cessantibus appellationibus, provocationibus, querelis, exceptionibus, et aliis juris et facti remediis quibuscunque; necnon omnibus et singulis in vim pacti renuntio in his scriptis. Item, statutum illud de sus-

Defence of suits.

Consulting Fellows.

Absence.

Elections of scholars.

Surrender of goods of the College in case of deprivation of office.

Submission to the Bishop of Winchester of matters of dissension.

Digitized by Google

tentatione et reparatione capellæ et aulæ Collegii supradicti, et aliorum ædificiorum ejusdem, quod sic incipitur, "Item, quia, secundum auctoritates, facilius est destruere," etc., et omnia in eodem statuto contenta; necnon omnia et singula statuta et ordinationes dicti Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniensi, per dictum reverendum patrem dominum Wilhelmum Waynefleete, dicti Collegii Fundatorem, edita et edenda, quatenus ipsa me concernunt, secundum literalem et grammaticalem sensum et intellectum eorundem inviolabiliter tenebo, exequar et observabo, et quantum in me fuerit faciam teneri, exequi, et ab aliis observari. Item, si contingat me scire secreta dicti Collegii, ipsa in damnum dicti Collegii nulli extraneo revelabo. Item, quod ad dicti Collegii meliorationem, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, redditiuum et jurium ejusdem, et servationem et defensionem, promotionemque et expeditionem negotiorum dicti Collegii quorumcunque, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem vel officium, in postero devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter juvabo, et pro eisdem fideliter laborabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem negotiorum dictorum juxta posse instabo, quam dui vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, mutationem, translationem seu annullationem, alicujus numeri in aliqua scientia seu facultate, nec etiam numeri dictorum aut cæterorum ministrorum capellæ dicti Collegii, statutis et ordinationibus dicti Collegii limitati, contra formam statutorum et ordinationum ejusdem Collegii, vel ea fieri permittam seu tolerabo, secundum meum posse, seu eisdem consentiam quovismodo. Item, quod nulla alia statuta seu ordinationes, interpretationes, mutationes, injunctiones, declarationes aut expositiones, vel glossas alias præsentibus ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero sensui et intellectui eorundem repugnantes et repugnantia, derogantes vel derogantia, contrarias vel contraria, per quemcunque seu quoscunque, alium vel alios quam per reverendum patrem Wilhelmum Wayneflete, Fundatorem prædictum, fiendas vel fienda quomodolibet, acceptabo vel ad ea consentiam aut ipsa aliqualiter admittam, nec eisdem parebo ullo tempore vel intendam, nec illis vel illorum aliquo ullo modo utar in Collegio prædicto vel extra, tacite vel expresse; sed eis et eorum cuilibet contradicam et etiam resistam expresse, ipsaque fieri viis et modis omnibus quibus scivero impediam juxta posse: interpretationibus tamen, injunctionibus, declarationibus et expositionibus, per reverendos in Christo patres, domini Fundatoris successores, Episcopos Wintonienses, de et supra dubiis statutorum contingentibus faciendis, obediam et in effectu parebo. Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia, aut provocans invidiam, odium, iram, discordias, contumelias, rixas et jurgia, ac speciales vel præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, fa-

Interpretation of statutes.

College secrets.

Assistance to College in case of promotion.

Maintenance of numbers of students in the different faculties.

Adherence to Founder's statutes.

Interpretation, &c., of Visitors.

Detraction and moving discord.

Digitized by Google

cultatum aut divitiarum allegans, nec inter Socios ejusdem Collegii, vel alios Universitatis Oxoniæ scholares, australes, aquilonares seu boreales, aut scientiarum ad scientias, facultatum ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ad ignobilitatem, seu alias qualitercunque comparationes, quæ odiosæ sunt, in verbo vel in facto, causa commovendi Socios vel scholares, scientias seu etiam facultates, tacite vel expresse, publice vel occulte, faciam quovismodo. Item, quod nullas conventiculas, conspirationes, confœderationes aut pactiones, aliquas ubicunque, infra regnum Angliæ vel extra, [contra] ordinationes et statuta dicti Collegii concernentia, vel contra ipsius Collegii statum, utilitatem, commodum et honorem, aut contra aliquem Socium dicti Collegii, illicite faciam, vel ipsa procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, quomodolibet in futuris; seu facientibus ipsa vel eorum aliquod præstabo seu dabo consilium, auxilium vel favorem, aut eisdem scienter interesse præsumam, nec ipsis consentiam tacite vel expresse. Item, de veris et perpetuis Sociis in dicti Collegii eligendis et admittendis fidele consilium, omni favore postposito, tribuam et impendam, ut de bonis personis, castis, honestis, aptis, et ad studendum et proficiendum in actibus scholasticis habilibus et idoneis, juxta formam statutorum dictorum, ac proficere volentibus, provideatur eidem. Atque contra dominum Episcopum Wintoniensem, qui pro tempore fuerit, aut ecclesiam Wintoniensem, Prioremve aut capitulum ipsius ecclesiæ, in aliqua causa ipsam ecclesiam concernente, scienter non ero consilio, auxilio vel favore; causa mea propria et dicti Collegii causa duntaxat exceptis. Item, quod non impetrabo dispensationes aliquas contra juramenta mea prædicta et contra ordinationes et statuta de quibus præmittitur, aut ipsorum aliqua; nec dispensationes hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte, impetrari aut fieri procurabo, directe vel indirecte. Et si forsan aliquam meam dispensationem hujusmodi impetrari vel gratis offerri aut concedi contigerit, cujuscunque fuerit auctoritatis, seu si generaliter vel specialiter, aut alias sub quacunque forma verborum concessa, ipsa non utar nec eidem consentiam quovismodo; sicut Deus me adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia. Et si contingat in posterum me, propter mea demerita seu causas in præsentibus ordinationibus et statutis contentas, juxta formam ordinationum et statutorum dictorum, ab officio meo expelli seu alias amoveri, ex certa mea scientia, pure, sponte, simpliciter et absolute, omni actioni, occasione expulsionis seu amotionis hujusmodi, contra ipsius Collegii Socios vel Socium quemcunque instituendæ, appellationique et querelæ in ea parte fiendæ, ac quarumcunque literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum magnatum et aliorum quorumcunque, necnon et quibuscunque curiæ ecclesiasticæ vel sæcularis ac omnibus aliis remediis, juris et facti, per quas aut quæ petere possem me reconciliari vel in integrum restitui, contra

Conspiracies against the College.

Elections of Fellows.

Assistance in causes against the Bishop or Church of Winchester.

Dispensation from oaths or statutes.

Appeal in case of removal from office.

Digitized by Google

Oath of President to be reduced to the form of a public instrument.

præmissa, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in his scriptis." Volumusque quod de juramento prædicto, statim fiat instrumentum publicum, signo et subscriptione alicujus notarii publici munitum, ipsius juramenti diemque et formam, ac nomen et cognomen Præsidentis prædicti sic jurantis, ac cujus diœcesis existat, continens; quod in thesaurario communi dicti Collegii nostri perpetuo remaneat sub custodia diligenti.

De electione Vice-Presidentis.

Election of a Vicepresident.

Item, cum, propter absentiam dicti Præsidentis, quem propter diversa dicti Collegii nostri negotia abesse forsitan oportebit, ac propter alias occupationes multiplices, idem Præsidens singula providere non poterit, nobis videtur necessarium ac etiam opportunum ut, in parte solicitudinis suæ et adjutorium melioris regiminis dicti Collegii nostri ac personarum ejusdem, præsertim quoad supervisionem observantiæ ordinationum et statutorum nostrorum, ac quoad regulas et observationes ipsorum scholarium et Sociorum vitæ et disciplinæ scholasticæ directivas melius observandas, statuimus, ordinamus et volumus, ut in Collegio nostro prædicto, sub dicto Præsidente, sit semper unus de discretioribus et maturioribus Sociis, conversatione et moribus approbatus, qui Vice-Præsidens nuncupetur; cujus electionem fieri volumus sub modo et forma subsequentibus; videlicet, quod convocatis per Præsidentem tredecim senioribus tunc præsentibus, inquirat Præsidens palam et publice vota singulorum, et ille pro Vice-Præsidente habeatur in quem omnes tredecim una cum Presidente consenserint, vel ille in quem illi tredecim, Præsidente dissentiente, consenserint; vel, Præsidente etiam dissentiente, si octo ex illis tredecim senioribus in aliquem unanimiter consenserint, ille pro Vice-Præsidente pronuntietur et habeatur; vel dictis tredecim senioribus isto ordine non consentientibus, tamen si Præsidens et major pars illorum tredecim, vel Præsidens et sex eorundem, in aliquem consenserint, ille pro Vice-Præsidente habeatur. Et, quia nolumus istam electionem in ullo modo prolongari, volumus quod, si Præsidens et dicti Socii seniores ordine prælibatis et modis in aliquem unum consentire noluerint, tunc ille pro Vice-Præsidente habeatur in quem Præsidens et tres dictorum seniorum consenserint. Et, demum, si nullo prædicto modo in aliquem consensum fuerit, quod ut speramus nunquam eveniet, ille pro Vice-Præsidente habeatur quem solus Præsidens duxerit eligendum. Quam similiter formam eligendi volumus observari in electione Decanorum et bursariorum. Qui Vice-Presidens in nostro Collegio teneatur continue residere, nisi forsan, ex magna et urgenti causa, ad dictæ domus negotia eum transmitti, vel alias ex causa rationabili et honesta abesse, contingat. Qui circa curam et regimen conversationis et morum scholarium infra probationis annum existentium, necnon aliorum

By President and thirteen senior Fellows.

Form of election.

Duties of Vice-president.

Digitized by Google

Sociorum ipsius Collegii, ac profectus studii scholastici eorundem, necnon ministrorum, officiariorum, et aliorum in dicto Collegio deservientium et ministrantium, vices ipsius Præsidentis ipso absente faciat, exerceat, et in omnibus suppleat diligenter; ac etiam eidem Præsidenti præsenti, circa præmissa et alia dicto Collegio et personis ejusdem necessaria et utilia, solerter assistat. negligentias et defectus, necnon crimina, excessus et delicta, quæ a dictis scholaribus et Sociis, officiariis et ministris, noverit esse commissa, dicto Præsidenti in Collegio vel in Universitate præsenti. cessantibus omni affectione consanguinitatis et affinitatis, invidia, amore, odio et timore, denuntiabit, ut per ipsum vel alios juxta ordinationes et statuta nostra puniantur, corrigantur, et debite reformentur. Statuentes, præterea, et volentes ut dictus Vice-Præsidens per se possit scholares, et etiam Socios, negligentes aut circa studium desides vel alio modo errantes, circa leviora increpare; et, si oporteat, cum consensu unius Decani, corrigere et punire, etiam in præsentia Præsidentis prædicti. Ad quæ omnia et singula, quantum ad ipsum pertinet, bene et fideliter facienda et etiam observanda, Vice-Præsidens præfatus, statim post ipsius admissionem ad officium supradictum, tactis sacrosanctis Evangeliis, præstet corporaliter juramentum, in præsentia omnium Sociorum dicti Collegii, vel majoris partis eorundem tunc in dicto Collegio præsentium; præfato Præsidente hujusmodi juramentum exigente. Hoc tamen proviso, quod eligentes seu nominantes Vice-Præsidentem hujusmodi, tactis per ipsos sacrosanctis Evangeliis, præstent corporaliter juramentum, quod nullum ad hujusmodi Vice-Præsidentis officium nominabunt, nisi quem crediderint pro hujusmodi officio exercendo in dicto Collegio meliorem, affectione et partialitate cessantibus quibuscunque. Et, insuper, in omnibus electionibus in dicto Collegio de quibuscunque officiariis eligendis, ab electoribus ipsis consimile volumus præstari juramentum. Volumus, etiam, quod idem Vice-Præsidens habeat, singulis annis, pro labore et stipendio in præmissis, de bonis nostri Collegii præfati, ultra ea quæ in eodem esset alias percepturus, viginti sex solidos, octo denarios.

Power to punish scholars and Fellows.

To be sworn.

Oath of electors.

Stipend of Vicepresident.

De electione Scholarium vocatorum Demyes.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod in Collegio nostro prædicto, Deo propitio, perpetuis futuris temporibus, præter et ultra numerum quadraginta scholarium et Sociorum prædictorum, sint alii triginta pauperes scholares, vulgariter *Demyes* nuncupati, bonis moribus ac conditionibus perornati, ad studendum et ad realiter perficiendum habiles et idonei, in lectura et plano cantu competenter instructi, qui annum attigerunt duodecimum; quos, dummodo ad annuum valorem quinque marcarum possessiones non habuerint, ibi stare permittimus usque ad annum suæ ætatis vicesimum quintum, si Præsidenti, Vice-Præ-

Qualifications for Demyes.

Digitized by Google

sidenti et tribus Decanis, id videbitur expedire. Quorum electionem fieri volumus in crastino festi Beatæ Mariæ Magdalenæ, vel infra tres dies immediate sequentes, in Collegio nostro prædicto, per Præsidentem et tres Decanos, in forma sequenti: videlicet, primo in parochiis et locis quibus possessiones nostri Collegii vigent, ac deinde de comitatibus in quibus nostri Collegii possessiones existant; et ille pro electo habeatur in quem Præsidens, Vice-Præsidens, et tres Decani, vel Præsidens et alii duo dictorum eligentium, consenserint. Qua quidem electione finita, volumus quod procedatur ad electionem scholarium, secundum formam quæ sequitur in statuto de electione scholarium ad unius anni probationem. Præterea, quia debile fundamentum fallit opus, ut experientia docet, ac etiam ut intelleximus quod quidam de nostris triginta scholaribus his diebus, priusquam in grammatica, quæ omnium scientiarum mater et fundamentum esse dinoscitur, sufficienter instructi fuerint, immature divertere solent ad logicalia et sophisticalia; statuimus etiam, ordinamus et volumus, quod nullus eorundem de cætero admittatur ad sophistriam et logicam, vel ad aliam scientiam, nisi prius, judicio Præsidentis et magistri informatoris in grammatica, ac alicujus Decanorum nostri Collegii memorati, ad id habilis et sufficiens reperiatur. Adjicientes quod, ad mandatum dicti Præsidentis, cum consilio aliorum, ut præfertur, duo vel tres de ipsis triginta, ad minus, tamdiu circa grammaticalia et poemata, et alias artes humanitatis, diligenter insistent et operam dabunt, quod non solum sibi ipsis proficere sed et alios instruere ac informare valeant et possint, et ad id habiles et idonei existant.

Time and manner of election of Demyes.

Not to proceed to study of logic or sophistry till fully instructed in grammar.

De electione scholarium ad unius anni probationem, et eorum admissione ad veros Socios.

Item, quia summe affectamus et volumus quod numerus quadraginta Sociorum et scholarium, in dicto Collegio per nos limitatus, plene et perfecte, juxta formam et ordinationem statutorum nostrorum, per Dei gratiam, perpetuis futuris temporibus sit completus; statuimus, ordinamus et volumus, quod, quoties numerus scholarium et Sociorum prædictorum in uno vel pluribus, per mortem, cessionem, resignationem, recessum totalem aut privationem, aut aliter qualitercunque, diminutus fuerit, singulis annis, in crastino post electionem scholarium qui vocantur *Demyes* finitam, pro suppletione dicti numeri sic diminuti cum debita reverentia procedatur, sub forma quæ sequitur: videlicet, quod Præsidens si præsens sit, vel, ipso absente, Vice-Præsidens, convocet omnes et singulos Socios in Universitate præsentes in aula dicti Collegii, et tot in loca deficientium seu vacantium de bonis personis, castis, modestis, et ad studium idoneis, Baccalaurei vel in artibus Magistri eligantur et assumantur, quot possunt supplere numerum deficientem supradictum, de diœce-

Time and manner of election of scholars.

To be Bachelor or Masters of Arts.

Digitized by Google

sibus et comitatibus infrascriptis; videlicet, de diœcesi Wintoniensi, de comitatu Lincolniensi, de comitatu Oxoniensi, de diœcesi Norwicensi, de diœcesi Cicestrensi, de comitatu Gloucestrensi, de comitatu Warwicensi, de diœcesibus Eboracensi et Dunelmensi, de comitatibus Bockhyngham, Northampton, Barks, Notingham, Kantiæ, Essex, London, Somerset et Wylltes. Proviso semper quod, de totali numero, videlicet quadragenario, scholarium et Sociorum prædictorum eligendorum in dictum Collegium nostrum, sint de oriundis in diœcesi Wintoniensi tantum quinque, de oriundis in comitatu Lincolniensi tantum septem, de oriundis in comitatu Oxoniensi tantum quatuor, de oriundis in diœcesi Norwicensi tantum quatuor, de oriundis in comitatu Barks tantum tres, de oriundis in diœcesi Cicestrensi tantum duo, de comitatu Gloucestriæ tantum duo, de comitatu Warwici tantum duo. Quantum autem ad octo alios comitatus supradictos, videlicet, Bokyngham, Kantiam, Notingham, Essex, Somersett, London, Northampton et Wyllcestriam, volumus quod de unoquoque eorum, de prætaxato totali numero scholarium et Sociorum, sit tantum unus in Collegio nostro prædicto. Quod si ad completionem numeri sic deficientis de dictis diœcesibus et comitatibus, modo et ordine superius per nos limitatis, personæ non reperiantur idoneæ, tunc volumus quod, ad suppletionem ejusdem, eligantur et assumantur personæ magis aptæ de aliis comitatibus, dummodo in eisdem vigent possessiones temporales vel spirituales nostri Collegii prædicti. Et, in hoc casu, eligentes hujusmodi ad supradictum ordinem diœcesium et comitatuum prædictorum, vel ad numeros in eisdem superspecificatos, astringi volumus. Volumus, etiam, quod ad voluntatem devoti viri domini Thomæ Ingeldew, capellani, perficiendam, sint in dicto Collegio nostro perpetuis futuris temporibus duo, in facultate artium graduati et ad studendum in theologia apti, in ordine sacerdotali constituti, potius in diœcesibus Eboracensi et Dunelmensi oriundi quam alibi, si hujusmodi temporibus electionum in Universitate Oxoniæ reperiantur idonei. Quorum electionem fieri volumus, non obstante electionis tempore superius limitato, infra tres menses postquam aliquis locus eorundem vacaverit. Quos, in primo eorum electionis et probationis [anno?] Socios non perpetuos haberi volumus. Et quotiescunque in statutis facta est mentio de aliquibus fiendis per Socios dicti Collegii, illud intelligi volumus non de istis sic infra tempus probationis existentibus, sed de Sociis aliis intelligi volumus. Præter quos duos, unum alium de comitatu Eboracensi in dicto nostro Collegio habere volumus, ad contemplationem magistri Joannis Formam, si in Universitate talis tempore electionis reperiatur idoneus. Quod si de dictis diœcesibus et comitatibus, temporibus electionum in Collegio nostro celebrandarum, Baccalaurei vel artium Magistri ad supplendum numerum, secundum prædictam moderationem, non reperiantur idonei, tunc volumus, in eorum defectu,

Elections from certain dioceses and counties.

Thomas Ingeldew's scholars.

Probationary Fellows.

John Formam's scholar.

Deficiency of Bachelors and Masters in Arts.

Digitized by Google

de dictis comitatibus et diœcesibus eligantur de senioribus et aptioribus scholaribus facultatis artium, non graduatis, in dicta Universitate studentibus; quibus deficientibus, eligantur et assumantur de dictis diœcesibus et comitatibus scholares in grammaticalibus sufficienter eruditi, et ad discenda logicalia apti et idonei, dum tamen quartumdecimum suæ ætatis annum compleverint. Statuentes, præterea, quod nullus in dictum numerum scholarium prædictorum eligatur, nisi qui in plano cantu competenter prius fuerit eruditus; et qui, primam tonsuram clericalem habens, nullum impedimentum canonicum, præter defectum ætatis, patiens, ad sacerdotium sit aptus et dispositus, bonis conditionibus et moribus perornatus, et ad realiter perficiendum habilis et idoneus. Et ad observationem hujus statuti, quoad singulas suas particulas, electores omnes et singulos, in quantum eos concernunt, coram Præsidente, vel ipso absente Vice-Præsidente, statim post eorum convocationem, præstare volumus juramentum. Deinde procedatur ad electionem, sub hac forma. Primo scribat Præsidens et unum nominet eligendum. Deinde, duo Socii simpliciter seniores secrete et privatim scrutentur vota singulorum Sociorum, suas voces et vota in illo scrutinio manu propria scribentium, attente et diligenter; ita quod, in tempore illius scrutinii, dicti scrutatores nullo modo ostendent aut revelent scribentibus nomen aut nomina prius scripta. Proviso, quod in uno scrutinio tantum unus eligatur; et ille pro electo habeatur in quem major pars eligentium consenserint; vel, illis non consentientibus, conveniant Præsidens et duodecim socii simpliciter seniores pro novo scrutinio faciendo, in quo, duobus senioribus videntibus et auscultantibus, scribant Præsidens et singuli ipsorum secundum ordinem vota sua; et tunc illa persona pro electa habeatur in quam major pars ipsorum tredecim consenserit; quo ipso scrutinio calculato, pro Præsidente in præsentia omnium Sociorum immediate pronuntiari volumus. Proviso, quod quoties in electione sive electionibus scholarium ad annum probationis paria sint vota eligentium et æquales voces, tunc volumus quod ille præferatur et pro electo habeatur quem Præsidens elegerit et nominaverit. Volumus etiam dicti Præsidentis vocem, in quacunque nominatione sive electione scholarium ad annum probationis, æquari ac æqui valere binis votis et vocibus quorumcunque aliorum eligentium; non obstantibus statutis nostris in contrarium editis. Et si dicti seniores inter se discordes remaneant, et, infra quinque dies a tempore devolutionis in manus eorundem, in personam vel personas eligendam vel eligendas effectualiter non consenserint, extunc eos et quemlibet eorum communis suis carere volumus usque ad finalem expeditionem electionis hujusmodi; præter Præsidentem, in quem de verisimili in hoc casu suspicio sinistra cadere non deberet. Quos omnes, sic electos seu assumptos, per unum annum in eodem Collegio stare volumus, antequam in perpetuos Socios ejusdem Collegii

Qualifications for scholars.

Oath of electors.

Manner of election.

To be probationary scholars for one year.

Digitized by Google

admittantur: quo anno probare poterint an ingenio, capacitate sensus, moribus, conditionibus et scientia, fuerint digni, habiles et idonei, ad proficiendum in studio scholastico, ad Dei honorem et Collegii supradicti. Quos etiam omnes et singulos, durante anno probationis suæ prædictæ, scholares non Socios dicti Collegii, quoties de scholaribus infra annum probationis in nostris statutis inferius vel superius sit mentio, volumus pronuntiari et sic declarari debere de eisdem. Quos, insuper, infra dictum suæ probationis annum existentes, consiliis interesse aut officia aliqua ipsius Collegii, lectorum officio duntaxat excepto, gerere vel exercere nolumus quovismodo. Dicto vero probationis anno per aliquem eorundem scholarium completo, convocatis per Præsidentem, vel in ejus absentia per Vice-Præsidentem, omnibus et singulis Sociis ipsius Collegii graduatis, tunc in Universitate præsentibus, idem Præsidens, vel Vice-Præsidens eo absente, vota omnium et singulorum Sociorum prædictorum præsentium, palam et publice, pro quolibet dictorum scholarium qui probationis annum compleverit memoratum, inquirat; et qui, juxta conscientiam, discretionem et judicium, ipsius Præsidentis, vel eo absente Vice-Præsidentis, et majoris partis Sociorum prædictorum præsentium, vel, ipsis non consentientibus, judicio Præsidentis et tredecim seniorum nostri Collegii prædicti, repertus fuerit habilis, sufficiens et idoneus, eo ipso in verum Sociorum ipsius Collegii assumatur et etiam admittatur. Si vero, infra tempus prædictum electionum hujusmodi limitatum, in aliquem scholarium prædictorum nullo modo prædictorum modorum fuerit concordatum, extunc, cessante cujuscunque contradictionis obstaculo, ipsum de cujus electione agitur de dicto Collegio præsentis statuti vigore exclusum fore decernimus, ipso facto. Conscientias vero Præsidentis, Vice-Præsidentis, et Sociorum omnium prædictorum, apud Deum in hac parte arctius oneramus, ut, cessantibus omnimodis odio, amore, invidia, acceptione patriæ, personæ, prece vel pretio, cæterisque coloribus, occasionibus et causis, postpositis quibuscunque, in nullum alium assumendum consentiant, nisi quem speraverint et firmiter crediderint in eodem Collegio ad Dei honorem et proficuum studii scholastici effectualiter posse et velle proficere et debere. Quibus omnibus sic peractis, quemlibet scholarem et quemlibet Socium sic electum vel assumptum, statim post ipsius electionem vel assumptionem, antequam de communis aut aliis emolumentis ab ipso Collegio provideatur eidem, subscriptum volumus præstare juramentum:

Admission as Fellows after the year of probation.

Expulsion of incompetent scholars.

"Ego N. juro, ad hæc sancta Dei Evangelia per me corporaliter tacta, quod omnia statuta et ordinationes hujus Collegii, edicta et edenda per reverendum in Christo patrem Willielmum Wayneflete, Fundatorem prædictum, ac omnia et singula in eisdem contenta, quatenus personam meam concernent vel concernere poterunt, secundum planum literalem et grammaticalem sensum et intellectum inviolabiliter tenebo et etiam observabo, et,

Oath of Fellows and scholars.

Observance of statutes.

Digitized by Google

quantum in me fuerit, teneri faciam ab aliis et etiam observari; alioquin pœnas in non parentes in præmissis vel eorum aliquo, in dictis ordinationibus et statutis inflictas et etiam ordinatas, sine conditione quacunque subibo et me humiliter subiturum promitto, juxta omnem vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum eorundem. Quodque nulla alia statuta sive ordinationes, interpretationes, mutationes, injunctiones aut expositiones vel glossas, alias prædictis ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero sensui et intellectui eorundem, ut præfertur, repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, contrarias vel contraria, per quemcunque vel quoscunque, alium vel alios quam per reverendum in Christo patrem dominum Willielmum Waynflete, Fundatorem prædictum, edita et edenda, quomodolibet acceptabo, vel ad ea consentiam aut ipsa aliqualiter admittam, vel eisdem parebo ullo tempore, nec illis vel illorum aliquo ullo modo utar, in Collegio prædicto vel extra, tacite vel expresse, sed eis et eorum cuilibet contradicam et resistam expresse, ipsaque fieri viis et modis quibus scivero impediam juxta posse. Interpretationibus, tamen, injunctionibus, declarationibus et expositionibus, per reverendos in Christo patres, successores domini Fundatoris, Wintonienses Episcopos, de vel supra dubiis statutorum emergentibus faciendis, obediam et cum effectu parebo. Item, si contingat me scire aliqua secreta dicti Collegii, ipsa in damnum sive præjudicium dicti Collegii non revelabo ad extra quovismodo. Quodque dicto Collegio fidelis ero; damna, scandala, præjudicium, dicto Collegio nullatenus aciam, aut quatenus in me fuerit fieri sustinebo; sed per me et alios modis quibus melius potero ne fiant impediam; et, si ipsa impedire non potero, Præsidenti, Vice-Præsidenti, Decanis vel bursariis dicti Collegii, plenarie revelabo. Præsidenti insuper, Vice-Præsidenti, Decanis, lectoribus et aliis meis superioribus in dicto Collegio, in licitis et honestis, et maxime in dicti Collegii negotiis et factis, obediam, assistam, et reverentiam debitam obedienter impendam. Monitionibus, vero, injunctionibus et decretis, correctionibus et punitionibus quibuscunque, Præsidentis, Vice-Præsidentis dicti Collegii quorumcunque, qui pro tempore fuerint, secundum formam ordinationum et statutorum ejusdem Collegii factorum et in posterum fiendorum, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, parebo cum effectu; contrarium vero vel repugnans præmissis, in judicio vel extra, tacite vel expresse, non faciam seu fieri procurabo aut fieri permittam, nec eisdem consentiam quovismodo. Item, quod ad dicti Collegii meliorationem, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, redditiuum, et jurium ejusdem conservationem et defensionem, promotionemque et expeditionem negotiorum quorumcunque dicti Collegii, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem, honorem vel officium, in posterum devenire contigerit, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit, diligenter intendam et juvabo, et pro eisdem

Fidelity to College.

Obedience to superiors.

Assistance to College in case of promotion.

Digitized by Google

fideliter laborabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem negotiorum hujusmodi juxta posse instabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, translationem, mutationem seu annullationem, alicujus numeri in ordinationibus et statutis dicti Collegii limitati, secundum formam et ordinationem ejusdem, nec ea fieri permittam secundum meum posse, aut eis consentiam quovismodo. Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia, aut provocans ad invidiam, odiam, iram, discordias, contumelias aut jurgia, animos Sociorum dicti Collegii vel aliorum Universitatis Oxoniæ prædictæ, et præsertim inter scholares inibi studentes, vulgariter dictos australes, aquilonares seu boreales; aut scientiarum ad scientias, facultatum ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ignobilitatem, seu alias qualitercunque comparationes quæ odiosæ sunt, verbo vel facto non faciam, causa commovendi malitiose Socios vel scholares, scientias seu etiam facultates Universitatis prædictæ, tacite vel expresse, publice vel occulte. Item, quod nullas conventiculas, conspirationes, confœderationes seu pactiones aliquas, ubicunque, infra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta dicti Collegii, vel contra ipsius Collegii statum, commodum vel honorem, aut contra Præsidentem, Vice-Præsidentem, vel aliquem Socium ejusdem Collegii, illicite faciam, vel ipsa fieri procurabo seu permittam ab aliis fieri, quatenus in me fuerit, quomodolibet in futurum; nec facientibus ipsa vel ipsorum aliquod præstabo seu dabo consilium, auxilium vel favorem. Item, quod fidelis ero ac diligens in quocunque officio ad quod me in eodem Collegio deputari contigerit et assumi, illudque cum deputatus fuero admittam, et pro posse meo fideliter adimplebo. Et quod de scholaribus in dictum Collegium eligendis ad annum probationis, necnon admittendis et assumendis in veros Socios ejusdem Collegii, fidele consilium, omni favore postposito, tribuam et impendam, ut de bonis, personis, castis et modestis, honestis, aptis, et ad studendum et proficiendum in actibus scholasticis habilibus et idoneis, juxta formam statutorum dictorum, ac proficere volentibus, provideatur eidem. Quodque contra dominum Episcopum Wintoniensem, Prioremve aut capitulum ipsius ecclesiæ, qui pro tempore fuerint, in aliqua causa ipsum Episcopum aut ipsam ecclesiam concernente, scienter non dabo consilium, auxilium et favorem, causa mea propria et Collegii prædicti duntaxat exceptis. Item, quod ordinationem domini Thomæ Ingeldew, cujus tenor inseritur in fine libri statutorum, quatenus me concernit aut in posterum concernere poterit, inviolabiliter observabo et ab aliis faciam observari. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta nec aliquam particulam eorundem, nec contra ordinationes et statuta de quibus præmittitur aut ipsorum aliquod; nec dispensationem hujusmodi per alium vel alios, publice vel occulte, im-

Maintenance of numbers of members of College.

Detraction and provoking discord.

Conspiracies against College.

Fidelity in office.

Counsel in elections of scholars.

Abetting causes against the Bishop or Church of Winchester.

Ordinance of Thomas Ingeldew.

Dispensation from oaths.

Digitized by Google

petrari vel fieri procurabo, directe vel indirecte: et, si forsan aliquam dispensationem hujusmodi impetrari aut gratis concedi vel acquiri contigerit, cujuscunque fuerit auctoritatis, seu si generaliter vel specialiter, aut alias, sub quacunque forma verborum concessa sit, ipsa non utar nec eidem consentiam quovismodo: sicut Deus me adjuvet et sancta Dei Evangelia. Et, si contingat in posterum me propter contemptum, rebellionem, inobedientiam, malos mores vel alia mea demerita, seu propter causas in præsentibus ordinationibus et statutis contentas, per Præsidentem corrigi et puniri, aut alias a dicti Collegii Oxoniæ sustentatione et societate ejusdem, juxta formam ordinationum et statutorum dictorum, ejici, expelli, privari, excludi vel etiam amoveri, ex certa mea scientia, pure, sponte, simpliciter et absolute, omni actioni, occasione correctionis, punitionis vel privationis, exclusionis, expulsionis seu amotionis hujusmodi, contra Præsidentem aut alios dicti Collegii scholares vel Socios, qui pro tempore fuerint, conjunctim vel diversim, quomodolibet instituendæ, appellationique et querelæ in ea parte fiendis, ac quarumcunque literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in his scriptis. Insuper, si postquam in verum Socium hujus Collegii assumptus fuero vel electus, ad aliud Collegium Universitatis Oxoniæ vel etiam Universitatis Cantabrigiæ nominari, eligi aut assumi contigerit, hujusmodi nominationi, electioni et assumptioni, non consentiam: nec Collegium hujusmodi, virtute talis electionis, tanquam Socius ejus ingrediar; sed omni juri et titulo, virtute electionis et assumptionis hujusmodi in posterum qualitercunque fiendæ, mihi quomodolibet competituro, in vim pacti renuntio in his scriptis." Volumus quod de juramento prædicto fiat statim instrumentum publicum, signo et subscriptione alicujus notarii publici munitum, totum tenorem, diem et formam, et nomen ac cognomen cujuscunque, et cujus comitatus existat et diœcesis, continens; sic quod penes Præsidentem dicti Collegii in Universitate Oxoniæ et Socios perpetuo remaneat sub custodia diligenti. Præterea, quanquam statuerimus certum numerum scholarium diœcesium et comitatuum in statutis nostris specificatorum ad annum probationis, et consequenter, numeris exigentibus, in perpetuos Socios debere admitti, quia tamen, ad instantias et supplicationes dominorum et magnatum diversorum, ex speciali favore et gratia nostra, et ex certis causis nos moventibus, dum superstites fuerimus, admisimus in Collegium nostrum quam plurimos oriundos in quibusdam diœcesibus et comitatibus in nostris statutis minime specificatis; ex qua quidem admissione intelligimus aliqua dubia et pericula in futuris electionibus de verisimili contingere, et in animis eligentium varias affectiones et opiniones posse evenire; nos igitur, præmissa considerantes, et remedium opportunum apponere cupientes, volumus et ordina-

Appeal in cases of punishment or expulsion.

Election to other Colleges.

Oath to be reduced into a public instrument.

Order of dioceses from which vacancies in scholarships are to be filled up.

Digitized by Google

mus quod, post recessum aut decessum alicujus scholaris vel Socii nostri Collegii, qui non fuerit de dictis diœcesibus et comitatibus in nostris statutis specificatis, alius eligatur et subrogetur, sive alii eligantur et subrogentur, de ipsis diœcesibus et comitatibus de quibus fit mentio in nostris statutis, et in quibus numerus hucusque non fuerit completus, ordine et forma pro nunc quæ sequitur; videlicet, quod, in locum primi recessuri vel decessuri, eligatur et subrogetur in forma statuti unus de comitatu Lincolniensi; deinde, in secundo loco, sicut præfertur, decessuri vel recessuri, eligatur et subrogetur unus de diœcesi Cicestrensi; in tertio vero loco, sic, ut præfertur, recedentis vel decedentis, eligatur et subrogetur unus de comitatu Barks; in quarto quidem loco unus de comitatu Oxoniæ; in quinto unus de comitatu Gloucestriensi; in sexto loco unus de diœcesi Wintoniensi; in septimo loco unus de comitatu Nottingham; in octavo loco unus de comitatu Bokynham; in nono loco unus de diœcesi Norwicenci; in decimo loco unus de comitatu Essex; et sic deinceps in futuris electionibus proximis, ordine et forma prætaxatis, usque ad completionem comitatuum vel diœcesium in nostris statutis specificatorum, prout opus erit et ubi locus diminutus fuerit.

De numero presbyterorum et aliorum ministrorum deservientium in capella; de officiis, servitiis et stipendiis, eorum.

Item, ut divina officia in dicti Collegii nostri capella singulis diebus, per Dei gratiam, devotius et honestius ac profectius compleantur et fiant, statuimus, ordinamus et volumus, quod, præter Præsidentem et ultra numerum quadraginta Sociorum, scholarium dictorum, et triginta scholarium communiter dictorum *Demyes*, duodecim sint altaris et capellæ prædictæ ministri, deservientes quotidie in eadem; quorum videlicet quatuor presbyteri et octo clerici existant; sufficientes ac saltem competentes literaturæ, ac bonæ conditionis et conversationis honestæ. Qui quidem presbyteri et clerici vocem habeant competentem, et in cantu et in lectura sint sufficienter aut saltem competenter instructi. Percipiant vero dicti presbyteri de bonis Collegii communibus, pro ipsorum stipendiis per annum, quilibet quatuor marcas sterlingorum; et, ultra, habebunt mensam suam et similem allocationem cum Sociis Collegii prædicti. Volumus, insuper, quemlibet capellanorum, ad officium sacristæ aut cantoris per Præsidentem deputatum, hujusmodi officium humiliter subire et suscipere, et idem officium nullo modo recusare. Quorum quemlibet, aliquod officium de prædictis in se assumentem et idem officium effectualiter exequentem, de bonis communibus nostri Collegii pro officio suo tredecim solidos et quatuor denarios annuatim percipere volumus. Quilibet vero clericus supradictus percipiat pro stipendio viginti solidos annuatim. Præterea, volumus quod,

Four priests and eight clerks to serve in the Chapel.

Stipends and allowances of the priests.

One of the chaplains to be Sacristan.

Stipends of clerks.

Digitized by Google

The master of the choristers.

si aliquis de presbyteris capellanis, aut de aliis capellæ nostræ, sufficienter fuerit in cantu eruditus ad instruendum choristas in plano cantu et alio cantu, tunc Præsidens nostri Collegii conducat eundem ad prædictorum choristarum informationem, utiliore modo quo poterit; si autem nullus capellanorum prædictorum aut clericorum voluerit prædictam super se assumere, tunc Præsidens alium extraneum ad hujusmodi informationem aptum et idoneum prædicto modo conducat, et cum eodem pro communis et stipendio conveniat. Præterea, volumus quod, si nullus Sociorum aut scholarium Collegii nostri voluerit onus celebrandi missam Beatæ Mariæ Virginis, pro taxato per nos et assueto salario, juxta formam statutorum nostrorum in ea parte editorum, supra se assumere, tunc inter quatuor capellanos capellæ nostræ distribuantur et dividantur sex solidi et octo denarii, de bonis communibus Collegii nostri prædicti, ultra eorum stipendium, pro dicto onere subeundo et cætera. Ita quod cursorie per eosdem dicta missa perpetuis futuris temporibus quotidie devote celebretur; non obstante statuto per nos prius in contrarium edito.

Salary for celebration of the mass of the Virgin.

De Decanorum officio, et eorum electione.

Of the three Deans, and their election.

Statuimus, ordinamus et volumus, quod in nostro Collegio memorato sint tres de discretioribus et maturioribus Sociis, juxta discretionem Præsidentis et tredecim seniorum, vel, in ipsius Præsidentis absentia, Vice-Præsidentis et eorundem seniorum, quos Decanos volumus nuncupari; quorum electionem fieri volumus secundum formam et modum descriptos in electione Vice-Præsidentis. Qui sub Præsidente, tanquam ejus coadjutores, scholarium et Sociorum curam et regimen habeant, qualiter, scilicet, in studio scholastico et morum honestate proficiant, et eis diligenter superintendere et eos delinquentes corripere et increpare, ipsorum transgressiones, excessus et delicta, Præsidenti vel Vice-Præsidenti denuntiare, et ut ipsa juxta ordinationes et statuta nostra corrigantur et puniantur diligenter instare, juxta posse, debeant et etiam teneantur. Quorum Decanorum duo sint artium Magistri, provectiores in theologia, minime graduati; qui lecturas et disputationes scholarium et Sociorum, et præsentium sophistarum et logicorum, diligenter supervideant. Tertius vero de provectioribus in theologia, Doctor, Baccalaureus, vel saltem scholaris, in singulis disputationibus theologorum a principio interesse usque ad finem, impedimento cessante legitimo, expectare debeat; aliosque dictæ facultatis scholares, omnes et singulos, in ipsa sacra theologia lecturæ continue et vigilanter intendere videat, secundum formam et ordinationem traditam in statuto de disputationibus Sociorum et scholarium. Et ad præmissa omnia et singula, quantum ad ipsum pertinet, bene, fideliter et diligenter, facienda et exercenda et etiam observanda, Decanos prædictos, statim post ipsorum admissionem ad officium supradic-

Their duties.

To be sworn.

Digitized by Google

tum, tactis sacrosanctis Evangeliis, præstent corporaliter juramentum, in præsentia omnium Sociorum aut majoris partis eorundem, etc. Et quemlibet Decanorum ipsorum annuatim tredecim solidos et quatuor denarios volumus percipere pro labore. Præterea, ne facilitas veniæ incentivum præstet delinquendi, volumus quod, si quisque dictorum Decanorum in suo officio negligens aut culpabilis reperiatur, et præsertim si in puniendis delinquentibus supra non observantia statutorum nostrorum Præsidenti, vel in ejus absentia Vice-Presidenti, non assistat, scilicet ad id se desidem, difficilem ac nolentem, reddat et ostendat, tunc auctoritate dicti Præsidentis, assistente sibi Vice-Præsidente, vel in absentia Præsidentis auctoritate Vice-Præsidentis, assistente eidem aliquo bursariorum, vel aliquo seniorum non officiario, cesset in ejus persona exhibitio communiarum ac aliarum distributionum dicti Collegii, quousque effectualiter se correxerit et in præmissis se emendaverit. Et nihilominus, si pluries in præmissis culpabilis inveniatur, salario pro ejus officio per nos assignato, auctoritate dicti Præsidentis, ut præfertur, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis, carebit illo anno.

Their stipends.

Penalty for negligence in office.

De servientibus Collegii, et quod omnia ministeria fiant per masculos.

Statuimus, ordinamus et volumus, quod in dicto Collegio nostro, de expensis ejusdem Collegii, semper sit mancipium sive dispensator, qui, cum supervisione bursariorum, singulis septimanis, de victualibus septimanalibus emptiones et provisiones faciat, necnon dispensationi panis et potus specialiter intendat. Sub quo volumus quod unus sit sub-dispensator; qui in panetria et botelaria dicti Collegii ad serviendum Præsidenti, Sociis et scholaribus ejusdem, jugiter debeat permanere. In coquina vero volumus quod unus sit principalis coquus; qui, cum sibi vacaverit, mancipio sive dispensatori prædicto in emptionibus victualium assistat. Qui sub se duos habeat servientes, unum garcionem et alterum pagetum, similiter de bonis Collegii supradicti exhibendos. Sint insuper duo janitores, scilicet superior et inferior; qui portis ejusdem Collegii communibus et ostiis claudendis et aperiendis, temporibus debitis, jugiter superintendant; qui etiam in dicto Collegio barbitonsoris officium exerceant, et Præsidentem, Socios et scholares, et omnes alios, de bonis communibus ejusdem Collegii debite ac diligenter radant. Sit etiam unus garcio et pagetus qui equos Collegii custodiat. Illud autem ordinamus, pro perpetuis futuris temporibus, ac firmiter observari præcipimus, quod singula ministeria dicto Collegio et personis ejusdem competentia, præsertim intra mansum ejusdem Collegii, fiant per masculos; ut quælibet sinistra suspicio in quantum fieri poterit cautius evitetur: nisi forte sit mapparum ac aliorum usualium vestimentorum lotrix, quæ per manu

Of the manciple and other servants.

Servants to be males; excepting a laundress.

Digitized by Google

janitoris prædicti singula recipiat sic lavanda in defectu lotoris masculi: quam talis ætatis talisque conditionis esse volumus in quam sinistra suspicio verisimiliter cadere non debeat. Quos omnes et singulos servientes et alios annuatim percipere volumus, pro suis salariis, prout Præsidens et bursarii cum eisdem melius concordare poterunt.

Salaries of servants.

De juramento presbyterorum, capellanorum, et aliorum ministrorum servientium in capella.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes sacerdotes et clerici capellæ, officiarii et alii ministri Collegii, cujuscunque conditionis extiterint, jurent quod secreta ipsius Collegii nullatenus revelabunt, et si contingat eos scire aliqua pericula, damna, vel aliqua præjudicia futura Collegio prædicto, illa Præsidenti, Vice-Præsidenti, et cæteris officiariis Collegii prædicti, publicent et revelent quam cito commode poterint, absque dilatione quacunque. Juret etiam unusquisque presbyterorum prædictorum, in admissione sua ad Collegium prædictum, quod Præsidentem, vel ipso absente Vice-Præsidentem, ejusdem Collegii per quatuor menses ante recessum suum, de ipso recessu præmonebit vel faciat præmoneri; ut sic de alio presbytero, idoneo et honesto, ad deserviendum in capella prædicta laudabiliter in divinis, absque moræ dispendio, tempore congruo possit debite provideri.

Oath of priests, clerks, and servants.

De bursariorum electione, et eorum officio.

Item, ut bona ipsius Collegii securius conservata regantur melius et districtius dispensentur, statuimus, ordinamus et volumus, quod, de Sociis ipsius Collegii, per Præsidentem et tredecim seniores eligantur et assumantur, secundum formam et modum descriptos in electione Vice-Præsidentis, tres Socii, aptiores, fideliores et magis circumspecti, ad bursariorum officium exercendum: qui redditus, exitus, firmas et proventus beneficiorum, maneriorum, terrarum, possessionum et redditiuum, per visum et sub testimonio Præsidentis vel Vice-Præsidentis, de manibus œconomorum, ballivorum, procuratorum, firmariorum, præpositorum ipsius Collegii, aut aliorum quorumcunque, per indenturas inter dictos bursarios et solventes summas hujusmodi faciendas, recipiant. De quibus quidem receptis magnas indenturas facere teneantur; quarum unam habeat Præsidens penes se, vel in ejus absentia Vice-Præsidens, alteram vero partem penes prædictos bursarios remanere volumus. Taliter etiam receptas in thesauria dicti Collegii, in arca communi ad hoc deputanda, per visum et sub testimonio dictorum Præsidentis, Vice-Præsidentis, vel alicujus Decanorum, in tuto reponant securius custodienda. De quibus quidem receptis ipsi bursarii certas rationabiles summas, ad communas Sociorum et scholarium et alias quotidianas vel minutas expensas utiles et necessarias, solummodo, non alias

Election of three Bursars.

Their duties.

Digitized by Google

summas, in ipsos usus et non in alios usus, juxta discretionem, consilium et avisamentum, Præsidentis vel Vice-Præsidentis, custodiant, dispensent fideliter et convertant. Qui etiam bursarii provisiones et emptiones septimanales quascunque victualium, et solutiones pro eisdem quaslibet faciendas, superintendant, et de ipsis disponant prout eis melius videbitur expedire, pro commodo, utilitate et honore, Collegii prædicti. Quique, insuper, tres bursarii in una cista, pro pecuniis receptis conservandis deputanda, cujus tres claves habeant inter se divisas, et duos rotulos indentatos, videlicet inter unum eorum et duos alios bursarios, in eadem cista conservandos, de omnibus et singulis per eos liberatis et expensis, sibi invicem correspondentes, quos facere teneantur, reponant et etiam conservent. Volumusque quod, quoties bursariorum prædictorum aliquem extra dictam Universitatem absentare se contigerit, clavem dictæ cistæ in sua custodia remanentem dimittat in custodia alicujus discreti Socii, propter causas necessarias quæ verisimiliter contingere poterunt; pro quo Socio ipse voluerit suo periculo respondere. Ad quæ omnia et singula, quantum ad ipsos pertinet, bene et diligenter ac fideliter facienda et etiam observanda, dicti bursarii, statim post ipsorum admissionem ad officium supradictum, tactis sacrosanctis Evangeliis, præstent corporaliter juramentum, in præsentia omnium Sociorum dicti Collegii, vel majoris partis eorum in dicto Collegio præsentium, præfato Præsidente, vel in ejus absentia Vice-Præsidente, juramentum hujusmodi exigente. Quemlibet, præterea, bursariorum prædictorum tredecim solidos et quatuor denarios sterlingorum de bonis communibus dicti Collegii annuatim percipere volumus, pro labore et stipendio in officio supradicto, ultra ea quæ ipsorum quilibet in eodem Collegio alias esset percepturus. Volumus, insuper, ne, per oblivionem, incuriam seu negligentiam, eorum bursariorum, parcellæ expensarum per eosdem expositarum, aut aliquæ receptiones minutæ, de facili dimittantur, in damnum seu præjudicium non mediocre nostri Collegii memorati, aut saltem dictorum bursariorum, quod singulæ receptiones et solutiones, in Collegio fiendæ, fiant in domo officii eorundem; et inscribant in uno registro sive in libro communi omnes minutas expensas per eosdem in eadem septimana expositas, bene et fideliter, sub pœna perditionis earundem.

Rolls of expenses and payments to be kept in chest of receipts.

Deputy in absence.

To be sworn.

Stipends of Bursars.

Receipts and payments to be in their own office.

Register of expenses.

De senioritate Sociorum.

Item, cum sæpius in statutis et ordinationibus nostris mentio fiat de senioribus, qui in omnibus Collegii negotiis præcipuum habent interesse, et forsan aliquibus in dubium venire possit qui forent censendi et reputandi seniores; de nostra intentione fore declaramus illos seniores reputari et censeri debere, quoties de illis in nostris statutis et ordinationibus mentio fit, non qui in dicto Collegio nostro diutius sed in gradibus sublimioribus sub-

Definition of seniority.

Digitized by Google

levati sunt: ut, puta, omnibus et singulis aliis seniores intelligantur sacræ theologiæ Doctores; juris canonici consequenter Doctores juris civilis, et tunc in medicinis Doctores; post quos in sacra theologia Baccalaurei, deinde artium Magistri; sic etiam quod, eorum qui ejusdem gradus existunt, illi aliis seniores censeantur et reputentur qui ipso gradu diutius insigniti fuerint.

De sustentatione et reparatione capellæ.

Repair of chapel, hall, and buildings.

Deficiency of funds to be supplied by withdrawal from commons.

Repair of Chapel or Hall.

Period for new buildings or repairs.

Item, quia, secundum auctores, facilius est destruere quam construere, pluries accidit ut ædificia, per fundatorem ad honorem Dei curiose et firmiter ædificata, successores per desidiam et negligentiam collabi, ruere et deficere, negligenter permittant: hinc est quod, sub obtestatione divini judicii, specialiter injungimus, monemus ac insuper statuimus, ut capella nostri Collegii et aula, singulaque alia ædificia Dei adjutorio laboriose nostris sumptibus ædificata, in muris, cooperturis et qualibet suorum parte, perpetuis futuris temporibus, per Dei gratiam, debite, sufficienter et congrue, præ omnibus sustententur. Et si contingat per animalium mortalitatem, caristiam frugum, ballivorum et præpositorum incuriam, incendium, vel alios casus fortuitos, quod absit! bona Collegii mobilia in tantum minorari quod non sufficiant, ultra staurum maneriorum, ad sustentationem Sociorum et alia necessaria, ac defectus domorum ipsius nostri Collegii, si quæ fuerint, congrue reparandos; statuimus, ordinamus et volumus, quod, singulis hebdomadis, de singulorum Sociorum communis denarius unus subtrahatur, et ad restaurationem et reparationem defectuum prædictorum reservetur et convertatur. Et, quia domus Dei majorem exigit honestatem, statuimus quod, pro reparatione capellæ vel aulæ forsitan imminente, in casibus prædictis, de singulorum communis singulis hebdomadis duo denarii reserventur; et in reparationem hujusmodi convertantur et fideliter expendantur singuli denarii sic subtracti et reservati, donec hujusmodi defectus capellæ, aulæ, et alii quicunque, sint sufficienter reparati in omnibus et perfecti. Et ad istud statutum fideliter promovendum, diligenter prosequendum et effectualiter observandum, Præsidentem dicti Collegii nostri, qui pro tempore fuerit, Vice-Præsidentem, Decanos, bursarios, et Socios singulos alios ejusdem, in virtute juramenti, in eorum admissione ad dictum Collegium, ab eis præstiti, specialiter volumus obligari. Præterea, ordinamus et volumus quod, cum novæ ædificationes, vel aliquæ reparationes magnæ domorum, immineant faciendæ, illæ incipiantur circa principium mensis Martii vel circiter, et finiantur ante vel circiter festum Sanctorum Simonis et Judæ tunc proxime secuturum; alioquin, adveniente dicto festo, ab operibus hujusmodi cesset omnino usque ad principium mensis Martii proxime tunc sequentis, vel circiter; ædificationibus et reparationibus, quæ commode absque dispendio Collegii differri non poterint, duntaxat exceptis.

Digitized by Google

In quibus Socii et scholares obedire debent Præsidenti, et in ejus absentia Vice-Præsidenti.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes et singuli scholares et Socii, officiarii, ministri dicti Collegii quicunque, dicto Præsidenti, qui pro tempore fuerit, et eo absente Vice-Præsidenti ejusdem Collegii, in licitis et honestis injunctionibus, mandatis et factis, exercitium scholasticum, statutaque et ordinationes dicti Collegii, qualitercunque tangentibus, in præsentia duorum Sociorum nostri Collegii per prædictum Præsidentem, vel eo absente per Vice-Præsidentem, faciendis, obedire teneantur et debeant etiam intendere cum effectu. Si quis vero, in præmissis vel eorum aliquo, rebellis vel inobediens reperiatur, per evidentiam facti vel per testes juratos, aut per confessionem propriam coram Præsidente, vel ipso absente Vice-Præsidente, volumus quod extunc communæ suæ in Collegio prædicto, vigore præsentis ordinationis, ei realiter per Præsidentem, et in ejus absentia per Vice-Præsidentem, subtrahantur, quousque in eisdem paruerit cum effectu. Et, nihilominus, si ultra mensem in hujusmodi rebellione vel inobedientia perduraverit, extunc statuimus ipsum perpetuo fore amotum et privatum a nostro Collegio memorato.

Obedience of Fellows and scholars to President and Vice-president.

De juramento scholarium admittendorum in Collegium nostrum Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ ad annum probationis.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod electus quilibet ad annum probationis in Collegium nostrum in Universitate Oxoniæ, in ejus admissione primaria ad annum probationis, publice in præsentia Præsidentis, Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum, ac sex vel ad minus quinque aliorum Sociorum dicti Collegii, tactis per ipsum corporaliter sacrosanctis Evangeliis, juret personaliter sub hac forma: "Ego N., ad annum probationis in Collegium Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ electus, juro quod non habeo aliquid ex quo mihi constat unde possem expendere annuatim ultra quinque marcas sterlingorum. Item, si contingat me scire aliqua secreta ipsius Collegii, ipsa in damnum sive præjudicium ejusdem Collegii non revelabo ad extra. Item, ad meliorationem, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, redditiuum, jurium ejusdem conservationem et defensionem, promotionemque ac expeditionem negotiorum dicti Collegii quorumcunque, ad quemcunque statum in posterum devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter juvabo et pro eodem fideliter laborabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, translationem, mutationem seu annihilationem, alicujus numeri in aliqua scientia

Oath of a Probationary Scholar. Income.

College secrets.

Assistance to College in case of promotion.

Maintenance of number of members.

Digitized by Google

seu facultate in præsentibus statutis et ordinationibus limitati, contra formam statutorum ejusdem, vel ea fieri permittam secundum meum posse, aut eisdem consentiam quovismodo. Item, quod omnia statuta et ordinationes dictum Collegium concernentia, per reverendum in Christo dominum Willielmum Wayneflete, ipsius Collegii Fundatorem, edicta et edenda, secundum planum, literalem et grammaticalem intellectum ipsorum, quantum ad me pertinet, tenebo et inviolabiliter observabo, ac quantum in me fuerit faciam ab aliis teneri et etiam observari: quodque nulla alia statuta seu ordinationes, interpretationes, injunctiones, declarationes aut expositiones, alias præsentibus ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero intellectui eorundem repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, contrarias vel contraria, per quemcunque seu quoscunque alium vel alios quam per dictum reverendum patrem Willielmum Wayneflete Fundatorem fiendas vel fienda, quomodolibet acceptabo, vel ad ea consentiam aut ipsa aliqualiter admittam, nec eisdem parebo ullo tempore vel intendam, nec illis vel illorum aliquo ullo modo utar in Collegio prædicto vel extra, tacite vel expresse. Interpretationibus, tamen, injunctionibus, declarationibus et expositionibus, per reverendos in Christo patres domini Fundatoris successores, Episcopos Wintonienses, de et supra dubiis statutorum emergentibus faciendis, obediam et cum effectu parebo. Item, quod non ero detractor, susurro, vel faciens obloquia, aut provocans odium, iram, discordiam, invidiam, contumelias, rixas vel jurgia; aut speciales vel præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, facultatum aut divitiarum, allegans; nec inter Socios ejusdem Collegii aut alios Universitatis Oxoniæ scholares australes, aquilonares seu boreales, aut scientiarum ad scientias, facultatum ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ad ignobilitatem, seu alias qualescunque comparationes quæ odiosæ sunt, in verbo vel in facto, causa commovendi malitiose Socios vel scientias aliquas aut scholares, faciam quovismodo, tacite vel expresse. Item, quod nullas contumelias, conspirationes, confœderationes, seu pactiones aliquas, ubicunque, infra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta dictum Collegium concernentia, vel contra ipsius Collegii statum, commodum vel honorem, Præsidentem vel Vice-Præsidentem vel aliquem Socium ejusdem Collegii, illicite faciam, nec ipsa procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, quomodolibet in futurum; seu facientibus ipsa vel aliquid eorum præstabo seu dabo consilium, auxilium vel favorem, aut eisdem scienter interesse præsumam, nec ipsis consentiam, tacite vel expresse. Et si aliquem vel aliquos scivero contrarium aut contraria procurantes, conspirantes, seu etiam facientes, ea Præsidenti, Vice-Præsidenti, Decanis et bursariis, certificabo, et eos expresse præmuniam oretenus vel in scriptis. Quodque tranquillitatem, pacem, utilitatem, commodum et hono-

Observance of statutes.

Detraction or provoking discord.

Conspiracies against the College, &c.

Digitized by Google

rem, dicti Collegii, et Sociorum eorundem unitatem, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, viis et modis quibus potero conservabo et fieri procurabo. Et si contingat me, quod absit! propter mea demerita, juxta exigentiam præsentium statutorum, a Collegio prædicto expelli seu etiam removeri, per Præsidentem et alias personas in hujusmodi expulsione interesse habentes, ipsum Præsidentem, Vice-Præsidentem seu Socium aliquem, ejusdem occasione expulsionis vel amotionis hujusmodi nunquam prosequar, molestabo seu inquietabo, per me, alium vel alios, seu ab aliis prosequi, molestari seu inquietari, quomodolibet procurabo, in foro ecclesiastico seu sæculari seu alio modo quocunque; scilicet, omni actioni sæculari, canonicæ vel civili, appellationique et querælæ in ea parte fiendis, et quarumlibet literarum impetrationi, precibus, instantiis principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, quibuslibet juris vel facti remediis aliis, per quæ me petere possem in integrum restitui vel reconciliari, quantum ad jus et titulum seu possessionem in ipso Collegio prædicto vendicanda, in vim pacti renuntio expresse in præsenti, et renuntiabo in scriptis, si exactus fuero, in mea expulsione prædicta. Item, quod omnia et singula statuta et ordinationes dicti Collegii, quatenus ipsa me concernunt, fideliter observabo; alioquin pœnas in non parentes in præmissis aut eorum aliquo in dicti Collegii ordinationibus et statutis inflictas et etiam ordinatas, sine contradictione quacunque subibo et me humiliter subiturum promitto et fideliter observabo, juxta omnem vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum dicti Collegii. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta, vel contra ordinationes et statuta de quibus præmittitur, aut ipsorum aliquod, nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte, impetrari aut fieri procurabo, directe vel indirecte. Et si forsan aliquam dispensationem hujusmodi impetrari vel gratis conferri aut concedi contigerit, cujuscunque fuerit auctoris, aut si generaliter vel spiritualiter, aut alias, sub quacunque forma verborum, concessa, ipsa non utar nec eidem consentiam quovismodo: sicut Deus me adjuvet et sancta Dei Evangelia." De quo quidem juramento, locoque et die præstationis ejusdem juramenti, et anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, una cum nominibus et cognominibus interessentium, publicum instrumentum fieri volumus per aliquem notarium, penes Præsidentem et Socios ipsius Collegii perpetuo custodiendum.

Appeal in case of expulsion.

Submission to penalties for breaches of statutes.

Dispensation from oaths.

Oath to be reduced into a public instrument.

De lectura statutorum et scrutinio semel singulis annis celebrando.

Præterea, ut hæc nostra ordinationes et statuta plenius intelligantur meliusque serventur, ac ne quisquam Sociorum vel scholarium prætendere valeat ignorantiam in eisdem, statuimus,

Digitized by Google

Public reading of statutes.

ordinamus et volumus, quod ad mandatum Præsidentis, qui pro tempore fuerit, ter in anno ad minus, omnes et singuli Socii et scholares in magna aula Collegii aliquo die congruo quo magis, absque impedimento studii vel alterius actus scholastici, melius fieri poterit, facta prius præmonitione trium dierum, insimul convocentur et conveniant semel videlicet, intra octo dies vel circiter ante festum Nativitatis Domini Christi, infra octo dies vel circiter ante Pascha, tertio infra octo dies vel post Translationem Sancti Thomæ, Martyris. Quibus Præsidente et Sociis ac scholaribus insimul congregatis, ordinationes et statuta dicti Collegii faciant inter se publice et distincte legi ac etiam recitari; sic quod ad minus omnia et singula ordinationes et statuta nostra in dictis talibus vicibus simul junctis plenarie perlegantur. Volumusque quod nullus dicti Collegii Socius vel scholaris a lectura et recitatione hujusmodi, impedimento cessante legitimo, se absentet, sub pœna amissionis communarum suarum per quindenam; quam pœnam delinquentem in hac parte incurrere volumus ipso facto. Statuentes, præterea, quod in illa vice conventionis seu congregationis eorundem quæ erit ante Pascha, primo et ante omnia, congregentur Præsidens, Socii, scholares prædicti, omnes et singuli, in capella dicti Collegii, de mane; ubi missam de Sancta Trinitate faciant inter se solenniter celebrari; in qua dicantur quinque orationes subscriptæ; prima, videlicet, de Sancta Trinitate; secunda de Sancta Maria; tertia pro salubri statu domini nostri Regis Angliæ illustris, cum hac oratione, "Deus in cujus manu corda Regum;" quarta pro salubri statu nostro, dum superstites fuerimus, cum hac oratione, "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum Willielmum Pontificem, Fundatorem nostrum;" et quinta, "Fidelium Deus, omnium Conditor et Redemptor, animabus" pro animabus omnium fidelium defunctorum. Ac deinde, post lecturam statutorum pro illa vice in aula coram omnibus, ut præmittitur, fiat scrutinium et examinatio per Præsidentem, seu ipso absente vel impedito per Vice-Præsidentem, meliori modo et forma quibus Præsidenti seu Vice-Præsidenti videbitur faciendum. Et, ut omnia absque suspicione procedant, volumus et ordinamus quod examinator prædictus assumat sibi unum discretiorem de Sociis, qui sibi assistat in singulis examinationibus et scrutiniis supradictis; inhibentes eisdem scrutatoribus sive examinatoribus ne quisquam ipsorum nomina personarum detegentium sive deponentium coram eis, in scrutiniis prædictis, quovismodo revelent, sub ipsorum debito præstiti juramenti. In quo scrutinio, de singulorum scholarium et Sociorum vita, conversatione et moribus, conditionibus, profectuque scholastico, scientiis ac facultatibus quibus intendunt, observationeque statutorum et ordinationum nostrarum, necnon de omnibus quæ in ipso Collegio vel personis ejusdem correctione et reformatione indigent, cautius et diligentius inquiratur, atque ibidem quæcunque per inquisitiones reperta fuerint corrigenda corrigantur. In hujusmodi,

Prayers at the Easter meeting for reading statutes.

Inquiry into conduct of Scholars and Fellows, and into observance of statutes.

Digitized by Google

insuper, scrutinio, diligentius habeatur tractatus communis de et super ordinandis et reformandis, omnibus et singulis, quæ super spiritualia et temporalia Collegii prædicti expedienda, tam intra quam extra, occurrent seu utilia videbuntur. Et si ad perficiendum præmissa primus dies scrutinii non sufficiat, ipsum prorogari volumus et continuari ad dies ultiores proximo tunc sequentes, tot quot negotiorum et rerum necessitas exiget et exposcet. Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod punitiones, reformationes et correctiones quascunque, omnium singulorum excessuum, transgressionum, defectuum ac etiam delictorum, per quoscunque scholares vel Socios dicti Collegii commissorum, quam citius fieri poterit, infra tres dies continuos postquam ipsa comperta fuerint vel delata, seu alias de ipsis legitime constiterit, juxta omnem vim, formam et effectum, statutorum et ordinationum ipsius Collegii, absque dilatione ulteriori fiant debite, sicut decet; nisi forsan, propter Præsidentis vel personæ delinquentis, aut alterius cujuscunque ad hujusmodi correctionem et punitiones juxta ordinationes et statuta dicti Collegii requisitæ, absentiam, vel propter aliam causam urgentem, utilem vel necessariam, correctiones vel punitiones et reformationes hujusmodi fuerint merito differendæ vel dilationes expetant largiores. Volumusque quod, in correctionibus et punitionibus hujusmodi, de quibus in nostris statutis fit mentio specialis, coram Socio vel scholari puniendo, antequam puniatur, legantur statuta et capitula in quibus fit mentio de excessu, crimine et delicto, pro quo fiet punitio delinquentis. Si vero in nostris statutis et ordinationibus de excessu, crimine et delicto, aut pœna delinquentis, specialiter cautum non existat, nec alias fiat mentio specialis ad quorum discretionem et arbitrium puniri debeat delinquens, tunc eum puniri volumus juxta arbitrium et discretionem Præsidentis, Vice-Præsidentis et Decanorum, seu saltem unius. Statuentes, ulterius, quod nullus Sociorum vel scholarium, cujuscunque scientiæ vel facultatis existat, alium ejusdem Collegii Socium vel scholarem de aliquo crimine, excessu vel delicto, coram Præsidente, Vice-Præsidente aut Decanis, impetitum, delatum vel accusatum, tueatur, defendat, manuteneat; vel eidem assistat consilio, verbo aut facto, aut pro ipso aliqualiter alleget, quominus ipsius delinquentis debita punitio seu correctio fieri valeat, juxta exigentiam ordinationum et statutorum nostrorum, ne ipsa correctio retardetur vel alias differatur, sub pœna amotionis perpetuæ a nostro Collegio memorato. Insuper, statuentes quod nullus Socius vel scholaris dicti Collegii, super criminibus, excessibus vel delictis, detectis seu delatis, copiam compertorum et detectorum sibi tradi, edi, dari ac deliberari, seu nomina detegentium aut denuntiantium sibi exponi, petat; neque ipsa comperta et detecta seu nomina hujusmodi tradantur; sed super compertis et detectis hujusmodi personaliter respondeat, ac correctionem debitam, si convictus fuerit, subeat, juxta ordinationum et statutorum dicti Collegii

Infliction of punishments.

Screening offenders.

Accused parties not to have copies of charges, &c.

Digitized by Google

exigentiam et tenorem; cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus et aliis juris et facti remediis, per quas seu per quæ ipsius delinquentis correctio et punitio differri valeant, seu alias quomodolibet impediri, sub pœna amotionis perpetuæ a Collegio memorato.

De tempore assumendi sacros ordines.

Masters of Arts to take holy orders.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod Socius quilibet dicti Collegii, Magister artium, intra unum annum post necessariam regentiam suam completam continue numerandum; nisi ad studium juris civilis vel ad medicinam se transferat; ad sacerdotium, impedimento cessante legitimo per Præsidentem, Decanos et bursarios, seu, Præsidente absente per Vice-Præsidentem, Decanos et bursarios prædictos, approbando, se faciat promoveri. Qui etiam, post susceptum per eum sacerdotium, se faciat celeriter instrui devotius et frequentius ad missas celebrandas: et tamen ad celebrandas alibi quam in dicto Collegio, quamdiu in dicto Collegio ibi fuerit collegiatus, per modum annualis servitii aut alio quovis colore stipendium aut aliquod salarium recipiendum, facultatem interdicimus omnimodo. Proviso, quod, si contingat aliquem Sociorum Collegii deputari exire ad curam de Horspath, ipsum curæ servire et salarium recipere permittimus: salarium etiam quodcunque ad celebrandum in capella ipsius Collegii, in subsidium relevamen ac sustentationem ejus, ei facultatem tenore præsentium indulgemus.

Celebrating mass out of College.

Salaries permitted for serving the cure of Horspath, &c.

De disputationibus Sociorum et scholarium faciendis in dicto Collegio.

Disputations of Bachelors in Arts.

Item, inter artistas nostri Collegii, scholares et Socios, pro uberiori exercitio studii et profectus scholastici, statuimus, ordidamus et volumus, observari quod singuli, pro perpetuo, Baccalaurei in artibus, singulis hebdomadis pleni termini, a festo Sancti Dionysii usque ad festum Sancti Petri quod dicitur Ad vincula, præter quæ in Quadragesima teneantur, inter se, duobus diebus quibus congruentius fieri poterit, in aula ipsius Collegii, seu alibi ubi Præsidenti videbitur, quæstiones, dubia seu problemata, disputent. Ita, videlicet, quod uno die problema seu dubium, alio die quæstionem, vel, cum vesperias et inceptiones in eadem facultate fieri contigerit, in utroque die unam, prout moris est, teneant quæstionem: in Quadragesima, tamen, unica disputatio in septimana in morali philosophia eos contentari debere permittimus. Volumus, tamen, et ordinamus quod, si numerus Baccalaureorum in artibus usque ad senarium vel infra minuatur, Magistri Regentes in eadem facultate singulis vicibus cum illis Baccalaureis seriatim disputent, modo quo præfertur, ac ordinem suum, quicunque et quotiescunque contigerit, servent

Masters to assist in case of deficiency of Bachelors.

Digitized by Google

et compleant, donec ultra senarium ipsorum Baccalaureorum numerus iterum augeatur. Ut nostri tamen Regentes hujusmodi in præfatis disputationibus responsales fiant eos per præsens statutum volumus coarctari. Singuli vero Baccalaurei dubio seu problemati movendis intersint, similiter cum lectoribus suis. In quæstione vero semel in septimana movenda, simul sint Magistri omnes artium Regentes et Non-Regentes, Præsidente, Vice-Præsidente, et theologiæ Doctoribus tantummodo exceptis, nisi causam rationabilem absentiæ suæ Decano suæ facultatis ostendant, ab eodem Præsidente seu, ipso absente, Vice-Præsidente approbandam. In quibus disputationibus, volumus ut provectiores seniores minus provectos et juniores, in his quæ quærenda, opponenda et respondenda, occurrerint, instruant et informent. Quas quidem disputationes, quantum ad initium et continuationem per Decanos, quantum vero ad instructionem et dubiorum solutiones per lectores, regulari volumus. Aliam vero disputationem theologicam faciant inter se Collegii nostri Socii theologiæ intendentes, in navi capellæ Collegii supradicti, vel alibi ubi Præsidenti videbitur, una die singulis hebdomadis pleni termini, excepta Quadragesima, singulis annis perpetuo, a festo Sancti Dionysii ad Translationem Sancti Thomæ Martyris; dum tamen tres ejusdem facultatis præsentes existant. Quam volumus regulari per lectorem sacræ theologiæ; vel, ipso ex causa rationabili absente, per seniorem theologum regi præcipimus. Cui etiam disputationi teneantur omnes Doctores, omnes Magistri ac scholares theologiæ, cujuscunque generis aut conditionis extiterint, interesse, nisi ex causis rationabilibus et necessariis legitime fuerint impediti. Præterea, volumus et declaramus quod a festo Translationis Sancti Thomæ Martyris usque ad festum Sancti Petri ad vincula, fiat inter Socios et scholares supradictos, singulis septimanis, in facultate artium unica ad minus disputatio, licet tempus vacationis extiterit: ita, etiam, quod ter ad minus qualibet septimana, a supradicto festo Sancti Thomæ Martyris usque ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ, per Baccalaureos facultatis artium, præsentibus omnibus Magistris ejusdem facultatis et scholaribus, cessante impedimento legitimo, fiant lecturæ juxta se cursorie in navi capellæ, vel alibi, juxta discretionem Decanorum vel saltem unius Decani ejusdem facultatis tunc præsentis, in aliqua materia utili, et primitus, videlicet, in algorismo, vel in tractatu de sphæra vel motu planetarum. Si quis autem, absque causa rationabili modo quo præmittitur approbanda, fuerit absens a disputationibus vel lecturis, quibus ut præmittitur interesse deberet, si, prima vice monitus, secunda vice absens fuerit, per subtractionem communarum suarum per unum diem, si tertio per duos dies, et si quarto per quatuor dies, et sic deinceps secundum quod Præsidenti et Decanis, vel saltem uni Decano, vel, ipso Præsidente absente, Vice-Præsidenti et eisdem Decanis seu saltem uno Decano, expedire videbitur, puniatur.

Theological disputation.

Disputation in Arts in vacation.

Lectures by Bachelors in Arts.

Penalties for absence.

Digitized by Google

Ex quibus causis communæ et distributiones aliæ a scholaribus et Sociis subtrahentur.

Causes of withdrawal of commons and allowances.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, ut omnibus et singulis Collegii nostri scholaribus et Sociis communæ per nos ordinatæ, et debitæ sustentationes, præstari debeant, quamdiu suis superioribus rationabiliter et humiliter obtemperantes fuerint et intenti, cum Sociis suis tolerabiliter, honeste ac modeste, se gesserint, necnon in regiminis sui studio scholastico, lecturis, disputationibus, ac scientiis seu facultatibus quibus insistent, diligenter et studiose vacantes et etiam proficientes, ac in divinis officiis, servitiis et obsequiis, præsertim secundum formam in nostris ordinationibus et statutis traditam, soliciti fuerint et frequentes; ac juramentum ipsorum, ipsi Collegio in eorum admissione præstitum, bene observaverint, et in bonis conditionibus ac moribus se laudabiliter habuerint et honeste; alioquin, si qui in præmissis vel eorum aliquo contrarium fecerint notabiliterve deliquerint, nisi, ad monitionem Præsidentis, vel ipso absente Vice-Præsidentis, effectualiter correxerint usque ad emendationem condignam, cesset in eorum personis exhibitio communarum supradictarum, et ab eisdem, vigore præsentis nostræ ordinationis et statuti, dicti Collegii communæ ac distributiones et alia commoda quæcunque, auctoritate Præsidentis et unius Decani, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis et unius Decani, sine favore realiter subtrahantur: statutis nostris aliis hanc pœnam vel aliam infligentibus in suis casibus nihilominus in suo robore permansuris.

De tempore assumendi gradus in qualibet facultate.

Taking a Master's degree in Arts.

Theological studies of Masters in Arts.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod quilibet in artibus Baccalaureus, Socius dicti Collegii, annos in ipsa facultate in ipsa Universitate Oxoniæ statutos et haberi consuetos, absque remissione temporis aut completionis formæ, habeat integros et completos, antequam ad gradus Magistratus in eadem facultate quomodolibet admittatur: quibus annis et formis completis, si judicio Præsidentis, vel ipso absente Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum, si præsentes fuerint, ac sex seniorum Sociorum, habilis, sufficiens et idoneus, repertus fuerit, gradum Magistratus resumat infra annum. Artium vero Magistri, omnes et singuli, necessaria sua Regentia completa, exceptis his qui ad jura, leges, vel ad artes medicinales, licentiati sunt se transferre, statim ad facultatem theologiæ sacræ se divertant; cui jugiter ac diligenter insistentes, aliis facultatibus se non immisceant, nisi duntaxat in vacationibus: quos omnes et singulos, in octavo anno ad ultimum post dictæ suæ regentiæ in artium facultate completionem, in sacra theologia opponere, et in nono ad omne minus etiam respondere volumus, et ad lecturam libri Senten-

Digitized by Google

tiarum admitti, dummodo judicio Præsidentis, Vice-Præsidentis ac sex simpliciter seniorum Sociorum dicti Collegii, ad id habiles et idonei inveniantur. Et deinde post actus scholasticos eis ratione gradus sui incumbentes, ac alios quoscunque ad gradum Doctoratus in ipsa facultate ex statutis Universitatis debitos et requisitos assidue et diligenter exerceant, ita ut, citra finem octavi anni ab eadem admissione ad lecturam Sententiarum, ad incipiendum in dicta facultate, quantum in ipsis fuerit, sint parati. Quod tamen omnes et singuli Socii Collegii memorati communibus gratiis, etiam particularibus seu personalibus, suis temporibus ab Universitate concedendis, libere uti valeant et gaudere; dum tamen ad id a Præsidente, Vice-Præsidente, Decanis, bursariis et sex aliorum Sociorum simpliciter seniorum dicti Collegii, licentiam habuerint; præsenti ordinatione nostra prohibere non intendimus nullatenus aut derogare: quorum conscientias altius in Domino oneramus ne, in hujusmodi licentiis concedendis, nimis leves aut nimis graves seu difficiles se exhibeant; sed habito respectu, secundum eorum conscientias, debite ad dictam licentiam, petentium commodum, utilitatem et honorem Universitatis et Collegii nostri memorati, omni partialitate cæca aut perversa affectione amoris, odii et invidiæ, remotis, dictam licentiam concedant vel negent. Statuentesque, præterea, et volentes quod, quotiescunque aliquis Socius in Collegio prædicto ad gradum quemcunque in quacunque facultate licentiatus fuerit, cum gradum hujusmodi recipere debeat et in ejusdem actu inceptionis, cum in aliqua facultate realiter inceperit, omnes alii Socii et scholares ejusdem Collegii, tunc in Universitate præsentes, impedimento cessante legitimo per Præsidentem, seu ipso absente Vice-Præsidentem, approbando, licentiando, incipienti, aut gradum Baccalaureatus in quacunque facultate recipienti aut recepturo, in eundo comitivam exhibeant personaliter, et in actibus eisdem interesse personaliter teneantur. Præterea, cum in hoc statuto non fit mentio de forma requisita pro juristis ac medicis, de quibus superius in nostris statutis prælibavimus, volumus idem intelligi pro illis, sicut de aliis, quoad omnia pro formis habendis et gratiis utendis, ac aliis dispensationibus pro eorum gradibus recipiendis; idem etiam intelligi volumus de scholaribus nostris dictis *Demyes*. Volumus etiam ad dictorum juristarum ac medicorum profectus in moribus, in studiis suis et facultatibus, Præsidentem nostri Collegii, et in ejus absentia Vice-Præsidentem et Decanos, diligenter intendere et advertere; ita, videlicet, quod canonistæ, si qui sint, subjiciantur regimini ac correctioni in præmissis dicti Præsidentis, et in ejus absentia Vice-Præsidentis et Decani sacræ theologiæ; legistæ vero et medici regimini ac correctioni dicti Præsidentis, et in ejus absentia Vice-Præsidentis et alterius Decanorum facultatis artium. Item, in eodem statuto, ubi requiritur consensus et licentia sex seniorum simpliciter pro dispensatione in gradibus assumendis, volumus ut exprimatur, pro omni dubio tollendo,

Inception in theology.

Use of graces.

Fellows and scholars to be present at acts in taking degrees.

Students in law and medicine, and Demyes.

Digitized by Google

videlicet, tunc in Universitate præsentium; ita tamen quod concurrat consensus Præsidentis, Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum.

De officio Præsidentis et ejus potestate.

Power and duties of President.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod Præsidens, qui pro tempore fuerit in nostro Collegio, omnibus et singulis scholaribus, Sociis et personis ejusdem, præsentibus et futuris, ministris altaris, capellanis, videlicet, et clericis in capella dicti Collegii in divinis ministrare debentibus, necnon omnibus et singulis aliis ipsius Collegii nostri personis et officiariis et ministris, quocunque nomine censeantur, præemineat atque præsit, eosque juxta ordinationes et statuta nostra, in ea parte edita et nostris temporibus per nos edenda, regat, dirigat et gubernet, et eosdem omnes et singulos juxta eorum demerita corrigat, puniat et castiget, secundum nostrorum statutorum et ordinationum formam et effectum. Idem quoque Præsidens felici et salubri regimini atque curæ ipsius nostri Collegii scholarium, Sociorum et personarum ejusdem, omniumque terrarum, possessionum, redditiuum, spiritualium et temporalium, ac ministrationi rerum ac bonorum quorumcunque ad ipsum Collegium qualitercunque pertinentium, cum omni diligentia et providentia feliciter et diligenter intendat; ac alios ejusdem nostri Collegii officiarios et ministros, in divinis officiis et ministeriis deputatos ac etiam deputandos, intendere et ea diligenter exercere, ad commodum, utilitatem et honorem, dicti Collegii, faciat juxta posse. Ipsaque omnia et singula, quantum ad ipsum pertinet, fideliter gubernabit et custodiet, ac per alios ipsius Collegii officiarios et ministros faciat gubernari et etiam custodiri; bonaque omnia et singula supradicta in commodum et utilitatem dicti Collegii, scholariumque et Sociorum ejusdem, prout necessitas evidens exiget, et ordinationes et statuta nostra in hac parte plenius dictaverint, procurabit et faciet utiliter dispensari et in omnibus administrari: ea vero quæ residua fuerint et excrescent procurabit et faciet ad incrementum dicti Collegii et commodum fideliter conservari. Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod

Institution and dismissal of chaplains, &c.

conventiones, admissiones et destitutiones, capellanorum, clericorum et choristarum, et cæterorum servientium quorumcunque in nostro Collegio ministrare debentium, pertineant ad Præsidentem nostri Collegii prædicti, et in ejus absentia ad Vice-Præsidentem.

Defending suits.

Statuimus insuper, volumus et etiam ordinamus, quod omnia placita, tam realia quam personalia, dictum nostrum Collegium et omnes possessiones ejusdem, acquisitas et etiam acquirendas, qualitercunque concernentia, in quibuscunque curiis moveantur, dictus Præsidens, qui pro tempore fuerit, in ipsius Præsidentis et scholarium Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ nomine, prosequatur etiam et defendat: hoc

Digitized by Google

tamen salvo, quod causas aut lites graves, aut ardua negotia in quibus verti poterit ipsius Collegii damnum, exhæredatio, grave præjudicium et interesse, absque majoris partis omnium Sociorum præsentium dicti Collegii consilio et assensu, incipere vel aggredi non debebit. Et ad præmissa in omnibus et singulis suis punctis et articulis, quantum in eo est, fideliter et diligenter observanda, et observari facere procuranda, in admissione primaria in ipsum Collegium, post electionem et præfectionem de eo factam, in præsentia omnium Sociorum ipsius Collegii præsentium, antequam in Præsidentem admittatur, per ipsos astringetur, ut præmittitur, vinculo juramenti.

To be sworn on admission to office.

De portione Præsidentis.

Item, quia Præsidentem prædictum, ratione officii sui, multam diligentemque curam et labores impendere plurimos, cum ejusdem Collegii negotia plus cæteris ambire oportuerit, statuimus, ordinamus et volumus, quod, pro sua pensione et salario viginti libras sterlingorum, ultra ea quæ sibi inferius limitantur, et quæ de jure statutorum et ordinationum dicti Collegii erit alias recepturus, de bonis communibus ejusdem, ad quatuor anni terminos, per manus bursariorum, qui pro tempore fuerint, æqualiter recipiat persolvendas. Volentes, præterea, quod habeat pro se ac Sociis Collegii prædicti, ac eorum servientibus in eisdem negotiis laborantibus, competentem numerum equorum; dummodo tamen hujusmodi numerum senarium non excedat, præter equum clerici computi. Cujus quidem clerici provisionem, ac conventionem cum eo faciendam, ad Præsidentem et bursarios Collegii nostri prædicti spectare volumus. Sint etiam cellæ, fræna et harnesia necessaria, pro prædictis sex equis, pretii competentis, juxta discretionem et arbitrium ipsius Præsidentis, Vice-Præsidentis et bursariorum, qui pro tempore fuerint; pro quorum quidem equorum, frænorum, cellarum, et aliorum præmissorum, tam emptionibus quam renovationibus seu mutationibus, quoties opus fuerit, necnon pro pabulo pro equis prædictis, satisfieri volumus de bonis communibus Collegii memorati. Habeatque, insuper, idem Præsidens, pro suo et Collegii honore conservando, duos servientes honestos, qui sibi ad mensam in aula et camera sua aliisque locis debite et diligenter deserviant; ac etiam unum custodem equorum; pro quorum liberata satisfieri volumus etiam de bonis communibus ipsius Collegii. Cum vero dictum Præsidentem, juxta ordinationes et statuta Collegii, aut alias de avisamento, consilio et consensu, Vice-Præsidentis et bursariorum, negotiis Collegii extra villam Oxoniensem abesse oportebit, tunc prædictos duos servientes et custodem equorum suorum, unum coquum, et unum Socium discretum, aptum, circumspectum, ad hoc per Socios ejusdem Collegii eligendum, ad assistendum eidem Præsidenti, quamdiu sic absens fuerit, quoties et quum opus

Pension and salary of President.

Horses for President and Fellows; and harness.

Clerk of accompt.

Two servants for President.

Expenses of President and attendants travelling on College business.

fuerit, assignari volumus. Pro omnibus dicti Præsidentis expensis, dicti Socii et servientium prædictorum, aliorumque secum in dictis negotiis Collegii necessario laborantium, necnon aliorum per ipsum pro utilitate, commodo et honore, dicti Collegii invitandorum, Collegium de suis bonis satisfaciat et persolvat: proviso semper quod parcellas omnium expensarum hujusmodi per ipsum in absentia sua factarum, infra sex dies postquam redierit ad Collegium, Vice-Præsidenti, Decanis et bursariis, in scriptis tradere teneatur, per eorum discretiones allocandas, sub pœna amissionis omnium expensarum præmissarum; ad quod etiam Socium quemlibet dicti Collegii, quem abesse contigerit, sub prædictis pœnis astringi volumus. Si vero dictus Præsidens in suis negotiis propriis aliquando absens fuerit, tunc de bonis suis propriis et non expensis Collegii procuretur. Insuper, si Præsidens præsens in Collegio extraneos supervenientes pro utilitate, commodo et honore, Collegii, sive in ejus absentia Vice-Præsidens ejusdem Collegii, de consilio bursariorum, aliquos extraneos hujusmodi invitaverit, volumus quod invitati in magna aula dicti Collegii vel alibi, secundum discretionem Præsidentis et bursariorum cum præsens fuerit, vel ipso absente Vice-Præsidentis et eorundem bursariorum, secundum eorum statum aut gradum debite procuretur. Et ne communæ Præsidentis aut Sociorum per tales invitatos nimis deterioretur, volumus pro qualibet persona sic invitata, ad ferculum Præsidentis in magna aula prædicta sedente, singulis vicibus quatuor denarii; si vero talis extraneus ad ferculum vel mensam sederit Sociorum, tres denarii; in mensa vero famulorum si sederit, tunc denarii duo; pro qualibet ejus refectione de bonis communibus persolvantur. Si autem alibi quam in aula prædicta eos sedere contigerit, tunc secundum discretionem Præsidentis, Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum, procuretur eisdem. Habebit etiam dictus Præsidens viginti libras pro communis suis et trium famulorum, quorum unus erit custos equorum suorum. Ita, tamen, quod habeat allocationem dictæ summæ a bursariis, juxta temporis ratam quo præsens fuerit in Collegio: et simili modo fiat allocatio eidem juxta portionem illius summæ quomodo bursarii allocantur pro Sociis Collegii exeuntibus et redeuntibus ad Collegium, de summa duodecim denariorum allocata eisdem. Volumus, etiam, quod idem Præsidens omnia et singula vasa pro aula sua, et utensilia pro promptuario et coquina, et mutatoria, quoties opus fuerit, sumptibus et de bonis dicti Collegii habeat necessaria, competentia et honesta, non tamen nimis sumptuosa; quibus ad usum suum proprium debite, honeste et rationabiliter, fruatur; et, sive in morte sive in recessu, in statu quo tunc erunt restituat.

Expenses of President absent in his private affairs.

Entertainment of strangers.

Commons of President and his three servants.

Plate and household utensils for President.

Digitized by Google

Quod Socii et scholares sine licentia non devillent.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod si quis Sociorum vel scholarium ab Universitate prædicta devillare voluerit, causam suam hujusmodi Præsidenti, præsens si fuerit, vel si absens sit, Vice-Præsidenti, et Decano facultatis suæ, si præsens fuerit, ostendat, et extunc devillandi et proficiendi petat licentiam ab eisdem. Nolentes quod, in licentiam hujusmodi Sociis vel scholaribus hanc petentibus concedendo, dictus Præsidens aut Decanus se reddant nimis difficiles: sed volumus quod scholari, Socio, ipsam petenti et se habere honestam causam et veram absentandi asserenti, non denegetur hoc casu facultas seu licentia absentandi, præcipue magnarum et generalium vacationum temporibus: hoc adjecto, quod absentare volentibus, ac justas, honestas causas et rationabiles, ut præmittitur, allegantibus, certum rationale tempus absentiæ præfigatur, ejusdem consideratis causis allegatis ac conditione, statu personarum ipsam petentium licentiam, locorum distantia et temporis qualitate, infra quod ad dictum Collegium et studium redire, cessante impedimento legitimo, debeant et teneantur; et quod, dum absentes fuerint in patria, sicut decet clericos induantur et honeste moribus conversentur: nec per tunc, aut dum in Universitate fuerint, iidem scholares et Socii, vel alii in ipso Collegio manentes, capellani seu clerici quicunque, tabernas, spectacula, vel alia loca inhonesta, exerceant aut frequentent, sed a comitivis suspectis penitus se abstineant, ne, quod absit! ex communione inhonesta vel suspecta, aut alias ex ipsorum insolentiis quibuscunque, dicto Collegio, scholaribus et Sociis ejusdem, scandalum, damnum vel præjudicium, eveniat, aut quomodolibet generetur. Nec liceat alicui scholarium aut Sociorum prædictorum extra Collegium nostrum supradictum in villa Oxoniæ, in ejusdem suburbiis vel locis aliis per quatuor miliarium spatium a villa Oxoniæ minime distantibus, seu infra, quomodolibet pernoctare, nisi ex causa necessaria, rationabili et honesta, per dictos Præsidentem, Vice-Præsidentem, et aliquem Decanorum, approbanda. Alioquin, si forsan quisque scholarium et Sociorum prædictorum, post publicationem præsentis nostri statuti, quam loco monitionis legitimæ habere volumus, et in præmissis vel eorum aliquo, in arbitrio Præsidentis, vel ipso absente, Vice-Præsidentis, et alicujus Decanorum, culpabilis inveniatur, cujuscunque gradus aut conditionis fuerit, pro prima vice per septimanam, pro secunda vice per quindenam, pro tertia vice per mensem, tunc proximo sequentem, communis suis careat, ipso facto; qui si quarta deliquerit, in hoc casu ab ipso Collegio nostro, præsentis vigore statuti, ipsum exclusum et privatum fore decernimus ipso facto. Hoc tamen proviso, quod nullus scholarium aut Sociorum prædictorum, in uno anno, ultra sexaginta dies continuos, vel vicibus interpolatis discontinuos, a dicto Collegio se absentet; et quod una et eadem vice non detur

Leave for going out of town.

Behaviour during absence.

Passing the night out of College.

Penalties.

Limitation of term of absence.

Digitized by Google

pluribus scholaribus vel Sociis, ultra decem numero, licentia absentandi; ne per hoc cultus divinus in dicto Collegio immoretur ac profectus studii scholastici subtrahatur; præterquam in vigilia Sancti Thomæ Apostoli, usque ad octavas Sancti Hilarii, et de die Dominica in Ramis Palmarum usque ad diem Dominicam in octavis Paschæ, et a die Martis proximo ante festum Pentecostes usque ad diem Dominicam proximo post festum Sanctæ Trinitatis, et a crastino Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis usque ad sextum diem Octobris extunc proximo secuturum; quibus temporibus, Sociis et scholaribus prædictis de numero majore et minore, usque ad numerum viginti personarum in toto, ex causa rationabili et honesta, ut puta recreationis vel alia, licentiam similiter dari permittimus; illis, qui propter negotia Collegii absentes fuerint, in numero absentium hujusmodi minime computatis: nisi ex causis promotionis ipsorum, mortis et gravis infirmitatis parentum seu amicorum, seu aliis causis consimilibus et necessariis, per juramentum hujusmodi licentiam petentium in præsentia Præsidentis, Decanorum et bursariorum eorundem, affirmandis, et approbandis per eosdem. Proviso, quod, in omnibus et singulis casibus præmissis, non approbetur causa absentiæ alicujus in unica vice ultra tempus unius anni ad omne majus, et ex causis urgentissimis et rarissimis; atque, durante approbatione, cesset ulterior approbatio alicujus eorundem. Præterea provisum et declaratum est per dominum Fundatorem quod scholares de minori numero, dicti *Demyes*, non ultra triginta dies in anno, simul vel discontinue, cessante infirmitate corporali, a Collegio suo abesse præsumant. Permittit tamen quod, juxta negotiorum suorum exigentiam, quilibet eorundem ex causa rationabili, urgente et necessaria, per discretionem Præsidentis et unius Decani approbata, ultra dictos triginta dies in anno per quindecim alios dies duntaxat abesse poterit.

Term of absence for Demyes.

Quod non exerceant ludos inhonestos infra claustrum dicti Collegii vel alibi, et quod venationes et aucupationes non exerceant.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus scholarium vel Sociorum dicti Collegii leporarium teneat, aut canem alium quemcunque, ferettos, nisum aut aliam avem ancipitrem qualemcunque, maviscum aut aliam avem cantatricem. Taxillorum, insuper, et alearum, tam cardarum quam carparum, omnemque ludum noxium, inordinatum et illicitum, infra Collegium prædictum vel alibi infra Universitatem, ipsis penitus interdicimus et etiam prohibemus, ac etiam alibi extra Universitatem, unde personæ damnum aut Collegio scandalum poterit evenire. Si quis vero prædictæ prohibitioni nostræ contravenerit, si super hoc convictus fuerit, pœnam scholaribus et Sociis dicti Collegii extra Universitatem sine licentia devillantibus, in proximo præcedente capitulo limitatam, incurrere statuimus et volumus ipso facto.

Keeping hounds and hawks.

Games of dice, cards, &c.

Penalty.

Digitized by Google

Statuentes, præterea, ac etiam prohibentes firmiter et expresse, ne quisque Sociorum vel scholarium prædictorum, vel aliorum ministrorum quorumcunque, jaciat aut sagittet lapides, pilas, ligna, trunca, seu alia quæcunque, seu aliquos ludos seu jactus faciet vel exerceat, nec ab aliis fieri permittat, infra Collegium prædictum, clausum vel hortum ejusdem, vel extra, per quæ vel eorum aliquod capella, aula vel domus aliæ seu ædificia dicti Collegii, in fenestris vitreis, muris, tectis, cooperturis, vel alias qualitercunque, intus vel extra, superius vel inferius, fracturas seu læsiones, aut damnum aliud, patiantur seu habeant quomodolibet vel jacturam. Et, si quis in hoc casu deliquerit, et super hoc convictus fuerit, pro damno sic per ipsum illato satisfaciat competenter, et nihilominus per subtractionem communarum suarum per quindenam, vel unam septimanam ad minus, vel alio modo juxta discretionem et ordinationem Præsidentis, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis et unius Decani, juxta qualitatem delicti, acriter puniatur, sine favore quocunque, ne perpetrandi similia cæteris audacia tribuatur.

Injury of College building by arrows, stones, balls, &c.

Penalties.

De correctionibus fiendis circa delicta leviora.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod, si quis scholaris aut Socius prædictus crimen vel delictum aliquod de levioribus commiserit, de quo probabiliter fuit convictus, veluti inobedientiam erga Præsidentem, aut jurgium cum Vice-Præsidente, Decanis vel aliis Sociis, seu levis contentio per eum in dicto Collegio vel extra fuerit suscitata, vel alias quodammodo leviter excesserit seu deliquerit, per quod grave scandalum sui ipsius vel dicti Collegii minime generetur; per Præsidentem, si præsens fuerit, vel eo absente per Vice-Præsidentem, corripiatur acriter de commissis, et sub pœna subtractionis sustentationis, quam hactenus habuerit in Collegio, per eundem moneatur attente ne de cætero talia quomodolibet attemptare præsumat; ipsumque nihilominus sic delinquentem, juxta excessum et delicti qualitatem, Præsidens prædictus, vel in ejus absentia Vice-Præsidens, cum consensu et deliberatione duorum Decanorum, vel saltem unius, corrigat, puniatque pro commissis; quas correctionem et punitionem culpabilis in ea parte, absque contradiction e,appellationis vel querelæ obstaculo, sustineat patienter. Et in casu quo hæc vel similia fecerit et post, arctius vel acrius procedatur contra eum, prout in aliis nostris statutis et ordinationibus plenius continetur; quibus per hoc nostrum statutum nolumus in aliquo derogari, sed ipsa in suo robore volumus permanere et firmiter observari.

Correction of lighter offences.

Quomodo succurritur Præsidenti et Sociis ac scholaribus in infirmitatibus incidendis.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod, si Præsidens Collegii prædicti in infirmitatem contagiosam, videlicet lepram,

Support of President in incurable sickness.

Digitized by Google

quod absit! inciderit, propter quam oporteat et deceat ipsum ab officio suo amoveri, tunc sibi, extra Collegium moraturo, de bonis communibus dicti Collegii viginti libræ annuatim, ad quatuor anni terminos principales, pro sustentatione sua, fideliter persolvantur; dummodo nullam in spiritualibus vel temporalibus, possessionem perpetuam aut victum perpetuum obtineat, possideatque. Quod si ad minorem summam viginti librarum provisus vel promotus fuerit in spiritualibus vel temporalibus, aut utrisque, tunc volumus quod id quod deest de summa viginti librarum eidem augeatur, suppleatur et fideliter persolvatur, usque ad summam viginti librarum, de bonis communibus nostri Collegii memorati. Et si quicquid, post cessionem aut amotionem hujusmodi, recipit de bonis dicti Collegii, vel prius recepta sibi et usui suo applicuerit vel appropriaverit, præter illa quæ sibi pro portione sua disponuntur, ad restitutionem ecrundem per successorem suum, modis et viis quibus poterit, compellatur; ad quam restitutionem fiendam, in virtute juramenti in profectione sua præstiti, noverit se astrictum. Volumus, insuper, quod Præsidens Collegii nostri prædicti, in aliqua impotentia vel infirmitate corporali eidem forsan contingente, tum percipiat sicut sanus; et interim Vice-Præsidens, Decani et bursarii, vices ejus cum consilio ejusdem debite suppleant exerceantque, ac etiam diligenter et fideliter exequantur; præterquam in casibus ubi aliter per nostra statuta et ordinationes specialiter est provisum. Si vero aliquem Socium vel scholarem Collegii prædicti contigerit infirmari, volumus tunc quod sic infirmatus sola summa communarum Sociorum et scholarium, pro tempore hujusmodi infirmitatis suæ in Collegio currentium, sit contentus, pro omni sustentatione sua quam esset a Collegio alias percepturus; quam sibi per manus bursariorum singulis mensibus persolvi volumus, quamdiu hujusmodi infirmitas duraverit. Si vero scholaris Collegii prædicti post annum probationis, sive in Socium ejusdem admissus non fuerit, vel alius scholaris aut Socius hujusmodi, a dicto Collegio recesserit, seu ab eodem ex quacunque causa amotus fuerit vel privatus fuerit, nolumus quod extunc hujusmodi perceptionibus gaudeat quovismodo; Sociis vero, pro necessitate et utilitate, aut negotiis, ipsius Collegii, ad loca aliqua destinatis et missis, si ipsos dum sic absentes erunt infirmari contingat, sustentatio competens de bonis ipsius Collegii ministretur, juxta gradum et statum suum ac infirmitatis qualitatem, necnon secundum discretionem et dispositionem Præsidentis et Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum Collegii prædicti: ita quod per evidentias et probationes legitimas constare poterit Præsidenti et Sociis quod infirmitas hujusmodi ficta non fuerit, vel de facili curari non poterit; quod idem infirmatus, quam citius equitare poterit, ad Collegium redeat, se Præsidenti et Sociis specialiter ostendendo; et quod extunc cesset subventio antedicta, nisi quatenus in aliis statutis pro infirmis editis est provisum.

Restitution of goods of the College after removal from office.

Temporary infirmity of President.

Infirmity of Fellow or scholar.

Digitized by Google

Quomodo proceditur contra Socios vel scholares Collegii super majoribus criminibus defamatos.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod, si contra aliquem Socium vel scholarem dicti Collegii infamia oriatur super crimen hæresis, simoniæ, aut super perjurio manifesto, vel furto notabili, homicidio voluntario, adulterio, incestu atroci, percussione injuriosa Socii vel scholaris læsionem inferente, præsertim Præsidentis, Vice-Præsidentis alicujusve Decanorum vel bursariorum, Magistri vel Doctoris, ipsius Collegii, vel super alio crimine similiter enormi, aut aliquo alio crimine de majoribus criminibus; vel quod notorius fornicator existat, aut quod conspirationes illicitas fecerit et inierit, vel eas fieri procuraverit, contra statnm dicti Collegii, vel facientibus conspirationes hujusmodi præstiiit consilium vel favorem, aut aliquod factum hujusmodi perpetraverit, per quod grave damnum, præjudicium vel scandalum, dicto Collegio generetur; et præmissa vel eorum aliquod publice confessus fuerit coram Præsidente dicti Collegii, assidentibus sibi Vice-Præsidente, duobus Decanis et bursariis, vel per testes idoneos, Præsidentis, Vice-Præsidentis et aliorum superius nominatorum, judicio approbandos, aut per facti evidentiam coram eisdem reus manifeste convictus fuerit, extunc a dicto Collegio, præsentis nostræ ordinationis vigore, nulla alia monitione præmissa, eum exclusum et privatum fore ipso facto decernimus et statuimus, absque cujuscunque appellationis remedio vel querela.

Expulsion of Fellows or scholars for grave offences.

De lectura Bibliæ in prandio, silentio tenendo; et de Latino tenendo eloquio.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes et singuli Socii et scholares, ac capellani capellæ, dicti nostri Collegii, sedentes in aula ejusdem Collegii nostri, singulis diebus, in prandio, habeant Bibliam lectam coram eis per unum clericum capellæ, vel [per unum scholarem vel Socium ejusdem Collegii, per Præsidentem seu Vice-Præsidentem deputandum: cujus lecturæ omnes Socii et scholares et capellani capellæ, sub silentio epulantes, diligenter et reverenter intendant; quodque lecturæ hujusmodi, per verbositates, fabulas, clamores, risus, murmurationes vel tumultus alios inordinatos, non impediant quovismodo. Cum vero loqui aut colloqui eos contingat, tam in aula ad mensam quam in cameris, capella et alibi infra ipsum Collegium, clausum aut hortum ubicunque, modesto et curiali modo loquantur; et, cum locuti fuerint, Latino fruantur eloquio, nisi ad aliud idioma extraneorum vel laicorum præsentia, seu ex alia causa rationabili, urgeantur. Nullusque ipsorum alium in ipso Collegio studentem seu studere volentem, a studio vel, dormitionis tempore, a dormitione vel quiete, per ludos, tumultus vel strepitus, vel per alia facta quæcunque, impediat quovis-

Bible reading at dinner.

Use of Latin in conversation.

Impeding studies, &c.

Digitized by Google

modo: alioquin, si quemque scholarium aut Sociorum prædictorum, post publicationem præsentis nostri statuti, quam loco monitionis legitimæ in hoc casu haberi volumus, in præmissis vel eorum aliquo reum contigerit reperiri, cujuscunque gradus, status aut conditionis, existat, pro prima vice communis suis per unum diem, pro secunda vice per duos dies, pro tertia per septimanam, pro quarta per quindenam, et pro quinta si super hæc sit convictus, per mensem, privetur et careat, ipso facto. Qui si postea in præmissis vel eorum aliquo manifesto inventus fuerit culpabilis, pœna hujusmodi deinceps aggravetur, et sic, secundum discretionem et moderationem Præsidentis, Decanorum et bursariorum prædictorum, in hoc casu gravius puniatur.

De Sociis et scholaribus beneficiatis vel religionem intrantibus, seu matrimonium contrahentibus.

Causes of forfeiture of Fellowship or scholarship.

Præterea statuimus, ordinamus et volumus, quod si quis Sociorum vel scholarium dicti Collegii religionem intraverit, aut alicujus obsequium, per quod a studio in Universitate Oxoniensi impediatur, se mancipaverit, uxoremve duxerit, vel ab ipso Collegio animo deserendi studium recesserit; quod intelligi volumus esse factum eo ipso quod eorum aliquis ultra sexaginta dies in anno, continuos vel interpolatim discontinuos, cessante infirmitate corporali seu negotiorum Collegii procuratione, et nisi ex causa rationabili Præsidenti, seu eo absente Vice-Præsidenti, Decanis et bursariis, ac sex Sociis senioribus simpliciter dicti Collegii, intra triginti dies post lapsum dictorum sexaginta dierum immediate sequentes intimanda, et per eos approbanda, a dicto Collegio se absentaverint; seu quod patrimonium, hæreditatem, feodumve sæculare, aut annuam petitionem ad terminum vitæ duraturam, ad valorem communibus annis centum solidorum, assecutus fuerit; tunc infra sex menses a tempore assecutionis hujusmodi continue numerandos, auctoritate nostri præsentis statuti, eum a dicto Collegio amotum fore statuimus ipso facto, ac extunc pro non scholari aut pro non Socio penitus habeatur.

Ecclesiastical benefice above eight pounds.

Si vero aliquis Sociorum vel scholarium prædictorum beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, cujus fructus, redditus et proventus, octo librarum valorem annuum, si in eodem personaliter resideat, excedunt, adeptus fuerit, per unum annum et non ultra in dicto Collegio Socium vel scholarem stare permittimus: volentes ac etiam decernentes quod, post lapsum hujusmodi anni, nisi intra annum eundem ipsum beneficium effectualiter dimiserit, vel nisi, cessantibus dolo, fraude ac malo ingenio, litigiosum sit, ipso facto pro non scholari et non Socio penitus habeatur.

Benefices of any value may be held by President.

Præsidentem vero dicti Collegii, propter aliqua beneficia ecclesiastica, redditus vel proventus ecclesiasticos, vel etiam temporales, cujuscunque valoris existant, per ipsum obtenta vel in posterum obtinenda, ab officio Præsidentis amoveri nolumus,

Digitized by Google

destitui vel privari; dum tamen in dicto Collegii resideat, et officium suum inibi juxta statutorum nostrorum exigentiam gerat aut debite exequatur. Idem etiam fieri volumus de lectore theologiæ in nostro Collegio memorato, quamdiu officium bene et diligenter exequi videtur. Proviso tamen quod Doctores cujuscunque facultatis, ac etiam lectores in philosophiis deputati et in posterum deputandi, durante eorum officio, beneficium ecclesiasticum quodcunque, cum cura vel sine cura, habere poterunt, una cum Collegio, dummodo verus valor annuus ejusdem viginti marcas non excedat.

And by the Lecturer in theology.

Benefices of 20 marcs may be held by Doctors, and Lecturers in philosophy.

De officiis lectorum, et eorum electione.

Item, quia diligentem, profundam et assiduam, informationem, non modo scholarium et Sociorum nostri Collegii prædicti, verum etiam omnium et singulorum aliorum scholarium philosophiæ et sacræ theologiæ præcipue facultatibus in Universitate Oxoniæ insistentium, eorundemque in dictis scientiis et facultatibus profectum et celerem expeditionem, summo et ferventi cordis desiderio affectamus; statuimus, ordinamus et volumus, quod futuris perpetuis temporibus sint in Collegio nostro prædicto tres lectores, gratis lecturi, moribus et scientiis perornati: quorum duo sint artium Magistri, qui philosophiam palam et publice legant omnibus et singulis scholaribus, tam nostri Collegii quam etiam aliis, sæcularibus et regularibus, ad dictum Collegium undecunque confluentibus, et dictas lecturas audire cupientibus, ab auditoribus nihil exigendo: ita, videlicet, quod unus dictorum artium Magistrorum, omnibus diebus profestis in pleno termino, a festo Sancti Dionysii usque ad festum Sancti Petri, quod dicitur Ad Vincula, philosophiam legat naturalem, incipiendo circa horam sextam in aurora. Alius vero philosophiam legat moralem vel metaphysicam, secundum limitationem Præsidentis, seu ipso absente Vice-Præsidentis, et duorum Decanorum, incipiendo circa horam primam post meridiem, secundum quod exigit profectus scholarium suas lecturas continuando. Tamen, volumus et concedimus quod, quoties et quamdiu Præsidenti, vel ipso absente Vice-Præsidenti, et duobus Decanis utile et expediens videbitur, ambo dicti lectores moralem philosophiam licite et libere legere valeant. Tertius vero dictorum trium lectorum, sacræ theologiæ Doctor, Baccalaureus, vel in sacra theologia scholaris, sacram theologiam omnibus et singulis scholaribus, illuc undecunque adventantibus et ipsam lecturam audire volentibus, palam et publice legat, sumptibus et expensa nostri Collegii prædicti, lecturam suam circiter horam novenam incipiendo. Ad quas lecturas præfatos lectores, omnibus et singulis diebus, et horis prænotatis, fideliter et indeficienter arctari volumus; nisi forsan, ex causa rationabili et legitima, per Præsidentem, seu ipso absente per Vice-Præsidentem, ex unanimi assensu duorum Decanorum, approbata, vel intra tri-

Of the three Lecturers.

Two Lecturers in philosophy.

One Lecturer in theology.

Digitized by Google

duum approbanda, dictas lecturas, aut earum aliquas vel aliquam, aliquo dierum prædictorum omitti, aut in alias horas deferri vel anticipari, oportuerit. Quorum quidem duorum philosophiæ lectorum, dummodo Socii nostri Collegii extiterunt, præter et supra communas, vestium liberatas, ac omnia et singula proficua et emolumenta quæ de dicto Collegio alias essent percepturi, pro suis laboribus sex libras et tredecim solidos et quatuor denarios; lectorem vero theologiæ, præter et ultra communas, decem libras bonæ et legalis monetæ Angliæ; ad quatuor anni terminos, de bonis communibus dicti nostri Collegii, pro suis salariis, per manus bursariorum percipere volumus. Quos quidem lectores et eorum quemlibet ad officium legendi, quoties opus fuerit, eligi volumus, modo, ordine et forma, superius descriptis in electione Vice-Præsidentis. Præterea, statuimus, et ordinamus et volumus, quod si, judicio dicti Præsidentis et tredecim Sociorum seniorum nostri Collegii, vel judicio Præsidentis et majoris partis dictorum tredecim seniorum, unus vel plures de dictis lectoribus ab onere suæ lecturæ ex causa rationabili amoveri debeat vel debeant, facta prius honesto modo dicto lectori vel dictis lectoribus monitione quod sponte sua cedat vel cedant officio legendi, ipso lectore vel ipsis lectoribus non parente vel non parentibus dictæ monitioni, tunc ille lector vel illi lectores omnino a sua lectura cesset vel cessent, quem vel quos dictus Præsidens vel dicti tredecim seniores, vel dictus Præsidens et major pars dictorum tredecim, ab hujusmodi cessare decreverint. Insuper statuimus, ordinamus et volumus, quod si, extra Collegium in Universitate Oxoniensi, provectiores, aptiores et excellentiores, quam intra Collegium nostrum lectores ad legendum theologiam et philosophiam inveniantur, et numerus Sociorum et scholarium nostri Collegii sit completus, tunc, ultra prædictum numerum Sociorum et scholarium, volumus dictos provectiores lectores, pro prædictis salariis ipsis, pro lecturis et disputationum interessentiis, ac instructionibus et informationibus in iisdem, faciendis, assignatis et provisis, ad dictas lecturas assumi ultra communas septimanales Sociorum quas hac præsenti nostra ordinatione ipsis allocamus; si alia utilior conventio nostro Collegio per Præsidentem nostri Collegii non possit fieri. Quos quidem lectores, extra nostrum Collegium et ultra numerum prædictorum Sociorum et scholarium nostri Collegii sic assumptos, in loca Sociorum et scholarium cedentium vel decedentium proxime vacantia, cujuscunque fuerit comitatus, aut si velint et possint, subrogari; statuto nostro sub diœcesibus et comitatibus considerandis in electionibus Sociorum et scholarium in aliquo non obstante. Præterea, pro felici continuatione dictorum lectorum ac informatoris in grammatica, et pro salario et stipendio eorundem, providere cupientes, quoties et quamdiu pro tempore magnæ et gravis pestis, cujus magnitudinem et periculum æstimari et judicari volumus per discretionem Præsidentis, aut in ejus absentia Vice-Præsidentis, et majoris partis seniorum nostri

Stipends of Lecturers.

Election of Lecturers.

Removal from office.

Selecting Lecturers out of the College.

Such Lecturers to succeed to Fellowships.

Allowance for lectures out of the University in time of pestilence.

Digitized by Google

Collegii, per quos, sicut præmittitur, si aliquis locus et numerus scholarium nostri Collegii deputatus fuerit, extra Universitatem Oxoniæ pro continuatione studii et lecturarum, ubi ipsi lectores et informatores parati sint cum effectu suas lecturas continuare et scholares informare: hinc volumus et ordinamus quod, ultra communas limitari solitas, percipient pro salariis suis, juxta ratam temporis quo sic lecturis suis intendere curaverint, ac si lecturas ipsas in Universitate continuassent. Ipsi vero auditores sui, qui de majori aut minori numero scholares nostri Collegii extiterint, juxta ratam temporis et per discretionem Præsidentis, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis, et majoris partis seniorum, dum sic, ut præmittitur, congregati, modo honesto et pacifico se gesserint et lecturis suis diligenter intenderint, pro communis percipiant prout recipere in Collegio soliti sunt, non obstantibus nostris statutis in contrarium editis.

De senescallo communi aulæ singulis septimanis deputando.

Cæterum, quia volumus quod quotidianæ expensæ omnium in dicto Collegio nostro commorantium quoad esculenta et poculenta, quatenus communas eorum concernunt, utilius et discretius fiant, et sine dispensatoris sive clavigeri suspicione procedant, statuimus, ordinamus et volumus, quod pro qualibet septimana unus dicti Collegii Socius graduatus, seriatim in ordine suo, sit victualium omnium pro hebdomada illa emendorum supervisor, cum supervisione et dispositione bursariorum, vel ad minus unius ipsorum, qui pro tempore fuerit. Qui senescallus parcellas omnium et singularum emptionum, provisionum, et expensarum quarumcunque, pro illa septimana, et nomina præsentium et extraneorum, scribat vel scribi faciat, et senescallus aulæ pro illa septimana nuncupetur. Quem cibaria, prædicto Præsidenti, Vice-Præsidenti, Sociis et scholaribus, nostri Collegii, in aula communi sedentibus, administranda, ad singulas mensas coram eisdem apponere volumus. Præterea, statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes hujusmodi Socii illud, omnes singulis suis septimanis, vice sua, assumere et subire debeant; Vice-Præsidente, Doctoribus in quacunque facultate, necnon in sacra theologia Baccalaureis, ac bursariis, ad tale officium exercendum duntaxat exceptis. Idemque Socius senescallus cum bursariis et dispensatore, in cujuslibet septimanæ fine, die videlicet Veneris, si commode fieri poterit, sin autem die Sabbati immediate sequente, fideliter computet de omnibus emptionibus, provisionibus et expensis, ipsius septimanæ, singulatim qualibet die factis.

Appointment and duties of the Seneschal of the Hall.

Exemptions from the office.

Seneschal's accompt.

De mensis Præsidentis, Sociorum et scholarium, et de modo sedendi in eisdem.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod ad capitalem seu principalem mensam aulæ Collegii nostri prædicti, in medio vel

Places at table.

Digitized by Google

prope medium ejusdem, sedeant Vice-Præsidens et lector in sacra theologia secum, ad unum et idem ferculum, nisi supervenientibus filiis dominorum, commensalibus vel extraneis, aliud Præsidenti videatur expediri; et consequenter ad eandem mensam, ad dextram et ad sinistram Vice-Præsidentis, sedeant Doctores sacræ theologiæ, juris canonici et civilis, ac in medicinis, si quos tales ibidem fore contigerit; post quos, ad eandem mensam sedere permittimus in sacra theologia Baccalaureos, et aliquem vel aliquos in facultate artium Magistrum vel Magistros, ad supplendum numerum ad ferculum competentem; si id discretioni Præsidentis, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis videbitur expedire. In mensis vero collateralibus sedere volumus omnes et singulos quos ad principalem mensam sedere non contigerit; quos omnes, ut evitetur quæcunque turbationis et dissensionis materia, absque vendicatione loci sedere volumus. Per præmissa nullatenus prohibere volumus, quin extranei in Collegio supradicto loca et sedes habeant et obtineant, ad omnes mensas prædictas, eis congruentia, secundum discretionem Præsidentis, seu ipso absente Vice-Præsidentis, habito respectu debito ad status, gradus, dignitates et promotiones, eorundem. Quibus omnibus et singulis Sociis et scholaribus supradictis, una cum extraneis, si quos tales ibidem fore contigerit, in quiete et silentio discumbentibus, et lecturam Sacrarum Scripturarum jugiter et attente audientibus, in victualibus competenter et honeste serviri volumus et ministrari de bonis communibus dicti Collegii, juxta discretionem et ordinationem Præsidentis, Vice-Præsidentis, bursariorum et senescalli aulæ, qui pro tempore fuerint, ac secundum temporis exigentiam et communarum summam in ipsis statutis et ordinationibus nostris superius limitatam.

Places for strangers.

Behaviour at table, and service.

De supervisione maneriorum, et computo ministrorum Collegii.

Item, per negligentiam supervisionis aut incuria ministrorum, vel propter defectum reparationis maneriorum, Collegium in possessionibus suis aut aliis bonis damnum quomodolibet patiatur vel jacturam, statuimus, ordinamus et volumus, quod post Pascha, quam citius fieri poterit, circuitus et progressus, per Præsidentem vel aliquem Sociorum discretum, ad hoc per majorem partem Sociorum nostri Collegii eligendum et deputandum, vel, ipso Præsidente legitime impedito, per Vice-Præsidentem et Socium hujusmodi, vel per aliquem Sociorum sic, ut præmittitur, electum, et clericum computi dicti Collegii, [fiat] ad omnia maneria et beneficia ac boscos quoscunque ad dictum Collegium spectantia, in quibus supervisio hujusmodi Præsidenti et majori parti Sociorum videbitur necessaria; ad realiter supervidendum statum maneriorum, beneficiorum et boscorum hujusmodi, staurumque vivum et mortuum, necnon ad pecunias debitas Collegio, una cum arreragiis, exigendas et recipiendas. In quibus quidem supervisionum ma-

Easter progress of President to view lands, &c.

Digitized by Google

neriorum, beneficiorum, et quarumcunque receptionum temporibus, volumus quod fiant de et super omnibus et singulis summis receptis mutuæ indenturæ, inter receptores ex parte Collegii ac firmarios et cæteros quoscunque solventes; ac quod receptores hujusmodi, infra quatuor dies postquam ad Collegium redierint, liberent bursariis Collegii nostri omnes et singulas summas sic receptas, in præsentia Præsidentis, Vice-Præsidentis et alicujus Decanorum. Ordinantes, præterea, quod cum novæ ædificationes vel aliæ magnæ reparationes domorum immineant faciendæ, illæ non incipiantur ante principium mensis Martii, et finiantur ante festum Simonis et Judæ inde tunc proximo secuturum; ædificationibus et reparationibus, quæ commode absque dispendio Collegii differri non possunt, duntaxat exceptis. Fiat etiam alius circuitus post autumnum, quam citius fieri poterit, per unum Socium dicti nostri Collegii per majorem partem Sociorum eligendum, et per clericum computi, aut, necessitate exigente, per ipsum Præsidentem et aliquem Sociorum, ad omnia maneria, boscos et beneficia, ad dictum Collegium spectantia, in quibus supervisio Præsidenti et majori parti Sociorum videbitur necessaria; ad supervidendum statum maneriorum, beneficiorum et boscorum, staurumque vivum et mortuum; necnon ad pecunias Collegio debitas, una cum arreragiis, petendas et recipiendas. Volumus, insuper, quod per dictum Socium et clericum computi, aut Præsidentem, præmuniantur omnes et singuli ballivi, præpositi, primarii et alii ministri quicunque ad computandum astricti, quod sint parati, ad certum diem infra mensem Octobris vel Novembris, per dictos Socium vel Socios, clericum computi, aut Præsidentem, eis limitandum, pro compotis suis in Collegio prædicto apud Oxoniam, vel in ecclesiis aut maneriis suis, tunc reddendis. Statuentes, præterea, quod per Præsidentem, Vice-Præsidentem, duos Decanos, et octo alios seniores Socios, illo anno audiatur ministrorum extrinsecorum computus supradictus. Volumusque quod in fine cujuslibet anni, statim post computum omnium ministrorum et officiariorum prædictorum complete redditum, finalis computus omnium communarum hospitii dicti Collegii, et aliarum expensarum intrinsecarum quarumcunque factarum, per bursarios fideliter et complete reddatur, et per auditores prædictos audiatur, et debite ingrossetur; et quod omnes libri vel rotuli computi hujusmodi et aliorum memorandorum in thesauraria ponantur, et securius custodiantur in una cista, ad hoc per nos superius limitata; ut exinde evidentiæ sufficientes, tam pro defensione ecclesiarum et jurium maneriorum suorum, quam de valore annuo eorundem, de tempore in tempus haberi valeant in futurum. Volumus, etiam, quod in fine computorum tanta fiat diligentia ut, post completionem hujusmodi computorum, fiant duæ indenturæ, summarie et particulariter, recepta cujuslibet dominii et aliarum possessionum Collegii, ac etiam expensas et onera anni præstiti continentes,

Receipts from farmers.

Period for new buildings and repairs.

Autumnal progress by a Fellow, to view estates and collect arrears of rents, &c.

Notices to bailiffs to render accompts.

Audit of ministers' accompts.

Audit of final annual accompt of commons, &c.

Custody of accompts.

Indentures of the receipts from, and charges on lands.

Digitized by Google

cum arreragiis ejusdem particulariter expressis; quarum una pars remaneat penes Præsidentem, alia in manibus bursariorum de novo eligendorum, usque ad finem anni futuri: et tunc easdem apponi volumus in quadam cista, cum aliis rotulis computorum observandas, ut sic annis singulis patere poterit status Collegii nostri supradicti. Ulterius statuentes quod, reddito et ingrossato, ut prædicitur, finali computo bursariorum prædictorum, statim, sine mora aliqua, retradant et reddant dicti bursarii claves omnium cistarum et custodiarum quarumcunque eis commissarum Præsidenti Collegii prædicti, in signum resignationis et dimissionis officiorum suorum. Decani, præterea, cæterique Socii, officiarii et clavigeri intrinseci, omnes et singuli, præter Præsidentem, similiter suas claves Præsidenti prædicto tunc tradere, et officiis suis cedere, debeant et etiam teneantur. Quo facto, ad Vice-Præsidentis singulorumque officiariorum hujusmodi futurorum electionem statim procedatur; sicut et prout superius, in aliis capitulis ipsorum electionis formam continentibus, plenius est expressum; quod officium vel quæ officia nulli Socio ad hoc deputato liceat refutare. Nolentes, præterea, quod alicui Sociorum Collegii nostri duo officia simul et semel quomodolibet committantur.

Surrender of office by Bursars and other officers.

Election of new officers.

Holding two offices.

De precibus, orationibus, horis et aliis suffragiis, per dicti Collegii Socios et scholares dicendis.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod Præsidens dicti nostri Collegii, necnon scholares et Socii, omnes et singuli, qui pro tempore fuerint in eodem, singulis diebus cum de lecto surrexerint, et de cætero antequam lectum intraverint, aut aliis horis diei vel noctis, si dictis temporibus justa et honesta de causa fuerint impediti, in honorem Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis, dicant illam antiphonam de Trinitate "Libera nos," cum versiculo "Benedicamus Patrem et Filium cum Spiritu Sancto" etc., cum oratione de Trinitate consueta, videlicet, "Quum potens, sempiterne Deus," et, dum fuerimus in hac vita, cum oratione adjuncta, "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum, N. pontificem, Fundatorem," cum vero subtracti fuerimus ab hac luce, adjuncta oratione illa, "Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum, Fundatorem nostrum, pontificali dignitate," et in orationis loco "Rege, quæsumus, Domine" supradictæ. Dicat etiam eorum quilibet quolibet die, hora qua voluerit, pro animabus illustrissimi principis Henrici Tertii, Edvardi Tertii, Henrici Sexti, Edvardi Quarti, domini Radulphi Cromewell, Joannis Fastolf, Ricardi et Margeriæ parentum nostrorum, et cæterorum nostri Collegii benefactorum, et pro animabus omnium fidelium defunctorum, psalmum illum "De profundis" cum "Kyri eleyson" et "Oratione Dominica," cum salutatione Angelica, more solito, et cum orationibus, "Inclina, Domine" et

Prayer on retiring to, and rising from, sleep.

Daily prayers for Henry III., Edward III., Henry VI., Edward IV., Sir Ralph Cromwell, John Fastolf, Founder's parents, and other benefactors.

Digitized by Google

"Fidelium Deus," cum expressione nominum patris et matris nostrorum prædictorum; ac, post mortem nostram, præmissa oratione illa "Deus, qui inter Apostolicos." Statuentes, præterea, quod singulis septimanis, tam communis lecturæ quam vacationum temporibus, de cætero perpetuo duraturis, semel in die aliquo cujuslibet septimanæ, in quo, salvo cujuslibet studio, commodius potuerit, dicatur singulariter vel in communi pro animabus omnibus prædictis, necnon prædecessorum et successorum nostrorum Episcoporum Wintoniensium, officium mortuorum cum commendatione, more ecclesiastico consueto. Quod etiam officium, a tempore publicationis præsentium statutorum nostrorum, etiam dum superstites fuerimus in hac vita, semel in hebdomadis singulis, ut præmissum est, per ipsos omnes et singulos dici volumus. Statuentes, præterea, et etiam ordinantes, quod quater singulis annis in perpetuum, in fine cujuslibet quarterii, aliquo die quo convenientius fieri poterit, pro animabus omnium prædictorum et cæterorum nostri Collegii benefactorum, et nostra, cum migraverimus et migraverint ab hac luce, et animabus omnium fidelium defunctorum, Præsidens, scholares et Socii, ac capellani et clerici ipsius Collegii, qui pro tempore fuerint, dicant in communi solenniter in capella, exequias mortuorum; et, in crastino, commendationem animarum, et post, in eadem capella, missam de Requiem pro mortuis, cum orationibus et collectis subscriptis; videlicet, "Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes," "Deus, cui soli competit medicinam præstare post mortem, miserere quæsumus animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum," "Inclina, Domine, aurem tuam," "Fidelium Dominus, omnium Conditor," solenniter et cum devotione debita faciant celebrari; quam celebret Præsidens, Vice-Præsidens, seu dignior Socius graduatus. Quibus exequiis, commendationibus atque missæ, Præsidens, Socii et scholares, ac Capellani et clerici de capella, omnes et singuli supradicti in Universitate præsentes, cessante infirmitate gravi, in virtute juramenti eorum interesse debeant et etiam teneantur. Præterea, volumus quod, in uno obitu de supradictis quatuor, fiat specialis collecta pro anniversario Domini de Rupibus, quondam Episcopi Wintoniensis, cum hac oratione, "Deus indulgentiarum," et in alio obitu pro anniversario domini Johannis Ducis Northfolkiæ, cum eadem collecta. Hoc insuper adjiciendo, statuimus quod Præsidens, Socii et scholares, ac capellani et clerici capellæ prædictæ, omnes et singuli, qui pro tempore fuerint, cum ab hac luce, Deo volente, subtracti fuerimus, statim cum primo sciverint mortem nostram, et extunc perpetuis futuris temporibus, annis singulis, die obitus nostri, si tunc absque impedimento commode fieri poterit, alioquin proximo die sequente quo impedimentum hujusmodi non occurret, nostrum obitum speciale, modo et forma superius recitatis, in capella prædicta celebrent solenniter et devote. Item, volumus quod, omnibus et singulis diebus per

Office of the dead, for souls of the Bishops of Winchester.

Exequies and requiem for souls of benefactors.

Anniversaries of — Roche, Bishop of Winchester, and John, Duke of Norfolk.

Obit and anniversary of Founder.

Daily prayers for soul of Founder.

Digitized by Google

annum, in capella prædicti nostri Collegii, post altam missam, et horam diei nonam ac horam completorii, dicatur in choro a singulis ejusdem capellæ ministris in communi stando, ante recessum eorundem a choro, psalmus "De Profundis" cum "Oratione Dominica" et salutatione Angelica, necnon orationibus, dum vixerimus, "Inclina, Domine" et "Absolve:" ac, post mortem nostram, præmittant orationem, "Deus, qui inter Apostolicos." Quibus sic dictis et completis, dicat executor officii, vel alius vice sua, publice in audientia, "Anima Fundatoris nostri Wilhelmi, et animæ omnium fidelium defunctorum per manum Dei, in pace requiescant!" Consimiliterque prædictum psalmum cum orationibus prædictis, post prandium et etiam post cœnam, in aula, post gratias completas, dici volumus in perpetuum.

Antiphony and prayers to the Virgin.

Item, volumus quod, singulis diebus Sabbati per annum, ac singulis vigiliis festivitatis Beatæ Virginis Mariæ, post completorium dictum, omnes et singuli Socii et scholares, ac capellæ nostræ ministri, habeant inter se, in aula communi, devote per notam, aliquam antiphonam in honore dictæ gloriosæ Virginis; qua cantata, dicant psalmum "De profundis clamavi," cum orationibus consuetis, etc. Cui antiphonæ et aliis precibus, ut præfertur, omnes et singulos supradictos interesse volumus, a principio usque ad finem, cessante impedimento legitimo, per Præsidentem, et in ejus absentia Vice-Præsidentem, approbando, sub pœna amissionis communarum per unum diem. Item, quod dictus Præsidens et quilibet Sociorum ipsius Collegii audiant quolibet die, si commode poterint, unam missam, nisi fuerint Socii presbyteri, qui in personis propriis eam dicant; et dum missam audierint, aut alia hora diei si tempore missæ fuerit impediti, in honorem et memoriam Beatissimæ Virginis, Matris Domini nostri Jesu Christi, dicant genibus flexis, devotius quo poterint, quinquagesies salutationem Angelicam, cum oratione Dominica post singulas denas recitationes salutationis prædictæ. Super quibus omnibus, ipsorum omnium et singulorum conscientias apud Altissimum arctius oneramus. Si quis præmissa non servaverit, et super hoc convictus fuerit, roba sua careat illo anno.

Obits of King Henry III.; Joan Danvers; progenitors of Francis Lord Lovett and his wife; William Earl of Arundel, and Sir Thomas Maltravers.

Item, volumus quod, annuatim in perpetuum, fiant quatuor obitus cum nota, diversis et distinctis temporibus, in nostro Collegio; quorum prima erit pro anima domini Henrici Tertii, quondam Regis Angliæ, die depositionis Sancti Edmundi; secunda erit pro domina Joanna Danvers, inter septimum diem Julii et Ad vincula Sancti Petri; tertius erit pro animabus progenitorum domini Francisci domini de Lovell et sua uxore, cum ab hac luce migraverint, inter supradictum Ad vincula et festum Sancti [Thomæ] Archiepiscopi; quartus obitus erit pro domino Willelmo, Comite de Arundell, et pro domino Thoma Matrefers. In quibus quatuor obitibus erunt pietantiæ pro Præsidente et scholaribus, ac allocationes solitæ. Quibus quidem obitibus omnibus et singulis, Præsidentem, Vice-Præsidentem, ac omnes

Digitized by Google

Socios et scholares, et alios ministros capellæ nostræ, cessante impedimento, per Præsidentem, et in ejus absentia Vice-Præsidentem, approbando, interesse volumus in exequiis et missa, sub pœna amissionis communarum unius septimanæ; quam Socios, scholares, capellanos et alios capellæ nostræ ministros, in hoc delinquentes, incurrere volumus ipso facto.

Quod non sint conspiratores, manutentores, seminatores discordiarum; et quomodo pacificari debeant dissensiones in Collegio memorato.

Item, cum, secundum Sallustium, concordia parvæ res crescant et discordia maxime dilabantur, statuimus, ordinamus et firmiter injungendo ordinamus, ac in visceribus Jesu Christi Præsidentem dicti Collegii, omnesque et singulos Socios et scholares, præsentes et futuros, obsecramus, ut in omnibus et supra omnia unitatem et mutuam inter se caritatem, pacem et concordiam, semper habeant, teneant in omnibus fideliter et observent, et pro eis fovendis et nutriendis instent pro viribus et anhelent: quodque omnes scurrilitates, verba invidiosa, contumeliosa, brigosa, contentiosa, rixosa, damnosa, susurra, jurgia, turpiloquia, derisiones atque alia verba nociva, tædiosa, scandalosa, opprobriosa, ac quæcunque comparationes odiosæ, verbo vel facto, quibus de verisimili commoveri possint Socii vel scholares prædicti, in ore omni et personis singulorum cessent, omnino ubicunque, tam infra dictum Collegium quam extra, in publico et privato. Alioquin, si quis Sociorum aut scholarium prædictorum in præmissis vel eorum aliquo suspectus, infamatus seu intolerabilis, existat, et super eisdem vel aliquo eorundem, coram Præsidente, vel ipsius absentia Vice-Præsidente, dicti Collegii, assistentibus sibi Decanis tunc præsentibus, per testes idoneos, vel per ejus confessionem coram eis factam, vel etiam per facti evidentiam, judicio Præsidentis seu ipso absente Vice-Præsidentis, et unius prædictorum Decanorum, reus apparuerit, extunc, præsentis statuti vigore, pro prima vice per septimanam, pro secunda per quindenam, et pro tertia per mensem, communis suis, et omnibus distributionibus et perceptionibus aliis interim contingentibus, quas de ipso Collegio esset alias percepturus, careat ipso facto, et insuper arctius puniatur, secundum quod Præsidenti vel ipso absente Vice-Præsidenti, et uni dictorum Decanorum, videbitur. Insuper, si delicti vel facti qualitas id exposcat, in casibus detractionis, comparationis odiosæ, conspirationis aut seminationis discordiæ gravis, quarta vice si quis deliquisse, aliquo modo præmisso, judicio Præsidentis, Vice-Præsidentis, Decanorum, et bursariorum, et majoris partis eorundem, legitime convictus fuerit, ipsum perpetuo exclusum et privatum fore ipso facto a dicto Collegio, nulla monitione alia præmissa, statuimus, volumus, et etiam ordinamus. Statuentes, præterea, et etiam ordinantes quod, si aliqua discordiæ, iræ, rixæ, dissen-

Of mutual charity and concord.

Penalties for detraction and exciting dissensions.

Of composing dissensions.

Digitized by Google

sionis, materia, quod absit! in dicto Collegio suborta sit qualitercunque, inter quoscunque scholares, Socios aut alios degentes in Collegio memorato, nisi sic dissentientes infra unius diei spatium inter se concordent, extunc celerius, cautius et melius, quo fieri poterit, per Vice-Præsidentem, Decanos et bursarios alios, per quos melius videbitur expedire, infra terminum sedetur et pacificetur hujusmodi dissensio omnimodo. Si vero ipsi ad eam sopiendam absque Præsidente non sufficiant, tunc Præsidens, assumpto sibi Vice-Præsidente, Decanis, et bursariis prædictis, et aliis Sociis ipsius Collegii per quos hujusmodi dissensionis materia verisimiliter sedari poterit, partes prædictas sic discordantes summarie et de plano examinet; sicque quod finis discordiæ, iræ seu dissensioni et jurgio hujusmodi, favore, partialitate, ira et odio, ac invidia, quibuscunque cessantibus, infra sex dies post lapsum dierum trium prædictorum immediate sequentes, imponatur et fiat. Et quicquid ipse Præsidens cum Vice-Præsidente, Decanis et bursariis prædictis, in præmissis duxerit ordinandum, per partes hujusmodi discordantes firmiter observetur, et executioni absque contradictione qualibet demandetur.

Prohibition of lawsuits. Nec licet alicui de dicto Collegio, cujuscunque status aut gradus extiterit, occasione alicujus iræ, rixæ, jurgii aut dissensionis, infra dictum Collegium ortæ vel motæ inter eosdem, prosecutionem facere aut litem aliquam movere, vel aliquem impetere aut ad judicium trahere coram aliquo judice extrinseco, ecclesiastico vel sæculari: sed volumus quod omnino hujusmodi jurgia, iræ, rixæ, discordiæ et dissensiones, quæ per Dei gratiam raro aut nunquam contingent, infra dictum Collegium per personas prædictas aliqua ordinatione bona seu concordia finaliter terminentur et etiam decidantur.

Seeking the office of Proctor. Præterea, in nostro Collegio memorato, contentiones, lites ac murmurationes, non parvas accidisse sæpenumero intelleximus, pro officio Procuratoris inter Magistros Regentes, ut eorum utamur verbis, stantes aut verius importune instantes; qui etiam, neque Deum neque hominem timentes, ad illud officium se ambitiose ingerunt; nos igitur hunc eorum abusum vehementer abhorrentes, ac domini Gregorii sententiam ante nostræ mentis oculos advertentes, qui ait, "sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus est," statuimus, ordinamus et volumus, quod si quisquam nostri Collegii scholaris vel Socius, per se vel per alium, pro dicto officio de cætero, prece vel pretio, institerit, laboresque pro se vel alio fecerit, et, super hoc suspectus, ad monitionem Præsidentis, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis, non desistat, sed per testes idoneos, vel per rei evidentiam, in præsentia dicti Præsidentis, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis, et quatuor seniorum et ad id per Præsidentem vocatorum, super hoc convictus fuerit, communis suis, distributionibus ac aliis emolumentis, vigore nostræ præsentis ordinationis et statuti, per duos menses tunc proximo sequentes ipsum carere decernimus, et

Digitized by Google

nihilominus, si post monitionem Præsidentis, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis, ab incepto non desistat, sed judicio eorundem et majoris partis dictorum quatuor seniorum, in ea parte culpabilis et parere recusans reperiatur, tunc ipsum, ut unitatis et pacis perturbatorem, et statutorum Collegii nostri violatorem, tanquam perjurum, perpetuo exclusum et amotum decernimus ipso facto.

Quod, in majoribus Collegii negotiis et causis, Præsidens requirat consensum Sociorum.

In suits and business of importance, President to obtain consent of Fellows.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod, in majoribus ipsius Collegii negotiis, videlicet in traditionibus firmarum, beneficiorum ecclesiasticorum, et maneriorum, præsentationibus ad beneficia quorum advocationes vel jus patronatus ipsi jam obtinent imposterumve obtinebunt, ac in causis, controversiis, placitis seu litibus, ipsum Collegium concernentibus, aggrediendis seu inchoandis, aut aliis consimilibus seu majoribus negotiis, omnes et singuli Socii dicti Collegii, tempore quo hujusmodi negotia pro utilitate Collegii imminent disponenda in Universitate præsentes, ad vocationem, per injunctionem dicti Præsidentis, in capellam vel alium locum infra dictum Collegium competentem una cum Præsidente invicem conveniant, ad communiter tractandum et deliberandum super hujusmodi negotiis; et quod in et super præmissis communiter per omnes convenientes, vel per Præsidentem et majorem partem convenientium, deliberatum fuerit et consensum, roboris habeat firmitatem.

De bonis et possessionibus Collegii non alienandis.

Alienating or mortgaging lands, &c.

Term of leases.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod maneria, advocationes, patronatus ecclesiarum, terræ, tenementa, redditus, firmæ, natum solum, vel area bosci, seu terra in qua boscus crescit, prata, pascua vel pasturæ, seu alia bona immobilia quæcunque dicti Collegii, sive sint spiritualia seu temporalia aut etiam mixta quæcunque, nullo unquam tempore in feodis vel ad terminum vitæ alienentur seu impignorentur; nec maneria ultra viginti annos, seu ecclesiæ appropriatæ ultra terminum decem annorum, ad firmam nec alio modo alicui tradantur seu etiam dimittantur. Permittimus tamen quod terræ, tenementa, messuagia, tenuræ quæcunque cum eorum pertinentiis quæ solebant teneri a tenentibus, tam in civitatibus et in villis quam in maneriis suis vel ecclesiis eis appropriatis, et aliis locis quibuscunque, ad prædictum Collegium qualitercunque spectantia seu pertinentia, et quæ ad manus prædictorum Præsidentis et scholarium per escaetatem, vel per defectum hæredum seu tenentium, seu alio quovismodo devenerint, concedi seu tradi poterint ad firmam ad terminum annorum, per fines et copias rotulorum curiarum, juxta consuetudinem maneriorum in ea parte antiquitus usitatam,

Digitized by Google

vel per indenturas inter ipsos Præsidentem et scholares, ex parte una, et recipientem seu recipientes eadem, ex parte altera, sigillo communi dicti Collegii sigillatas, inde conficiendas. Ita, tamen, quod ultra quinquaginta vel sexaginta annos concessio seu traditio hujusmodi non excedat quovismodo; et quod tenentes hujusmodi terras, messuagia et tenuras, seu aliquam partem vel parcellam eorundem, non alienent, nec terminum eis sic concessum aliis personis quibuscunque concedant seu qualitercunque tradant, sine licentia speciali et consensu Præsidentis et scholarium prædictorum. Statuentes, præterea, quod Præsidens et Socii prædicti Collegii pensiones annuas vel cantarias perpetuas, aut corrodia aliqua, nullo modo concedant, nec ad aliqua onera spiritualia vel temporalia dictum Collegium, in perpetuum vel ultra terminum quadraginta annorum, obligent quovismodo; nisi pro hujusmodi onere supportando ipsorumque indemnitate et interesse in ea parte, ad continuum valorem subdupli, ultra onera supportanda, in possessionibus vel redditibus in perpetuum habuerint.

Granting pensions and corrodies.

De modo et forma procedendi contra Præsidentem criminosum, alienantem seu dilapidantem bona Collegii, vel alio modo inhabilem.

Præterea, cum propter Præsidentis prædicti incuriam, negligentiam et incircumspectionem, aut minus industriosam curam, vel vitæ inhonestatem, possent eidem Collegio de facili imminere dispendia et pericula graviora, statuimus, ordinamus et volumus, quod dictus Præsidens, qui pro tempore fuerit, propter dilapidationem, alienationem terrarum, tenementorum, reddituum, possessionum spiritualium seu temporalium, aut distractionem vel alienationem illicitam bonorum et rerum ipsius Collegii, incontinentiamque gravem ac negligentiam intolerabilem, homicidium voluntarium, aliamve causam legitimam quamcunque, ipsum Præsidentem omnino reddentem irregularem vel aliter inhabilem; necnon propter infirmitatem contagiosam perpetuam, cujus prætextu non poterit absque scandalo hujusmodi officium occupare; ab officio amoveatur prædicto. Ad cujus amotionem taliter procedatur; videlicet, quod ante processum quemcunque alium contra eum faciendum, per Vice-Præsidentem, assistentibus sibi Decanis, bursariis, et aliis quinque senioribus dicti Collegii, primitus incitetur ad cedendum voluntarie et gratis officio suo memorato. Quod si sponte cedere noluerit, tunc Vice-Præsidens, de consensu, assensu et sub testimonio, omnium scholarium, Sociorum dicti Collegii, vel ad minus majoris partis eorundem, tactis sacrosanctis Evangeliis juratorum, ipso Vice-Præsidente primitus juramentum subscriptum præstante, et deinde consimile juramentum ab omnibus aliis scholaribus, Sociis hujusmodi, recipiente, quod non per invidiam, malitiam, odium, vel amorem, favorem, timorem, nec per conspirationes æmulorum aut per confœderationem sive procurationem alicujus, nec prece nec pretio,

Causes of removal of President.

Manner of proceeding in his removal.

Digitized by Google

aut alio quocunque modo illicito, inducti, sed solummodo pro bono zelo, commodo et utilitate Collegii prædicti, et pro meliori et salubriori regimine ejusdem et honore, testimonium tale prohibeant, domino Wintoniensi Episcopo, qui pro tempore fuerit, vel ipso in remotis agente ipsius vicario in spiritalibus, seu sede Wintoniensi vacante custodi spiritualitatis, denuntiet seu insinuet per duos aut tres ipsius Collegii scholares, Socios seniores, cum literis sub sigillo communi ipsius Collegii aut alio sigillo authentico sigillatis, ac signo et subscriptione alicujus notarii publice communitis, causas, defectus, crimina vel excessus, Præsidentis continentibus. Episcopus vero prædictus vel, ipso in remotis agente, suus vicarius in spiritualibus generalis, aut, sede vacante, custos spiritualitatis prædictæ, de causis, criminibus, excessibus et defectibus, contra eum propositis, summarie et de plano et extra judicialiter cognoscens, si per sufficientes informationes ministratas hujusmodi suggesta, quæ ad ejus amotionem sufficere debeant, reperit esse vera, statim ipsum ab officio suo et ab administratione sua amoveat indilate; dictique Collegii scholaribus, Sociis, denuntiet et injungat ut ad electionem novi Præsidentis extunc libere procedere valeant et debeant, juxta modum et formam in ordinationibus et statutis nostris superius annotatos, cessantibus appellationis, et querelæ, ac cujuscunque alterius juris et facti, remediis in hac parte, quibus hujusmodi amotio valeat impediri.

Quales expensas habebunt Socii qui missi fuerint in negotiis Collegii memorati.

Travelling expenses of those engaged in College business.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod Sociis, qui pro negotiis dicti Collegii ad extra transmissi fuerint, et ea occasione extra studium egerint, expensæ, de bonis ejusdem Collegii communibus, utiles et necessariæ, prout justum fuerit, juxta negotiorum procurandorum qualitatem, loci distantiam, et temporis exigentiam, arbitrio Præsidentis, Decanorum et bursariorum, dicti Collegii, vel Vice-Præsidentis, dicto Præsidente absente, Decanorumque et bursariorum dictorum, ministrentur et finaliter allocentur. Ipsique Socii, qui sic missi fuerint, ad reddendum coram personis prædictis fidelem computum de hujusmodi expensis factis, in veris et certis parcellis singulatim per eos factis, infra tres dies postquam redierint, in virtute juramenti ipsorum dicto Collegio præstiti ac in eorum conscientiis, sint præsentis auctoritate statuti arctius onerati, et sub pœna amissionis omnium expensarum prædictarum. Ab illis vero Sociis et scholaribus, qui de licentia in negotiis propriis absentes fuerint, communæ concernentes eosdem pro tempore absentiæ suæ hujusmodi sint abstractæ, et in incrementum et sustentationem dicti Collegii nostri, ut alia bona ejusdem communia, permaneant atque cedant.

Commons of those absent on private affairs.

Digitized by Google

De extraneis non introducendis ad onus Collegii.

Of introducing strangers.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus scholarium aut Sociorum nostri Collegii, parentes, fratres, consanguineos vel extraneos, unum vel plures, in ipsum nostrum Collegium introducendo, cuiquam Sociorum aut scholarium prædictorum profectus studii scholastici præstet impedimentum, præjudicium sive damnum, vel sit aliunde societati, scholaribus vel Sociis, onerosus, præjudicialis, vel quomodolibet damnosus. Si tamen alicujus Sociorum vel scholarium prædictorum pater, frater, nepos, consanguineus, propinquus, vel amicus, ad eorum aliquem venerit, per præsens nostrum statutum non intendimus prohibere quin venientem ad se, de Præsidentis vel Vice-Præsidentis licentia et consensu, possit in aula vel in camera, suis sumptibus propriis, sine onere Collegii ac cæterorum impedimento vel damno Sociorum vel scholarium, recipere, procurare ac pascere, prout placet, tribus aut quatuor diebus duntaxat, et non ultra.

Stranger not to pass the night in College.

Statuentes etiam ne ullus extraneus, cujuscunque status, gradus aut conditionis, existat, infra dictum Collegium hospitetur, aut pernoctet aliqualiter in eodem; illis duntaxat exceptis qui ejusdem Collegii Socii aut scholares extiterint, et inde ex causis honestis recesserint, una cum eorundem servientibus honestis; quos ibidem ex licentia speciali Præsidentis, seu ipso absente Vice-Præsidentis, pernoctare posse permittimus. Si vero quis dicti nostri Collegii aliquem extraneum ad pernoctandum infra dictum Collegium contra formam præsentis nostræ ordinationis admiserit, seu pernoctationi hujusmodi causam dederit, pro prima vice per septimanam, pro secunda vice per quindenam, et pro tertia per mensem, communis suis privetur et careat, ipso facto. Et si quis postea in ea parte culpabilis inventus fuerit, pœna ipsa contra eum debite aggravetur, secundum discretionem et moderationem Præsidentis, vel ipso absente Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum, nostri Collegii memorati.

Exception for sons of noblemen, &c.

Permittimus, tamen, quod filii nobilium et valentium personarum, dicti Collegii amicorum, usque ad numerum vicenarium, ad pernoctandum et ad communas, sine onere vel damno ipsius Collegii, ad expensas proprias vel amicorum, dummodo sub tutela et regimine creditorum, vulgariter *creancers* nuncupatorum, extiterint, juxta discretionem Præsidentis recipi possunt et admitti.

Entertainment of Kings of England, and their eldest sons.

Quotiescunque vero Angliæ Regibus seu illorum primogenitis in Collegio nostro cum suis hospitare placuerit, cum debita reverentia et summis honoribus recipi volumus, præsente statuto nostro non obstante.

De custodia librorum, ornamentorum, jocalium et aliorum bonorum Collegii.

Custody of Chapel vestments, plate, &c.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod vestimenta, calices et jocalia, libri, et alia ornamenta quæcunque, a nobis vel

Digitized by Google

ex aliorum pia largitione fidelium dicto Collegio, ad usum capellæ ejusdem et divina plus honorifice dicenda in eadem, collata, aut ex bonis ejusdem Collegii vel aliunde quæsita, in quadam domo in interiore vestiario, per nos ad hoc ordinata et specialiter disposita, tutius reponantur et continue reserventur; exceptis his quæ ad quotidianum usum pertinent, quando eadem ad celebranda divina in eadem capella aut ad ornandam eandem, juxta discretionem Præsidentis, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis, et de avisamento Decanorum et bursariorum, extrahi oportebit. Quæ ullo unquam tempore, quocunque alienationis titulo, in alium transferri, impignorari, districtius prohibemus, aut eadem extra Collegii septa quoquo modo deferri, nisi eadem resartiendi, emendandi aut reparandi, gratia, vel alia ardua aut necessaria causa, per Præsidentem, vel in ejus absentia Vice-Præsidentem, Decanos et bursarios, dicti Collegii approbanda. Libros vero quarumcunque facultatum dicto Collegio simili largitione collatos aut aliter qualitercunque acquisitos, præter illos quos in libraria communi ejusdem Collegii de voluntate donatorum aut dispositione Præsidentis, vel Vice-Præsidentis, et Decanorum ac bursariorum, ad usum communem Sociorum et scholarium ejusdem, apponi et affigi seu catenari continget, Sociis ejusdem Collegii indigentibus ad eorum particularem usum accommodari volumus, per viam novæ electionis annuatim faciendæ per eosdem Socios de eisdem. Statuentes, insuper, quod nullus liber dicti Collegii ullo modo vendatur, donetur, permutetur vel impignoretur, seu alio quovis alienetur titulo vel colore; nec alicui alteri quam dicti Collegii Socio commodetur, nec alicui de Collegio aut de extra quaternatim tradatur, pro copia extra Collegium distribuenda; nec per Præsidentem vel aliquem alium ducatur vel portetur extra Collegium prædictum, nisi ad Scholas; ita quod nullus liber de nocte remaneat extra Collegium prædictum ullo modo, nisi fuerit ligandus aut reparandus necessario sive emendandus; quo casu citius quo fieri poterit et absque mora ligetur et reparetur sive emendetur, et, cum sic reparatus seu emendatus fuerit, ad Collegium illico reportetur. Insuper, volumus quod quilibet Socius et scholaris, ac quæcunque persona nostri Collegii accedens ad librariam ejusdem Collegii, libros quos inspexerit, ac fenestras quas invenerit apertas, ante recessum suum claudat; et qui ultimus in dicta libraria ante cœnam vel post cœnam aliquo tempore fuerit, librariam prædictam pertranseat, omnes fenestras quas invenerit apertas secure ante recessum suum cum vectibus eorum, et ostium ejusdem, post eum claudat: sub pœna quam contra loquentes maternum idioma in nostris statutis disposuimus, quam in præmissis aut aliquo eorundem delinquentes incurrere volumus. Præterea, statuimus et etiam ordinamus quod omnia vestimenta, calices, jocalia, libri capellæ et alia ornamenta, necnon omnes libri quarumcunque facultatum dicti Collegii, in uno registro ad hoc specialiter de membranis colligendo conscri-

Loans of books.

Selling or pawning books.

Use of the Library.

Register of Chapel goods and of books.

Digitized by Google

bantur; in quo quilibet liber per initium secundi folii sui, et aliæ quæcunque prædicta per suas qualitates, distinctas et separatas, una cum nominibus donatorum suorum, describantur apte; quod registrum bursarii dicti Collegii in bursaria sua apud se habeant. Qui insuper bursarii, singuli pro suis temporibus, bona hujusmodi, libros, videlicet, jocalia, ornamenta capellæ et alia quæcunque ad dictum Collegium qualitercunque de nova obtenta, sicut prædicitur, distincte matriculare et in dicto registro describere teneantur. Inscribant, insuper, in secundo folio cujuslibet libri, vel ubi commodius fieri poterit, nomina donatorum eorundem, cum hujusmodi clausula, "Liber Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ, ex dono N.," adjectis nomine et cognomine donatoris. Volentes, præterea, et etiam statuentes quod Socii quicunque dicti Collegii libros facultatum suarum, vigore præsentis nostri statuti, imposterum de bonis dicti Collegii recepturi, antequam habeant hujusmodi libros sibi ex accommodato liberatos sive traditos, singulis temporibus electionum suarum sive liberationum hujusmodi, in parvis indenturis scribant seu scribi faciant se recepisse de manibus Præsidentis, sive in ejus absentia Vice-Præsidentis, et Decanorum, de bonis dicti Collegii, libros quos sic ex accommodato per electiones seu alias, ut præmittitur, fuerint recepturi; in quibus etiam indenturis, libros hujusmodi ad invicem describant per suorum secundorum initia foliorum. Quas indenturas parvas semper in custodia Præsidentis dicti Collegii, seu in ejus absentia Vice-Præsidentis, volumus remanere. Statuentes, insuper, et etiam ordinantes, quod annis singulis semel, infra octo dies ante vel post festum Sanctæ Mariæ Magdalenæ, coram Præsidente, vel in ejus absentia Vice-Præsidente, Decanis et bursariis dicti Collegii, ostendantur realiter, visibiliter et distincte, omnia vestimenta, calices, jocalia, libri, et alia ornamenta capellæ prædictæ, necnon omnes libri facultatum quarumcunque, dictis Sociis Collegii ut prædicitur accommodati, quatenus sic apparere valeat, si aliqua de prædictis perdita fuerint, subtracta, dilacerata, seu quomodolibet deturpata; et quæ necessario emendanda fuerint debito tempore emendari valeant. Post quem visum, volumus quod statim fiant per Socios novæ electiones librorum omnium quarumlibet facultatum; et novæ inventuræ de libris quos quilibet Socius pro illo anno sibi tunc elegerit, in forma qua prædicitur conscribantur. Volentes, præterea, quod in omni donatione librorum seu aliarum rerum quarumcunque inter vivos, seu in ultima voluntate, præfato Collegio facienda, donatoris hujusmodi voluntas seu dispositio in hoc casu, præsente statuto non obstante, in omnibus observetur; dummodo proprietas et dominium librorum et rerum hujusmodi penes dictum Collegium continue remaneant et consistant. Ad librariam vero dicti Collegii communem volumus quod quilibet Socius et scholaris ejusdem libere valeat accedere, et quod quilibet eorundem de serura ostii ejusdem habeat clavem

To be entered and kept by the Bursars.

Inscription in books.

Acknowledgment of loans of books.

Inspection of Chapel goods and of books.

Disposition of donors of books, &c., to be followed.

Access to the Library; and keys.

Digitized by Google

propriam, qua libere valeat ingredi et exire; dummodo non inducat extraneos, nisi cum quibus ipse vel alius dicti Collegii Socius vel scholaris, dum inibi fuerint, velit personaliter præsens esse, et pro quibus etiam velit ipse, si, quod absit! damnum aliquid fecerint, respondere.

De modo dicendi missas matutinas et alias horas canonicas in capella Collegii memorati, et silentio tenendo in eadem; et ordine standi in choro.

Statuimus, ordinamus et volumus, quod, singulis diebus per annum, vesperæ, completoria, matutinæ, missæ de die, in capella nostri Collegii supradicti cum cantu et nota, per capellanos et clericos ad hoc specialiter deputatos et etiam assignatos, devotius celebrentur; ac etiam per claustrum seu ambitum Collegii processiones fiant solennes secundum usum et consuetudinem ecclesiæ cathedralis Sarum; salvis distinctionibus et ordinationibus nostris inferius annotatis. Item, quia sacrum diem Dominicum, omnemque diem in honorem ipsius Omnipotentis Dei alicujusve Sanctorum ejus dedicatum, in hymnis et canticis spiritualibus totum transigi debere sanctorum canonum decrevit auctoritas; statuimus, ordinamus et volumus quod, singulis diebus Dominicis et aliis diebus solennibus et festivis, secundum quod per anni circulum contigerint, primis et secundis vesperis, completoriis et matutinis, altis missis celebrandis seu dicendis, aliisque horis canonicis, in capella dicti Collegii, Præsidens, Socii et scholares, et cæteri ministri dictæ capellæ, omnes et singuli in Universitate præsentes, impedimento cessante legitimo, judicio Præsidentis, seu ipso absente Vice-Præsidentis, et Decanorum approbando, in chora capellæ prædictæ, et etiam processionibus ibidem fiendis, intersint personaliter, induti superpelliciis, et Præsidens indutus gresio amicio; omnesque et singuli Socii et scholares graduati cum superpelliciis suis utantur capiciis penulatis, sive sindone tartarino duplicatis, suis gradibus et temporibus congruentibus; ipsaque primas et secundas vesperas, completoria, matutinas, primam et alias horas, altam missam et processionem, cum cantu et nota, secundum usum ecclesiæ cathedralis Sarum, devote ac distincte celebrent et cantent, et in omnibus, ut per unum Decanorum in hac parte intitulati seu deputati fuerint, debite exequantur et humiliter exerceant; Præsidente, Vice-Præsidente, aut uno Socio idoneo de Sociis Collegii prædicti per unum Decanorum intitulato, missam hujusmodi celebrante ac totum ipsius diei officium exequente. Cujus quidem intitulationis, deputationis sive assignationis, officium ad Decanos, et ipsis omnibus absentibus ad eorum seu ad alicujus eorundem deputatum, pertinere, et per ipsos vicissim exerceri per singulas hebdomadas, statuimus pariter et ordinamus. Volentes præterea quod, in omnibus festis principalibus et majoribus duplicibus,

Daily celebration of hours, and processions.

On Sundays and Saints' days.

President, or principal per-

Digitized by Google

son, to celebrate on the greater festivals.

Præsidens, vel ipso impedito Vice-Præsidens, vel alius de principalioribus et dignioribus personis ipsius Collegii, primas et secundas vesperas, matutinas, altam missam, et alias horas, in persona sua propria, cum nota, solenniter celebret et dicat, ac divina officia hujusmodi juxta formam ordinalis ecclesiæ cathedralis Sarum, in quantum numerus Sociorum, et loci facultas suppetent, debite exequantur. In aliis vero festis duplicibus, ad primas et secundas vesperas, matutinas, altam missam, completoria, et alias horas, necnon in sacra die Parasceves, et vigiliis Paschæ et Pentecostes, ac duobus diebus Parascevem præcedentibus, a matutinis incipiendo, in quibus Præsidentem, Socios et scholares, ac cæteros capellæ ministros, omnes et singulos, interesse volumus, Vice-Præsidens et alii Socii ipsius Collegii, relatione et consideratione debitis ad festa et personas hujusmodi, quod in dictorum Decanorum pro suis alternis vicibus arbitrio solum subsistere volumus, dictorum festorum officia modo debito exequantur. Permittimus, insuper, quod prælatus, seu alius beneficiatus qui prius fuerit ejusdem Collegii Socius, aliave persona honesta quæcunque, altam missam ad summum altare et omnia alia divina officia, in festis et diebus prædictis, juxta discretionem Præsidentis, seu ipso absente Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum, valeat celebrare et exequi, necnon in aula comedere pro recreatione Sociorum Collegii. In quibus supradictis singulis diebus Dominicis, et aliis diebus solennibus et festivis, etc., Epistolas legant aliqui Sociorum et scholarium aut clericorum dicti nostri Collegii, prout per unum Decanorum seu aliquem ipsius nomine ad ipsas legendas intitulantur et etiam assignantur. Statuentes, insuper, quod in festis principalibus anni et majoribus duplicibus, videlicet, in festis Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, et in sex festis Beatæ Mariæ Virginis, Trinitatis, Corporis Christi, Omnium Sanctorum, et Dedicationis capellæ ipsius Collegii, Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, Apostolorum Petri et Pauli, Reliquarium, et Sanctæ Mariæ Magdalenæ, in quibus Præsidens, seu ipso absente vel legitime impedito Vice-Præsidens, vel alius de principalioribus et dignioribus personis, officium diei celebrare et exequi contingat, Evangelia legant aliqui Sociorum graduatorum, prout ad hæc intitulantur et assignantur per unum Decanorum etc.; habitis tamen relatione et consideratione debitis ad festa et personas hujusmodi, secundum majoritatem, junioritatem seu dignitatem, dictorum festorum, et secundum discretionem Decani tunc limitantis officia. In aliis vero diebus et festis duplicibus et aliis festivis, videlicet, Sanctorum Stephani, Joannis Apostoli, Innocentium, Sancti Thomæ Cantuariensis, Circumcisionis, et in feria secunda, tertia, quarta, hebdomadæ Paschæ et Pentecostes, Inventionis et Exaltationis Sanctæ Crucis, Translationis Sancti Thomæ, Sanctorum Andreæ et Thomæ Apostolorum, Matthiæ, Marci, Apostolorum, Philippi et Jacobi, et Sancti Jacobi Apos-

Vicepresident and Fellows to celebrate on the lesser double festivals.

Permission to a beneficed priest, formerly a Fellow, to celebrate.

Reading the Epistles.

The greater double festivals.

The lesser double festivals.

Digitized by Google

toli, Bartholomei, Michaelis, Lucæ, Simonis et Judæ, Sancti Nicolai, Translationis Sancti Swythuni, Sanctæ Annæ, et Sancti Laurentii, Translationis Sancti Edvardi, et Sanctæ Katharinæ, Sanctæ Frydeswydæ, in mense Octobris, Evangelia legendi onus habeat cursorie, septimanatim vel vicissim, unus ipsorum duorum capellanorum seu presbyterorum, qui sacristæ aut cantoris officium minime exercent. Istis autem duobus capellanis impedimento legitimo impeditis, volumus quod suas vices suppleant alii capellani tunc præsentes pro legendis Evangeliis, videlicet, cantor vel sacrista. Quos duos capellanos in dictis festis supradictis officium legendi Evangelia subire volumus et debito modo exequi debere. Quibus etiam capellanis seu presbyteris ad dictum officium sic per nos deputatis, ultra stipendium suum, unam marcam inter ipsos æqualiter dividendam, a bonis communibus dicti Collegii nostri, annis singulis, assignari volumus, pro labore. Præterea, volumus quod singula festa supradicta sint festiva et celebria, quibus Socii et scholares ac cæteri ministri capellæ interesse teneantur vesperis, completoriis, missis, matutinis, et aliis horis canonicis. Volumus, etiam, quod in festis quatuor Doctorum ecclesiæ, Gregorii, Ambrosii, Augustini et Jeronimi, singuli supradicti missis interesse teneantur. Volumus etiam et statuimus, quod, singulis annis imperpetuum, in dicto Collegio nostro fiat sermo ad populum, in festo Sancti Joannis Baptistæ, inter missarum solennia, per Præsidentem, Vice-Præsidentem, vel aliquem Socium aut scholarem ejusdem Collegii, sacræ theologiæ Doctorem, baccalaureum vel scholarem, ad hoc per Præsidentem si præsens fuerit, sin autem per Vice-Præsidentem, et majorem partem tredecim seniorum, deputandum et assignandum; qui opus ipsum sibi ut præmittitur injunctum absque murmure et contradictione subeat et perficiat, sub pœna privationis communarum per tres menses immediate sequentes; quam pœnam quemlibet Sociorum et scholarium prædictorum ac delinquentium incurrere volumus, ipso facto. Item statuimus, ordinamus et volumus, quod, singulis diebus imperpetuum, præter diem Parasceves, missæ certæ in capella prædicta post matutinas de die dictas devotius celebrentur; quarum prima erit matutinalis tempore conveniens, et hoc secundum discretionem et deputationem Præsidentis, quæ missa dicetur ad altare in navi capellæ Collegii vulgariter vocatæ *Arundell Auter;* in qua celebrans specialiter orabit pro bono et felici statu prænobilis viri Wilhelmi, Comitis de Aroundell, et domini Thomæ domini de Matrefers, quamdiu aliquis eorum fuerit in humanis; et, postquam ab hac luce migraverint, pro animabus eorundem et progenitorum suorum, ac omnium benefactorum Collegii: quem sic celebrantem percipere volumus annuatim quatuor marcas de bonis communibus Collegii nostri memorati. Secunda missa erit de Sancta Maria, secundum usum ecclesiæ Sarum et temporis anni exigentiam, cum orationibus infrascriptis; prima, videlicet, de Sancta Maria et cum

Reading the Gospels.

Stipend.

Feasts of the Four Doctors of the Church.

Annual public sermon.

Daily mass at the Arundel altar, for Earl of Arundel and Sir Thomas Maltravers.

Daily mass of the Virgin.

Digitized by Google

Prayers for Founder and Benefactors.

hac oratione "Omnipotens et misericors Deus, qui vivorum simul et mortuorum;" in primo pro Dominis Reede et Scures, et aliis benefactoribus; secunda. "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum Willielmum Pontificem, Fundatorem nostrum," dum fuerimus in humanis; tertia pro salubri statu domini Francisci, domini de Lovel, et N. consortis suæ, "Deus, qui caritatis," etc.; quarta pro statu universalis Ecclesiæ, vel pro pace; quinta vero pro animabus patris et matris nostrorum, et domini Radulphi Cromewell, et omnium fidelium defunctorum, cum oratione "Fidelium Deus," etc. Cum autem ab hac luce subtracti fuerimus, loco præfatæ orationis, "Rege, quæsumus," erit tunc secunda pro Episcopo Wintoniensi, qui pro tempore fuerit, cum oratione "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum Pontificem, Patronum nostrum;" tertia pro Rege vel pro statu universalis Ecclesiæ, aut pro pace; quarta pro nobis, cum oratione "Deus, qui inter Apostolicos;" et quinta pro defunctis prius superius recitata. Tertia vero missa erit de Requiem, pro animabus bonæ memoriæ, videlicet, domini Regis Henrici Tertii, Henrici Sexti, et Edvardi Quarti, atque nostra cum migraverimus ab hac luce, Ricardi patris nostri, et Margeriæ matris nostræ, domini Radulphi Cromewell, Joannis Fastolfe, militis, cæterorumque nostrorum et ipsius Collegii benefactorum, ac omnium fidelium defunctorum, cum orationibus subsequentibus; prima, videlicet, "Deus, qui inter Apostolicos:" secunda "Inclina, Domine," pro animabus progenitorum domini Francisci, domini de Lovell, et anima ejusdem domini, cum ab hac luce migraverit; et tertia "Fidelium Deus." Et has duas missas celebrabunt duo Socii vel scholares nostri Collegii, ad hoc per Præsidentem, vel in ejus absentia per Vice-Præsidentem, specialiter deputati; quorum unus celebrans missam de Beata Virgine, pro singulis septimanis duodecim denarios; alter vero celebrans missam de Requiem, sex denarios; de bonis nostri Collegii percipiet. Quarta vero missa erit de die, secundum temporis anni exigentiam, cum orationibus, secundum ordinale et usum ecclesiæ Sarum; quam in singulis diebus non festivis per annum celebrabit unus capellanorum conductitiorum cursorie; qui etiam orabit, et specialem memoriam in missa secreto faciet pro animabus domini Radulphi Cromewell et pro benefactoribus nostris ac nostri Collegii memorati. Diebus vero illis quum plenum servitium fuerit de Sancta Maria, erit tunc secunda missa de Requiem, cum cantu et cum orationibus supradictis; et tunc tertia missa erit de Spiritu Sancto vel Salus Populi sine nota, etc.; ita quod ipsam missam celebrabit ille Socius aut celebrari faciet per unum de Sociis, scholaribus vel capellanis Collegii, qui ad missam de Requiem deputatus existit. Quas supradictas tres missas, videlicet, de Sancta Maria, de Requiem, et de die, ad summum altare dictæ capellæ nostræ volumus celebrari. Permittimus tamen quod, ex urgenti et speciali causa, judicio Præsidentis et in ipsius absentia Vice-Præsidentis approbanda,

Daily mass for souls of Kings and others, Founder and benefactors of the College.

Persons appointed to celebrate.

Mass of the day, and prayers for Sir Ralph Cromwell.

Mass of the Virgin.

Digitized by Google

missa de Requiem celebretur in oratorio collaterali juxta summum altare; ita quod missa de Sancta Maria et de die per notam et cum cantu celebrentur. Die vero Parasceves, missa de Sancta Maria et de Requiem dici non debere permittimus. Præterea, volumus quod, singulis annis imperpetuum, per Præsidentem nostri Collegii deputentur duo presbyteri, Socii vel scholares, ut in missis suis bonum statum dominæ Joannæ Borowgh, dum vixerit, et animas Willielmi Porte et—Borowgh, militis, et prædictæ Joannæ Borowgh, cum ab luce migraverint, specialiter habeant Altissimo recommendatos: quorum utrum de bonis communibus nostri Collegii quadraginta solidos annuatim percipere volumus. Et quia in festis subsequentibus Præsidens, Socii et scholares, de majore et minore numero, ac alii nostræ capellæ ministri, in divinis obsequiis majores et prolixiores propter festorum solennitatem subibunt labores; volumus quod de bonis communibus nostri Collegii, in quolibet festo festorum subsequentium, et quolibet obitu obituum infrascriptorum, ultra solitas communas, distribuantur sex solidi et octo denarii circa pietantiam Præsidentis et personarum præmissarum. Festa vero et obitus pietantiarum sunt hæc; festum Natalis Domini, Sancti Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, quinque festa Beatæ Mariæ, ac sextum quod de novo solennizatur, videlicet, Visitationis, festum Paschæ et vigilia ejusdem, Ascensionis Domini, festum Pentecostes et vigilia ejusdem, Trinitatis, Corporis Christi, Sancti Joannis Baptistæ, Apostolorum Petri et Pauli, Reliquiarum, Translationis Sancti Swythuni, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Dedicationis ecclesiæ, Omnium Sanctorum, Sancti Nicholai, quinque obitus, videlicet, domini Willielmi Waynefleie, Fundatoris, cum ab luce migraverit, et Benefactorum Collegii, et quatuor terminales; obitus etiam Henrici Tertii quondam Regis Angliæ, obitus progenitorum domini Francisci domini de Lovell, et suus, cum ab hac luce migraverit, et obitus dominæ Danvers. Insuper, volumus quod quatuor capellani conductitii nostri Collegii et alii duo Socii ad missas Beatæ Mariæ et de Requiem deputati, ac junior Socius, sacerdos, habeant animas Joannis Fastolf, militis, consortisque suæ, amicorum et benefactorum ejusdem, in suis missis et orationibus specialiter recommendatas. Præterea, statuimus, ordinamus et volumus, quod de nostris pauperibus scholaribus, vocatis *Demyes*, sint perpetuis temporibus septem seniores in ætate, qui pro dictis animabus domini Joannis Fastolf, et consortis suæ, amicorum et benefactorum ejusdem, in psalmo "De profundis," ad quem quotidie dicendum vigore statuti astringuntur, et in aliis orationibus suis, specialiter exorabunt; quorum quemlibet, pro batellis suis, de bonis Collegii unum denarium singulis septimanis perpetuis futuris temporibus percipere volumus. Item, quia horas canonicas devote dici sacrorum canonum præcepit auctoritas, Domusque Dei domus orationis esse debeat, et alibi scriptum "Maledictus

Two priests to say masses for Joan Borough, William Porte, and Sir — Borough.

Their stipend.

Festivals on which pittances are to be distributed.

Chaplains, &c., to commemorate Sir John Fastolf and his wife.

Four Demyes to pray for Sir John Fastolf and his wife.

Their battels.

Digitized by Google

Behaviour at celebration of Hours.

sit qui agit opus Dei negligenter," statuimus, ordinamus et volumus, quod dictorum Sociorum, scholarium, cæterorumque capellæ ministrorum in dicta capella præsentium tempore quo divina dicentur, in eadem quieta sit conversatio, humilis et modesta, et quod solenni celebrationi divinorum duntaxat effectualiter intendant; quodque nullus eorum matutinas aut horas aliquas per se vel cum Socio uno aut pluribus in choro ipsius Collegii, dum dicti Socii et scholares psallunt in eodem, divina dicant voce submissa et alias in privato, aut in navi capellæ vagentur, non murmurationes, garrulationes, derisiones, risus, confabulationes aut strepitus, faciant quovismodo; ne, per inordinatos tumultus hujusmodi, variosque vocum sonitus, mutuave colloquia, devotio aut exercitium psallentium in choro quomodolibet valeat impediri. Si quis præmissorum vel alicujus ipsorum violator extiterit, et super hoc convictus fuerit, pœna in capitulo de lectura Bibliæ superius ordinata ipsum puniri debere volumus et etiam ordinamus.

Places in the choir, and processions.

Præterea, statuimus, ordinamus et volumus, quod dicti Collegii Præsidens in dextra parte chori dictæ capellæ teneat locum primum; in sinistra vero parte, primum locum occupet Vice-Præsidens; deinde autem, ex utraque parte ipsius theologiæ Doctores; deinde Doctores decretorum; exinde legum Doctores, ac in medicinis, si qui fuerint; subsequenter vero in theologia baccalaurei, et successive Magistri artium; deinde jurium canonici et civilis baccalaurei; postremo vero baccalaurei artium; singuli, videlicet, eorum secundum quod in gradu seniores existant. Quem quidem ordinem volumus observari etiam in processionibus. Capellani vero ejusdem Collegii stent inter Socios prædictos, prout Præsidenti, vel in ejus absentia Vice-Præsidenti, melius videbitur expedire. Scholares etiam alii, qui de majore numero non existunt, sive graduati sive non graduati fuerint, stent post Socios prædictos, in stallis vel ante, secundum quod Præsidentis discretioni videbitur. Socii vero chorum regere, responsoria et versus, ac alia, insimul cantare debent et tenentur, secundum quod per unum Decanorum intitulati fuerint et etiam assignati. Si quis vero in præmissis seu aliquo præmissorum reus fuerit, pœnam in statuto de disputationibus Sociorum superius limitatam ipsum incurrere volumus, ipso facto.

De portis et ostiis claudendis.

Closing gates and doors.

Statuimus, ordinamus et volumus, quod magna et principalis porta exterior dicti Collegii occidentalis, magna porta inter scholam grammaticalem et murum Collegii, et porta magna australis, continue maneant clausæ et seratæ, nisi ex causa carriagii vel aliqua alia causa necessaria, per discretionem Præsidentis, vel ipso absente Vice-Præsidentis, vel bursariorum, approbanda, easdem aperiri contingat. Porta vero secunda, magnæ portæ occidentali vicina, et minuta in eadem porta interior, ca-

Digitized by Google

pellæ contigua, porta sub turre, ostium claustri ex parte boreali, ostium muri transversalis inter claustrum et rivum, ex parte orientali, ostium etiam exterioris muri orientalis atque contigui, a primo die Octobris usque ad primum diem Aprilis, ab hora octava post meridiem usque vel circiter horam quintam; a primo die Aprilis usque ad principium mensis Octobris ab hora novena post meridiem usque vel circiter horam quartam; fore clausa volumus ac firmiter serata: ostia vero in virgulto in muris orientali et occidentali volumus esse continue clausa et obserata, nisi ex magna et urgenti causa, judicio Præsidentis, vel in ejus absentia Vice-Præsidentis primitus approbanda, ipsa fuerint aperienda. Claves vero de singulis portis et ostiis prædictis in custodia Præsidentis, et in ejus absentia Vice-Præsidentis, et utroque ipsorum absente Socii simpliciter senioris, remanere volumus. Custody of keys.

De habitibus Sociorum et scholarium ac ministrorum capellæ; et de armis non portandis.

Item, cum, juxta sapientis sententiam, amictus corporis, risus dentium, incessus hominis, nuntiant de illo; et ipsa sancti Evangelii veritas hominem nuptialem vestem non habentem jubeat foris mitti; nos autem, præmissa considerantes, et gravem et perversum nimis abusum clericorum quasi generaliter in eos diffusum detestantes, in quo decor honestatis ecclesiasticæ maculatur omninoque clericalis ordinis celsitudo deprimitur, dum clericum a laico oculis respiciens non distinguit, ne qui ex habitu exteriore forsitan indecenti, per quem sæpe interior homo designatur, is qui gestat in seipso vilis appareat aut corda intuentium pro facilitate judicii scandalizet, et ut clerus populo esse debeat tanquam lucerna ardens et gravitatis exemplum præbens; statuimus, ordinamus et volumus, quod Præsidens, Socii, capellani, clerici et scholares universi nostri Collegii memorati, vestibus viris ecclesiasticis congruentibus, togisque clausis, ex parte anteriore, consutis ab umbilico deorsum usque ad fimbriam, uti omnino volumus; districtius prohibentes ne quis prædictorum togis aliter quam hic describitur apertis, infra Universitatem vel extra, uti præsumat. Permittimus tamen quod, causa equitationis seu itineris ad partes ab Universitate exteras, in togis suis curtis tanta sit apertura ex parte anteriori et posteriori, et non amplior, quanta itinerantibus et equitantibus commode coveniat: ita tamen quod, ad omne minus, illa pars togæ anterior clausa et continue consuta existat, quæ ab umbilico usque ad femoris medium se extendat, et quæ ad pudendorum occultationes sufficiat: inhibentes insuper omnibus et singulis Sociis et scholaribus supradictis, ne caligis rubeis, vel calciamentis rostratis alteriusve formæ, nec indumentis, quam quæ statui sacerdotali sacris canonibus ac discretionibus Præsidentis et Vice-Præsidentis congruere et convenire videbitur, infra Universitatem vel Of dress.

Digitized by Google

Carrying arms, &c.

extra, quovismodo utantur; aut gladios longosve cultellos, seu arma invasiva vel etiam defensiva, infra dictum nostrum Collegium vel extra infra Universitatem, deferre præsumant, publice vel occulte, nisi devillando aut redeundo, vel ex aliqua alia causa necessaria, per Præsidentem, seu ipso absente per Vice-Præsidentem, et alios officiarios, approbanda, id fieri debere videbitur:

Walking alone.

quodque non soli, sine Socio vel scholari dicti Collegii, aut uno de communibus servientibus ejusdem, seu alio ætatis maturæ comite, non suspecto, modesto modo incedant; præterquam ad processiones, ecclesias vel scholas, seu ad aulam, aliumve locum in quo eos eorumve aliquem lecturæ scholarium intendere continget; tunc enim ipsos solos iri permittimus, si pro tunc comitem hujusmodi habere non poterint.

Long hair, and tonsure.

Statuentes, præterea, ne quis scholarium vel Sociorum, ac ministrorum prædictorum, comam inordinate nutriat, aut ipsam in colle vel in fronte nimis protense habeat, quod secundum sacros canones auribus patentibus incedat, quod omnes scholares et Socii prædicti coronam deferant et tonsuram ipsorum ordini, gradui et statui, congruentes.

Costly furs, &c.

Prohibemus, insuper, ne quis scholarium vel Sociorum ac ministrorum prædictorum pelluris pretiosis ac sumptuosis, vulgariter dictis *Sabyllys* sive *Martyrns*, panno videlicet de *velwett* aut damasco vel de *chamlett* aut de *satyn*, in vestibus suis externis sive internis, sive in eorum fimbriis vel extremitatibus, vel in eorum liripipiis, communiter dictis *Typetts*, in Universitate vel extra, quoquo modo utatur.

Penalties.

Alioquin, si forsan quisque scholarium vel Sociorum prædictorum, post publicationem præsentis nostri statuti, quam loco monitionis legitimæ haberi volumus, in præmissis vel eorum aliquo culpabilis et transgressor inveniatur, et super his convictus fuerit, cujuscunque gradus, status aut conditionis, fuerit, pro prima vice per septimanam, pro secunda per quindenam, pro tertia vice per mensem tunc proxime secuturum, communis suis careat ipso facto. Qui si quarto deliquerit, et rebellis aut obstinatus existat, in hoc casu ab ipso nostro Collegio, præsentis vigore statuti, ipsum exclusum et privatum decernimus ipso facto.

Use of cloaks or tippets.

Insuper, prohibemus omnes Socios et scholares nostri Collegii, ne extra Collegii nostri præcinctum mantellis aut liripipiis, nisi ex causa infirmitatis, et tunc præhabita Præsidentis licentia, quomodolibet utantur.

De mora non facienda in aula post prandium.

Item, quia post refectionem corporis per ciborum et potuum sumptionem, homines ad scurrilitates et turpiloquia, et quod pejus est ad detractiones et jurgia, necnon alia mala quam plurima et periculosa perpetranda, efficiuntur communiter promptiores, minusque tunc quam jejuno stomacho excessus hujusmodi ponderantes, animos plerumque ad lites, contumelias et excessus alios, commovent simplicium personarum, statuimus,

Digitized by Google

ordinamus et volumus, quod, singulis diebus post prandium et cœnam, persoluta prius Altissimo pro susceptis gratiarum actione, deinde sine temporis intervallo, potu caritatis bibere volentibus ministrato, et post potationes in aula, hora ignitegii, seniores singuli, cujuscunque status aut gradus fuerint, ad studia sua et loca alia se transferant, nec juniores alios ibidem moram facere ulterius permittant, nisi quum consilia domus aut alia negotia ardua Collegium tangentia immediate post in aula debeant pertractari; nisi etiam disputationes aut capitulorum Bibliæ, temporibus refectionum, lectorum declarationes, per aliquem Sociorum theologum, juxta discretionem Præsidentis, Vice-Præsidentis, vel senioris tunc præsentis absque præmonitione deputandum, habeantur: quem quidem ex improviso sic deputatum, si in dicta declaratione renuens vel multum negligens repertus fuerit, pœnam hujusmodi incurrere volumus quæ pro linguis suis abutentibus in idiomate materno ordinata existit; quas quidem declarationes, singulis diebus quibus Præsidenti, et in ejus absentia Vice-Præsidenti, videbitur expedire, fieri volumus; aut nisi quum, ob Dei reverentiam ac suæ Matris vel alterius Sancti cujuscunque, ignis, quem ex solis carbonibus fieri volumus, in aula Sociis ministratur; tunc Sociis et scholaribus post tempus prandii aut cœnæ liceat, gratia recreationis, in cantilenis et aliis solatiis honestis moram facere condecentem, et poemata regnorum, cronicas, et mundi hujus mirabilia, ac cætera quæ statum clericalem condecorant, seriosius pertractare.

Remaining in Hall after meals.

Bible expositions.

Fire in Hall on Saints' days.

De communis Sociorum et scholarium.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod pro communis quadraginta Sociorum et scholarium, grammaticæ informatoris et hostiarii, ac quatuor Collegii capellanorum, allocationes de bonis communibus dicti nostri Collegii esse æquales; ita tamen quod, juxta varietates temporum, et juxta discretionem et ordinationem Præsidentis, Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum, allocationes hujusmodi varientur, ut inferius exprimuntur. Statuentes, præterea, quod, cum et quamdiu quarterium frumenti communiter venditur in communi foro Oxoniæ, in tribus continuis septimanis, pro sex solidis et octo denariis, vel citra vel supra, citra tamen decem solidos, pro quolibet Socio prædictorum personaliter existente in Collegio, ad integras communas, duodecim denarii tantummodo; quando hujusmodi quarterium frumenti pro decem solidis ibidem, tunc tantum quatuordecim denarii; cum autem pro tredecim solidis et quatuor denariis vel supra inibi quarterium frumenti vendi contigit, tunc sexdecim denarii ad omne majus, quo prolibet Socio et scholari, informatore in grammatica et hostiario, et quolibet capellanorum prædictorum, pro suis communis, septimanatim per manus bursariorum ejusdem Collegii, qui pro tempore fuerint, de bonis communibus ejusdem

Of commons.

Variation according to price of corn.

Digitized by Google

Collegii exponi valeant et expendi; et si quid superfuerit, ad utilitatem Collegii committatur. Nolentes per præmissa quod singulis Sociis et scholaribus supradictis in victualibus æqualiter serviatur, quia non omnes erunt æqualis gradus, laboris et meriti: sed volumus quod deserviatur eisdem secundum ordinationem et discretionem Præsidentis, Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum, habendo respectum ad merita, gradus, status Præsidentis, Sociorum et scholarium, quos pro tunc habuerint in Collegio memorato, æqualitate allocationis pro communis per nos superius ordinata non obstante. Nolentes, præterea, quod occasione communarum aut administrationis earundem, aliqua fiat inter eosdem murmuratio; sed omnes cum appositis quietos et contentos esse volumus. Dictas etiam communas, quoscunque Socios et scholares hujusmodi concernentes, non per ipsorum Sociorum manus sed per bursarios, senescallum seu dispensatorem, qui pro tempore fuerit, expendi volumus et ministrari. Pro communis vero servientium dicti Collegii proinde volumus, secundum quod discretioni et providentiæ Vice-Præsidentis, Decanorum et bursariorum, dicti Collegii, pro varietate temporum congrue videbitur expedire: ita quod pro quolibet eorundem octo denarii, et non ultra, allocentur. Statuentes, præterea, quod pro communis cujuslibet triginta pauperum scholarium, qui *Demyes* nuncupantur, dimidium summæ illius, quam pro quolibet alio Socio ad communas majores exponi declaramus, allocetur, habendo respectum ad temporum varietatem. Statuentes etiam, præterea, quod, in fine cujuscunque quarterii anni, visus fiant de statu Collegii; videlicet, computus et particulæ omnes et singulæ tam communarum quam etiam aliarum omnium expensarum intrinsecarum dicti Collegii, per Præsidentem, Vice-Præsidentem et Decanos, audiantur et diligenter videantur; ita quod, si aliquem in ea parte defectum invenerint, ipsum statum corrigant et reforment, prout eisdem melius videbitur expedire pro utilitate et commodo Collegii supradicti. Etiam, ut mens nostra in allocationibus communarum, pro prospero statu nostri Collegii conservando, clarius patefiat, quanquam in anni diversis septimanis excessus vel decrementa communarum contingat, districtius tamen sub pœna perjurii inhibemus ne, in finali computo anni, amplior allocatio communarum fiat, ullo modo vel sub quocunque colore, quam supra exprimitur.

Distribution of commons according to rank.

Spending commons.

Commons of servants.

Commons of Demyes.

View and audit of accompts of commons, &c.

Yearly amount of commons not to exceed allowance.

De dispositione camerarum.

Statuimus, ordinamus et volumus, quod in singulis cameris superioribus nostri Collegii, turri ac cameris Præsidentis, una cum cameris inferius reservatis, exceptis, sint duo lecti principales et duo lecti rotales, *Trookyll beddys* vulgariter appellati; et quod in inferioribus cameris, omnibus et singulis, infra quadratum ejusdem Collegii, camera subtus librariam contigua portæ et pro

Of the beds.

Digitized by Google

Præsidente reservata, ac camera pro computo inferius reservata, exceptis, sint duo lecti principales et unus lectus rotalis, si latitudo et longitudo camerarum inferiorum id admittant, quod judicio Præsidentis committimus; ac quod, in illis et aliis quibuscunque cameris nostri Collegii, Socii, scholares, capellani, *Demyes*, clerici, choristæ, comminarii, et quæcunque personæ nostri Collegii et eidem pertinentes, locentur et ponantur, secundum discretionem et arbitrium Præsidentis, cujus deputationi et assignationi volumus stari et obtemperari. Itaque omnes Socii, et scholares in anno probationis existentes, ac *Demyes*, ætatem quindecim annorum completam habentes, soli in singulis lectis, in cameris infra quadratum existentibus, extra casum infirmitatis, jaceant omnino; alias etiam personas superius expressas, similem ætatem habentes, in cameris infra quadratum vel extra, distinctos lectos habere et solos infra Collegium jacere præcipimus. Cameram angularem superiorem, versus orientem et boream, et aliam cameram superiorem sibi contiguam ex parte occidentali, infra quadratum prædictum, pro filiis dominorum et aliis personis, secundum discretionem Præsidentis, ibidem locandis; ac cameram inferiorem ex parte occidentali, infra quadratum nostri Collegii, capellæ proximam, pro computo bursariorum et firmariorum reservamus, inibi tenendo et audiendo; lectum aliquem in dicta camera fieri penitus interdicentes. Permittimus, tamen, quod, in dictis duabus cameris superioribus reservatis, in absentia filiorum dominorum et usque adventum eorundem, secundum deputationem et discretionem Præsidentis, Socii et scholares secundum formam prædictam locentur. Insuper, volumus quod Socii et scholares moribus, conversationi et profectui scholastico *Demyes*, et choristarum, in suis cameris locatorum, effectualiter superintendant, et eorum defectus et excessus, cum opus fuerit, sub ipsorum debito juramenti, ipsis denuntient.

Of chambers.

Chambers for sons of noblemen, &c.

Bursars' office.

Superintendance of Demyes.

De sigillo communi et ejus custodia, et cistis communibus.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod dictus Præsidens et Collegium habeant commune sigillum et cistas communes, in quadam domo aulæ dicti Collegii contigua, ad hoc provisa et per nos ordinata, securius reponendas. In qua quidem domo sint quædam cistæ: in quarum una, tribus diversis seruris serata, quarum diversas claves penes se habeant tres bursarii, sit una minor cista, in qua reponatur sive includatur continue sigillum commune, cum tribus etiam seruris serata, quarum diversas claves habeant Præsidens, Vice-Præsidens et senior Decanus, pro tempore præsens; sic quod nihil sigilletur illo sigillo nisi quod primitus plene et aperte scribatur et in registro dicti Collegii plenarie registretur, ac per Præsidentem et majorem partem Sociorum dicti Collegii tunc præsentium super hujusmodi scripto

House for the common chests, &c.

Chest for the common seal.

Use of the seal.

Digitized by Google

mature et communiter deliberatum existat, ipsumque scriptum, per eosdem approbatum: in quorum præsentia dictum commune sigillum, a parva cista prædicta, in magna aula dicti Collegii et non alias aut alibi aperienda, extractum, scripto hujusmodi apponatur. Aliæ autem literæ quæcunque, obligationes sive scripta, cujuscunque tenoris quocunque nomine censeantur, præfato communi sigillo aliter aut alibi sigillatæ, omni careant robore firmitatis. Et, nihilominus, omnes et singulos qui contra formam præscriptam sigillum commune prædictum alicui literæ, obligationi, indenturæ seu scripto, aut albæ cartæ seu pergameno, vel membrano non scripto cuicunque, apposuerint, et qui ad id faciendum realiter consenserint, præter pœnam perjurii quam ipso facto eos incurrere volumus, ipsos a dicto Collegio privatos fore decernimus eo ipso; et, nihilominus, ad satisfaciendum pro damnis et injuriis præfato Collegio ea occasione illatis seu inferendis, arctius remaneant obligati, et ad hoc vigore præsentis nostri statuti realiter teneantur. In qua etiam majori cista reponatur pecuniarum summa, pro necessariis in officio bursariorum requisita, et eisdem, juxta discretionem Præsidentis, Vice-Præsidentis, quoties pro commodo et utilitate Collegii, per viam mutui et per indenturas mutuas, videbitur expediri, deliberanda. Ita, tamen, quod, in fine anni, ipsi bursarii, ante computum suum, easdem pecunias dictæ cistæ plene et integraliter restituant. In dicta etiam camera sive domo sit altera cista, cum tribus diversis seruris serata, quarum diversas claves inter se habeant tres bursarii, pro pecuniis de exitibus Collegii per manus bursariorum receptis ibidem securius conservandis, et ad onera quotidiana supportanda, secundum discretionem Præsidentis, et in ejus absentia Vice-Præsidentis, tunc minime requisitis. Volumus etiam quod, in inferiori camera domus sive turris capellæ annexæ, in quadam cista ad hoc deputata, ponantur et securius custodiantur omnia jocalia, vasa argentea et aurea, ad quotidianum usum dicti Collegii minime requisita, et ad frequentem usum capellæ Collegii prædicti minime spectantia, si Præsidenti et Vice-Præsidenti hoc fore videbitur opportunum. Ordinantes præterea quod, in dicta inferiori camera dictæ turris, sit una cista magna, fortis et secura, tribus seruris serata; quarum quidem serurarum tres claves diversas inter se habeant divisas Vice-Præsidens et duo Decani; in qua ponantur excrescentiæ communarum, et omnes pecuniæ summæ, ultra septimanales et quotidianas expensas, de exitibus et proventibus Collegii in fine computi bursariorum reservatæ; quæ pro litibus et placitis defendendis, necnon pro possessionibus amplioribus si oporteat acquirendis, tutissime et securissime conserventur. Volumusque ac statuendo adjicimus, quod, in superiori camera dictæ turris, sit una alia cista tribus diversis seruris serata; quarum claves habeant Præsidens, Vice-Præsidens et senior Decanus; in qua ponantur certæ pecuniæ

Money in the greater chest for requirements in the Bursars' office.

Chest for receipts to be kept by Bursars.

Chest for jewels, plate, &c.

Chest for reserve money, for suits, sudden purchases, &c.

Digitized by Google

summæ, Præsidenti, Sociis et scholaribus, dicti Collegii, pro litibus etiam et placitis defendendis, etiam possessionibus si necesse fuerit amplioribus acquirendis, et pro repentinis, quod absit! incendiis et ruinis maneriorum, quæ alias de aliis pecuniis dicti Collegii ex ejus redditibus et proventibus nequeant quomodolibet reparari, ex nostra liberalitate traditæ et donatæ, secretius et securius custodiendæ. Quos quidem clavigeros arctius oneramus, quod omnes pecuniarum summas, in dictis cistis positas seu reponendas, secretius quo poterint, modo et forma quibus præfertur, conservent, in usus prædictos, cum opus fuerit, et non alios, absque dolo, fraude seu malo ingenio, discrete et fideliter observandas. Ordinantes, insuper, quod cameræ inferioris ostium, ex parte orientali turris prædictæ, tres divisas seruras habeat, quarum claves inter se divisas habeant Vice-Præsidens et duo Decani; alterius vero ostii singularis ejusdem cameræ, tres diversas seruras habentis, tres diversas claves inter se habeant Præsidens, senior Decanus, et senior bursarius: ostii vero cameræ superioris ejusdem turris, tres etiam seruras habentis, tres diversas claves inter se habeant duo bursarii juniores et secundus Decanus: ostii etiam infimi, ad pedem ascensorii capellæ contigui, ejusdem turris, quam nisi ex magna et urgenti causa aperiri nolumus, unica serura claudendi, clavem penes se habeat Vice-Præsidens: quod quidem ostium, ex parte interiore ejusdem, cum repagulis validis et seruris volumus omnino firmiter claudi et firmissime fortificari.

Keys of the chambers containing the chests.

De evidentiis, munimentis et aliis scriptis, secrete et secure conservandis.

Statuimus, ordinamus et volumus, quod, in suprema camera turris capellæ annexæ, sint cistæ tot diversæ quot ad evidentias, munimenta et scripta, securius conservanda sufficient; ita quod in una earum, valida et secura, tres diversas seruras habente, quarum diversas claves inter se habeant Præsidens, Vice-Præsidens et Senior Decanus, sint et custodiantur omnes processus inde sequentes, appropriationes ecclesiarum, ordinationes vicariarum, cartæ regiæ et aliorum donatorum ac dominorum, cæteraque munimenta et originalia, præsertim quæ magis recolenda et majoris ponderis sunt, et liber originalis omnium statutorum nostrorum; relaxationes etiam omnes et singulas ibidem securissime conservari volumus et strictissime præcipimus. In alia vero cista ibidem reponantur et custodiantur omnia registra, copiæ et transcriptæ bullarum Apostolicarum, et cartarum regiarum, et aliorum donatorum ac dominorum, statutorum etiam et ordinationum nostrorum, munimentorum, et evidentiarum quarumcunque; rotulos vero computorum bursariorum de expensis dicti Collegii, ac etiam rotulos de maneriis et aliis possessionibus suis, spiritualibus et temporalibus, rotulos etiam curiarum et

Chests for evidences, muniments, &c.

Digitized by Google

extentarum pro bundis et metis, rentalia, quæ in duodecimo, vel ad omne minus in vicesimo, anno renovari volumus, in diversis scriniis inter se divisis, et ad hoc in eadem camera per nos ordinata positis, custodiri volumus. Insuper, strictius inhibemus Præsidenti, omnibus et singulis Sociis et scholaribus Collegii nostri, ne ad ostentationem evidentiarum seu earundem copiam proni seu festini nimis fiant, et præsertim in hujusmodi in quibus tangitur vis seu titulus possessionum Collegii; sed tantummodo sit ostensio hujusmodi cum deliberatione matura, cum ad hoc moveat urgens causa et necessaria valde, cum etiam prudentum consilio in quibus maxime confidunt præ ceteris; ut sic evitentur imaginationes, inventiones curiosæ nimis, et pericula, quæ inde subsequi poterunt.

Exhibiting evidences needlessly.

De magistro seu informatore grammaticorum, et ejus hostiario.

Of the master in grammar.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod pro perpetuo in nostro Collegio sit unus magister sive informator in grammatica, conductitius per Præsidentem pariter et remotivus; qui quoscunque, ad scholam grammaticalem, juxta nostrum Collegium prædictum fundatam et situatam, accedentes, libere et gratis sine cujuscunque rei exactione, summa diligentia et modo expedientiori, informet, doceat et instruat. Ac sub dicto magistro sit unus hostiarius, sub prædicta forma conducticius et remotivis, qui dictos advenientes sub prædicto magistro, libere et gratis et absque cujuscunque rei exactione, informet et instruat, et dicti magistri absentis in omnibus vices gerat et supleat. Cui quidem magistro decem libras, et dicto hostiario centum solidos, præter cameras et septimanales communas eorundem, quas communis Sociorum nostri Collegii volumus esse æquales, de bonis communibus nostri Collegii annuatim persolvi volumus. Et, ne in decrementum doctrinæ schola prædicta destituatur debito informatore vel hostiario, volumus quod quilibet ipsorum, finaliter recessurus a suo officio, Præsidentem per sex menses ante recessum suum præmonebit; et si dicto Præsidente aliquis istorum reperiatur ad officium gerendum prædictum insufficiens, per tres menses per Præsidentem præmoneatur ipse, vel alter eorum qui in præmissis repertus est culpabilis, cujus quidem Præsidentis præmonitioni volumus omnino obtemperare; et, post magistri et hostiarii vel eorum alterutrius præmonitionem, volumus Præsidentem, quam citius poterit, pro novis magistro et hostiario, seu eorum altero, secundum casum emergentem scrutinium in locis verisimilibus facere, et scholæ nostræ prædictæ de ipsis vel eorum altero, intra tres dies post eorum vel eorum alterutrius recessum, providere, et in schola nostra ipsos vel eorum alterum personaliter vel effectualiter collocare. Prohibemus, insuper, ne quisquam dicti Collegii Socius aut scholaris scholarem aliquem scholæ grammaticalis antedictæ,

And usher.

Their stipends, &c.

Retirement or removal of grammar master and usher.

Screening a scholar from punishment by grammar master.

Digitized by Google

contra præfatum magistrum instructorem vel hostiarium, verbo vel facto manuteneat, tueatur aut defendat, quominus corrigatur aut castigetur debite per eosdem; nec aliquem de dictis scholaribus a studio aut doctrina impediat, vel extraducat, præter Præsidentis licentiam, vel, in ejus absentia, contra Vice-Præsidentis et nostri informatoris voluntatem, Collegii supradicti. Ad quæ omnia et singula supradicta, et quæcunque alia præsentibus injuncta, facienda et fideliter observanda, eosdem magistrum et hostiarium, quatenus ipsa ipsorum utrumque singulariter concernerint, ipsorum admissione primaria, coram Præsidente et Vice-Præsidente prædictis præstare volumus, tactis sacrosanctis Evangeliis, corporaliter juramentum. Præterea, quia, ultra et præter dictam scholam grammaticalem Oxoniæ per nos fundatam, ereximus et fundavimus, de bonis nobis a Deo collatis, unam aliam scholam grammaticalem in villa de Wayneflete, Lincolniensis diœcesis, perpetuis futuris temporibus, Deo propitio, duraturam, statuimus igitur, mandamus et volumus, pro felici continuatione ejusdem scholæ, quod per Præsidentem nostri Collegii, cum consilio Vice-Præsidentis et unius Decanorum, in perpetuum deputetur et ordinetur et præferatur pro eadem schola unus magister sive informator in grammatica conductitius, in ordine sacerdotali constitutus, si talis commode haberi poterit; cui, pro salario suo et labore, de bonis Collegii nostri memorati, videlicet, de proventibus et redditibus in dicto comitatu Lincolniæ provenientibus, singulis annis ad quatuor anni terminos, vel statim post per æquales portiones, decem libræ sterlingorum provideantur, assignentur, et eidem persolvantur. Qui quidem magister sive informator, sic, ut præfertur, per Præsidentem conductitius pariter et remotivus, quoscunque ad dictam scholam grammaticalem accedentes libere et gratis, sine cujusque rei exactione, modo expedientiori informet, doceat et instruat; et, si sacerdos fuerit, orabit in missis suis specialiter pro anima nostra, cum ab hac luce migraverimus, et pro anima Willielmi Aulekar, et aliorum benefactorum ejusdem scholæ, ac animabus omnium fidelium defunctorum: orabit etiam pro bono et felici statu Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ, videlicet pro Præsidente et scholaribus, et eorum benefactoribus, ac pro incremento morum et scientiæ eorundem. Idem etiam magister sive informator providebit diligenter ut scholares sui quicunque, ad dictam scholam accedentes, pro nobis et aliis benefactoribus, ut præmittitur, devote exorabunt Altissimum, et singulis diebus per annum, priusquam dictam scholam exeant, psalmum "De profundis" cum "Kyrie eleeson," etc. et duabus collectis, "Inclina," et "Fidelium," pro animabus illis, ut præmittitur, pro animabus Ricardi et Margeriæ, parentum nostrorum, et omnium fidelium defunctorum; præfata tamen prius aliqua devota antiphona gloriosæ Virginis Beatæ Mariæ.

Master and usher to be sworn.

Grammar-master for the school in Waynfleet.

He shall pray for soul of William Aulekar, benefactor of the school, &c.

Scholars of the school to pray for Founder's parents.

Digitized by Google

De magistro seu informatore logicorum et sophistarum.

Assignment of 100 shillings yearly for instruction of scholars.

Tutors in logic and sophistry.

Stipends allowed to them.

Of the Jurists.

Item, diligentem et assiduam informationem Sociorum et scholarium nostri Collegii, eorundemque profectum multiplicem et expeditionem celebrem, summo et ferventi cordis desiderio affectantes, centum solidorum summam de bonis communibus dicti nostri Collegii, pro informatione dictorum Sociorum et scholarium, modo et forma subscriptis, perpetuo duximus assignandam. Idcirco statuimus, ordinamus et volumus, quod Sociis, scholaribus, ac clericis capellæ nostræ, logicam et sophistriam addiscentibus et audientibus, omnibus et singulis, usque ad terennium completum, sive usque ad quadriennium, si Præsidenti et uni Decanorum videatur expediens, a tempore primariæ admissionis eorundem in dictum nostrum Collegium continue numerandum, de Sociis dicti Collegii in literarum scientia ac morum honestate idoneis et approbatis, ad informandum Socios et scholares hujusmodi juniores assignetur ac etiam realiter deputetur, in prædicta facultate, unus vel plures, prout dicti Collegii Præsidenti et uni Decanorum magis videbitur expedire. Pro quolibet tali vero Socio, scholari et clerico, durante termino prædicto trium annorum aut quatuor, aut præfertur, sex solidos et octo denarios sterlingorum de bonis communibus nostri Collegii, ultra cætera omnia quæ idem informator seu informatores hujusmodi in et de eodem Collegio erunt alias percepturi, per manus bursariorum, qui pro tempore fuerint, annuatim persolvi volumus, temporibus perpetuo duraturis; proviso quod salarium informatoris hujusmodi, in uno et eodem anno, centum solidorum summam de bonis communibus dicti nostri Collegii nullatenus transcendat. Quilibet etiam Sociorum prædictorum onus informandi, ut præfertur, junctim subire ac etiam complere teneatur, sub ipsius debito præstiti juramenti. Proviso etiam quod scholares et Socii de majori numero juristæ, de quibus fit mentio prius, de hac summa centum solidorum sint participes per spatium trium annorum, si Præsidenti et uni Decanorum videatur expediens.

De juramento scholarium Collegii nostri statim post quintum decimum annum completum præstando.

Oath to be taken by a scholar.

Income.

College secrets.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod scholaris quilibet in Collegium nostrum Oxoniæ admissus, statim postquam sextum decimum annum suæ ætatis attigerit, in præsentia Præsidentis, Vice-Præsidentis et Sociorum dicti Collegii, tactis per ipsum corporaliter sacrosanctis Evangeliis, juret publice et personaliter sub hac forma: "Ego H., in Collegium Sanctæ Mariæ Magdalenæ Oxoniæ admissus, juro quod non habeo aliquid de quo mihi constat unde possim expendere annuatim, ultra quinque marcas sterlingorum. Item, si contingat me scire aliqua secreta dicti Collegii, ipsa in damnum sive præjudicium ipsius non revelabo

Digitized by Google

ad extra. Item, quod ad dicti Collegii inchoationem, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, redditiuum, et jurium ejusdem conservationem et defensionem, promotionemque ac expeditionem negotiorum dicti Collegii quorumcunque, ad quemcunque statum in posterum devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerint et ad me pertinuerint, diligenter juvabo, et pro eisdem fideliter laborabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, mutationem seu annullationem, alicujus numeri in præsentibus statutis et ordinationibus limitati, vel ea fieri permittam secundum meum posse, nec eisdem consentiam quovismodo. Item, quod omnia statuta et ordinationes dictum Collegium concernentia, per reverendum in Christo patrem dominum Willielmum Waynflete, Fundatorem ipsius Collegii, edita et per eundem edenda, et non alia, secundum literalem et grammaticalem intellectum ipsorum, quantum ad me pertinet, tenebo et inviolabiliter observabo, ac, quantum in me fuerit, faciam ab aliis teneri et etiam observari; quodque nulla alia statuta seu ordinationes, interpretationes, immutationes, injunctiones, declarationes aut expositiones, alias præsentibus ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero intellectui eorundem repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, contrarias vel contraria, per quemcunque aut quoscunque, alium vel alios quam per eundem reverendum patrem Willielmum Wayneflete, Fundatorem prædictum, fiendas vel fienda, quomodolibet acceptabo, vel ad ea consentiam, aut ipsa aliqualiter admittam, nec eisdem parebo ullo tempore vel intendam, nec illis vel eorum aliquo ullo modo utar, in Collegio vel extra, tacite vel expresse. Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia aut provocans odium, iram, discordias, invidiam, contumelias, rixas vel jurgia, aut speciales aut præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, facultatum aut divitiarum, allegans, nec inter Socios ejusdem Collegii aut alios dicti Collegii scholares australes, aquilonares seu boreales, aut patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ad ignobilitatem, seu alias alitercunque comparationes, quæ odiosæ sunt, in verbo vel in facto, causa commovendi malitiose Socios vel scholares, faciam quovismodo, tacite vel expresse. Item, quod nullas conventiculas, conspirationes, confœderationes seu pactiones aliquas, intra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta dictum Collegium concernentia, vel contra ipsius Collegii statum, commodum vel bonorem, Præsidentem, Vice-Præsidentem, vel aliquem Socium vel scholarem ejusdem Collegii, illicite faciam, nec ipsa procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, quomodolibet in futurum; seu facientibus ipsa vel aliquod eorundem præstabo seu dabo consilium, auxilium vel favorem, aut eisdem scienter interesse præsumam, nec ipsis consentiam tacite vel expresse: et si aliquem vel aliquos

Assistance of College in case of promotion.

Maintenance of numbers of members of College.

Observance of Founder's statutes.

Detraction and exciting discord.

Conspiracies against College.

Digitized by Google

scivero contrarium vel contrarios procurantes, conspirantes seu etiam facientes, ea Præsidenti vel Vice-Præsidenti et bursariis certificabo, et eos expresse præmonebo, ore tenus vel in scriptis, quod tranquillitatem, pacem, commodum et honorem, dicti Collegii, et Sociorum ejusdem unitatem, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, viis et modis quibus potero conservabo, et ab aliis conservari et fieri procurabo. Item, si contingat me, quod absit! propter mea demerita, juxta exigentiam præsentium statutorum, a prædicto Collegio expelli seu etiam removeri, nunquam ipsum Collegium, Præsidentem, Vice-Præsidentem, seu Socium aliquem ejusdem, occasione expulsionis seu remotionis hujusmodi, prosequar, molestabo seu inquietabo, per me, alium vel alios, seu ab aliis prosequi, molestari seu inquietari, faciam quomodolibet, in foro ecclesiastico seu sæculari; sed omni actioni sæculari, canonicæ et civili, appellationi et querelæ, in ea parte fiendis, et quarumlibet literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, et quibuslibet juris et facti remediis aliis, per quæ me petere possem in integrum restitui vel reconciliari, quantum ad jus et titulum seu possessionem in ipso Collegio vendicandi, in vim pacti renuntio expresse in præsentem, et renuntiabo in scriptis, si exactus fuero, in mea expulsione prædicta. Item, quod omnia et singula ordinationes et statuta dicti Collegii, quantum ipsa me concernunt, fideliter observabo; alioquin pœnas in non parentes in præmissis vel eorum aliquo, in dicti Collegii ordinationibus et statutis inflictas et ordinatas, sine contradictione quacunque subibo, et per me humiliter subiturum promitto et fideliter observabo, juxta omnem vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum dictorum. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta, vel contra ordinationes et statuta de quibus præmittitur, aut ipsorum aliquod; nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte, impetrari [faciam?], vel si gratis offerri, concedi, contigerit, cujuscunque fuerit auctoritate, seu si generaliter vel specialiter aut alias, sub quacunque forma verborum, concessa, ipsa non utar, nec eidem consentiam quovismodo: sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia." De quo quidem, locoque et die præstationis ejusdem juramenti, et anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, una cum nominibus et cognominibus interessentium, statim fieri volumus protocollum, in instrumentum publicum, si oportuerit, redigendum per aliquem notarium, penes Præsidentem et Socios prædictos perpetuo custodiendum: nec alicui scholari, sextum decimum ætatis suæ annum attingenti, dicti nostri Collegii communæ aut alia ejusdem beneficia ministrentur, donec hujusmodi præstiterit juramentum.

Suits or appeal in case of expulsion.

Submission to penalties for breach of statutes.

Dispensation from oaths, &c.

Oath to be reduced into a public instrument.

Digitized by Google

Sequitur compositio Magistri Thomæ Ingeldew.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum indendatum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Cum, ex jure divino, unusquisque Christianus orthodoxæ fidei id opus teneatur exercere pietatis quo magis in hoc mundo sibi accumularet meritum, et præmium in futuro; sciatis me, Thomam Ingeldew, clericum Eboracensis diœcesis, in honorem Dei, et Virginis gloriosæ, omniumque Sanctorum, ac sacrosanctæ Ecclesiæ, in exaltationem et augmentationem cleri in Universitate Oxoniæ, necnon ad salutem animæ meæ, concessisse, dedisse, et manibus propriis meis deliberasse, Præsidenti et perpetuis Sociis Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Oxonia, *Mawdelyn College* vulgariter nuncupati, septingentas viginti et tres marcas bonæ et legalis monetæ Angliæ. Quam vero summam, sic per me eis datam et liberatam, ipsi Præsidens et Socii nuper, ex assensu et supervisu meis, applicarunt et exposuerunt in emptione et perquisitione certorum terrarum et redditiuum, de vero annuo valore viginti et quatuor librarum sterlingorum. Quos quidem terras et redditus volo et ordino ac statuo, per præsentes, quod ipsi Præsidens et Socii habeant, teneant et possideant, bene et pacifice, eis et successoribus suis in perpetuum; ad effectum, quod ipsi et hujusmodi successores sui cætera omnia, juxta meas ordinationes et dispositionem inferius limitanda, faciant et observent in hunc qui sequitur modum. Imprimis, volo, ordino et dispono, quod, intra sex menses post meum decessum sequentes, sint deinceps in perpetuum in dicto Collegio duo Socii capellani, in sacra theologia, vel ad omne minus in facultate artium, graduati, qui principaliter celebrent pro anima mea, et anima Joannis Bowyke, clerici, artiumque Magistri, necnon animabus parentum nostrorum, et pro anima Alianoræ Aske, ac aliorum pro quibus debitor sum. Quorum duorum Sociorum quilibet, ultra cameras et servientium dividentias, pro obitibus mortuorum, annuatim percipiet et habebit, et eorum successores in perpetuum percipient annuatim et habebunt, scilicet eorum quilibet habebit, decem marcas sterlingorum, bonæ et legalis monetæ Anglicanæ, de præfato Præsidente et Sociis, qui pro tempore fuerint, et eorum successoribus in perpetuum, ad quatuor anni terminos usuales; videlicet, ad festum Nativitatis Domini, Annuntiationis Beatæ Mariæ, Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ et Sancti Michaelis Archangeli, secundum æquales portiones, pro suis communis et aliis sibi necessariis. Qui etiam duo Socii non recipient ab amicis vel extraneis quibuscunque aliqua alia stipendia ad celebranda divina, ad breve vel ad longum tempus; sed, in suis missis et orationibus, pro animabus supranominatorum et aliorum Fundatorum et benefactorum ipsius Collegii principaliter exorabunt. Tenebuntur etiam omnes et singuli Socii dicti Collegii, et eorum successores in perpetuum, etiam qui pro anima mea et animabus

Grant of 723 marks from Thomas Ingeldew.

Two Fellows to celebrate for the souls of Thomas Ingeldew, John Bowyke, and Eleanor Aske.

Their stipends.

Not to celebrate for strangers.

Digitized by Google

aliorum, ut præfertur, non sunt specialiter assignati, in suis missis et orationibus, pro me et dicto magistro Joanne Bowyke, tanquam benefactoribus et adjutoribus dicti Collegii, exorare. Et in casu quo aliquis Socius ad locum et officia hujusmodi assignatus, electus et assumptus, onus sibi injunctum implere recusaverit, vel beneficium ecclesiasticum quodcunque, vel aliquam capellaniam, officium aut stipendium sacerdotale, acceptaverit, extunc locus ejus in Collegio ipso facto vacet, et ad eundem locum alius ornatus scientia, probus moribus et ad studendum in theologia verisimiliter aptus, juxta eorum conscientias, sine magna deliberatione, libere eligatur. Dictique duo Socii, et eorum successores in perpetuum, potius eligentur de oriundis in diœcesibus Eborancensi et Dunelmensi, si de eis reperiantur idonei, quam de oriundis in aliis partibus quibuscunque; eruntque juramenti vinculo astricti, in sua receptione, ad omnia statuta, privilegia, ordinationes et laudabiles consuetudines, dicti Collegii, non contraria aut obviantia huic meæ ordinationi, debite exequenda et perficienda. Item volo, ordino et dispono, quod per præfatum Præsidentem et Socios, et eorum successores in perpetuum, distribuantur septem denarii pauperibus indigentibus, in qualibet Vigilia Domini, vel in die videlicet Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascencionis, Pentecostes, et Trinitatis, cum septem denariis in vigilia vel in die Corporis Christi, et aliis septem denariis in vigilia vel in die Omnium Sanctorum. Consimili etiam modo distribuantur, annuatim et pro perpetuo, quinque denarii in qualibet vigilia vel in die gloriosæ Virginis Mariæ; videlicet, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis. Præterea, volo, ordino et dispono, quod præfatus Præsidens et Socii, et eorum successores in perpetuum, postquam ab hac luce migravero, diem obitus mei anniversarium, si commode possit fieri in ipso die, alioquin proxime feria quam commodius fieri poterit, observent in solennibus exequiis mortuorum et missa de defunctis in crastino, cum diacono et subdiacono, in eorum capella, principaliter pro anima mea et animabus aliorum, ut supra, ac omnium fidelium defunctorum. In quo quidem die, præfatus Præsidens et consocii, ad gaudia et solatia Sociorum celebranda, ultra communas suas, annuatim expendant tredecim solidos et quatuor denarios. Etiam, inter Socios, qui præsentes fuerint in dictis exequiis et missa, distribuantur annuatim pro perpetuo viginti sex solidi et octo denarii, per æquales portiones. Item, communi campanario, more Oxoniensi solito, pro magistro Joanne Bowyke et me, tanquam benefactoribus, publice proclamanti, in die dictarum exequiarum, annuatim deliberentur quatuor denarii, pro labore suo. Insuper volo, ordino et dispono, quod hæc præsens mea ordinatio publice legatur in admissione cujuscunque novi Socii et quorumcunque novorum Sociorum, et etiam semel in anno, quando leguntur statuta dicti Collegii; et

Forfeiture of Fellowship for refusal of duty or acceptance of benefice, &c.

Preference for natives of York and Durham dioceses.

Doles to the poor

Celebration of Ingeldew's anniversary.

Extra-commons and allowances.

Ordinance to be read on admission of a new Fellow.

quod præfatus Præsidens et singuli Consocii, jam in prædicto Collegio existentes, et etiam omnes alii in posterum assumendi, in sua admissione, jurabunt quod hanc meam ordinationem, quantum ad eos pertinebit, in hac forma observabunt, et facient pro posse in perpetuum observari. Et ut præsens ordinatio in perpetuum observetur, in omnibus et singulis, in forma præmissa, nos, præfati Præsidens et Socii perpetui Collegii antedicti, obligamus nos et successores nostros in perpetuum, per præsentes, in terris, tenementis, redditibus et servitiis, et in qualibet inde parcella, quomodo habemus vel in futurum habituri sumus, tam in Universitate Oxoniæ quam alibi in regno Angliæ, domino Cancellario et Procuratoribus almæ Universitatis Oxoniæ, qui pro tempore fuerint, et eorum successoribus in perpetuum ad officium, quod in casu, quod absit! præfati Præsidens et Consocii, post sex menses post obitum meum, et extunc per tres menses postquam locus dictorum duorum Sociorum vel alicujus eorum vacaverit, electionem non faciant, et alium vel alios in loco illo non assumant et in actuali possessione recipiant, prout decet, vinculo juramenti et sub pœna perjurii teneantur locum vacantis vel loca vacantium, sine ulteriore dilatione supra dictos tres menses præfatos, domino Cancellario et Procuratoribus, vel eorum vicem gerentibus, denuntiare; quibus pro tunc bene licebit, conjunctim vel divisim, in omnia et singula terras et tenementa prædicta, redditus et servitia, et in quamlibet inde parcellam, intrare et distringere, districtionesque sic captas licite asportare, abducere, effugare, et penes se retinere, ac ad eorum usum per æquales portiones recipere et habere, ad tantum valorem quanti valoris fuerit onus sive exhibitio dicti Socii vacantis vel Sociorum vacantium supra tempus prius limitatum. Eo, tamen, proviso et excepto, quod consanguineus meus Ricardus Marshall, artium Magister, in loco unius dictorum duorum Sociorum in suo Collegio, videlicet, Collegio Magistri Willielmi de Dunelmia, *the Universite College* vulgariter nuncupato, pro anima mea, si voluerit, celebrabit, quamdiu steterit ibidem Socius; et decem marcas annuatim in forma præmissa, de dicto Præsidente et Sociis Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ, qui pro tempore fuerint, et eorum successoribus, durante termino prædicto, recipiet. Et ad hoc observandum nos, præfati Præsidens et Consocii, obligamus nos et successores nostros, modo et forma præmissis. Proviso, etiam, quod prædicti Præsidens et Socii, et eorum successores, quamdiu vixero, mihi vel assignatis et executoribus meis, si mihi placuerit, annuatim solvant et solvi faciant viginti duas libras, sex solidos et octo denarios, secundum vim et formam in uno scripto inde confecto aperte expressas; cujus datum est duodecimo die mensis Octobris, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo. Item, præfatus Thomas Ingeldewe per præsentes concessit et dedit prædictis Præsidenti et Sociis, et eorum successoribus in perpetuum, certa jocalia, et omnes libros in quodam inventorio indendato inter partes prædictas confecto

President and Fellows to swear to observe it.

Distraint for neglect of filling up of vacancies.

Richard Marshal, of University College, to hold one of the Fellowships.

Annuity reserved to Thomas Ingeldew.

Grant of jewels and books.

expresse,* in quorumcunque manibus existentes. In quorum omnium et singulorum testimonium, uni parti hujus scripti indentati, penes præfatos Præsidentem et consocios remanenti, sigillum officii Cancellariatus Oxoniæ, cum sigillo dicti Thomæ Ingeldewe, est appensum.

De visitatione Episcopi Wintoniensis, per se vel per ejus commissarios, in dicto Collegio facienda.

Bishops of Winchester to be Visitors.

Commissaries of the Bishop.

Subjects of inquiry.

Præterea, ne, pro defectu boni regiminis aut non observatione ordinationum et statutorum nostrorum præfatorum, nostrum Collegium Oxoniæ in spiritualibus vel temporalibus damnum sustineat quomodolibet vel jacturam, aut quod ordinationes et statuta nostra hujusmodi edita et edenda, per abusum vel dissuetudinem eorundem, processu temporis videantur sublata vel neglecta, totaliter vel in parte; volumus quod, sicut reverendi in Christo patres domini Episcopi Wintonienses, successores nostri, qui pro tempore fuerint, dicti nostri Collegii erunt veri Patroni, ut confidimus, præcipui protectores, sic ipsius Collegii singillatimque personarum, possessionum, spiritualium et temporalium, jurium, libertatum et privilegiorum ejusdem supervisores, ac observantiæ ordinationum et statutorum nostrorum hujusmodi conservatores, et ipsius Collegii visitatores existant. Idcirco statuimus, ordinamus et volumus, quod liceat domino Episcopo Wintoniensi qui pro tempore fuerit, quoties per Præsidentem ipsius Collegii, Vice-Præsidentem, tres Decanos, tres bursarios, vel per duodecim seniores ejusdem Collegii, seu per communem consensum totius Collegii, fuerit requisitus; necnon etiam absque requisitione quacunque, de termino in terminum; semel ad præfatum nostrum Collegium, per se vel per suos commissarios speciales, quos ad hoc duxerit deputandos; præterquam per Cancellarium Universitatis Oxoniæ seu per Procuratores Universitatis ejusdem, qui pro tempore fuerint, et præterquam per illos qui ex causa alicujus delicti, criminis vel excessus, a dicto nostro Collegio recesserint, et præterquam per Præsidentem Collegii nostri prædicti et collegiatos inibi vel alibi in Universitate prædicta, et alios studentes in eadem Universitate eodem anno, ac religiosos quoscunque, per quos aut ipsorum aliquem hæc nolumus exerceri; libere accedere, Præsidentemque, ac alios et singulos scholares et Socios dicti nostri Collegii in unum locum intra dictum Collegium convocare. Cui quidem reverendo patri ac commissariis suis hujusmodi, vigore præsentis nostræ ordinationis et statuti, plenam concedimus potestatem super omnibus et singulis punctis et articulis in nostris ordinationibus et statutis contentis, per Præsidentem, omnes et singulos Socios et scholares prædictos, etiam si oporteat sub ipsorum juramento coram eis de dicendo plenam et meram veritatem præstando, si videlicet ordinationes et statuta nostra prædicta ab ipsis omnibus, quantum ad eorum singulos pertinuerit, debite executa fuerint et etiam observata; necnon super

* Sic in MS.; read "expressos"?

omnibus et singulis statum, commodum et honorem, dicti Collegii concernentibus, et quæ in dicto Collegio et personis ejusdem noverint et crediderint reformanda, præterquam de occultis, etiam si super his non fuerint specialiter requisiti, exactissime inquirendi; excessusque, negligentias, crimina et delicta, quorumcunque dicti Collegii qualitercunque commissa, juxta excessuum, negligentiarum, criminum et delictorum, exigentiam, enormia puniendi; et etiam attempta contra ordinationes et statuta prædicta debite reformandi; cæteraque omnia alia et singula faciendi, exercendi, et etiam expediendi, quæ in præmissis et circa necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna; etiam si ad privationem et amotionem Præsidentis, Vice-Præsidentis, vel alterius cujuscunque, ab administratione sua vel officio, seu si ad amotionem alicujus Socii vel scholaris dicti nostri Collegii ab eodem nostro Collegio, statutis et ordinationibus nostris hujusmodi id exigentibus, procedi contingat. Quos siquidem Præsidentem, Vice-Præsidentem, Socios et scholares, necnon cæteros ipsius nostri Collegii ministros quoscunque, præfato domino Episcopo et commissariis, de quibus præfertur, quoad omnia et singula præmissa, volumus et præcipimus effectualiter intendere et parere. Statuentes, insuper, quod nullus, in visitationibus seu scrutiniis faciendis in dicto Collegio, contra Præsidentem aut aliquem alium ipsius Collegii Socium vel scholarem quicquid dicat, deponat seu denuntiet, nisi quod verum crediderit, seu de quo publica vox vel fama laboraverit contra eundem: idem quod in Præsidentem volumus observari, sub debito ipsorum omnium dicto Collegio præstiti juramenti. Ordinantes, præterea, quod præfatus dominus Episcopus Wintoniensis, qui pro tempore fuerit, cum per se præmissa facere contigerit, centum solidos percipiat; cum vero per commissarios suos, unum vel plures, iidem commissarii vel commissarius quinquaginta solidos duntaxat sterlingorum, per manus bursariorum dicti nostri Collegii, de bonis ejusdem communibus percipiant vel percipiat, pro omnibus expensis et laboribus in hac parte per eosdem vel eorum aliquem apponendis. Ita, tamen, quod dictus Episcopus centum solidos, ac commissarii seu commissarius quinquaginta solidorum summam, in uno eodemque anno, pro actu visitationis hujusmodi non excedant. Præfatorumque reverendorum patrum dominorum Episcoporum Wintoniensium et commissariorum suorum hujusmodi quorumcunque conscientias apud Altissimum arctius oneramus, ut, in faciendo et exequendo præmissa, juxta doctrinam Apostoli, non quærant quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi, solumque Deum habentes præ oculis, favore, odio et timore, prece aut pretio, coloribus, occasionibus et causis, postpositis quibuscunque, inquisitionis, correctionis et debitæ informationis, officium supradictum diligenter intendant et fideliter in omnibus exequantur, sicut et prout coram Deo, in ejus extremo judicio, in hoc casu voluerint reddere rationem. Statuentes, insuper, quod Præsidens dicti nostri Collegii, super excessibus vel delictis contra eum

Obedience to Visitor.

Payment to Visitor and his Commissaries.

Impartiality at Visitations.

President not to have copy of charges against him.

detectis et delatis, in visitationibus vel inquisitionibus per dominum Episcopum Wintoniensem vel ejus commissarios, ut præmittitur, faciendis, copiam compertorum et detectorum hujusmodi sibi tradi, edi, dari aut liberari, aut nomina detegentium et denuntiantium sibi exponi, nullo modo petat, neque ipsa comperta et detecta aut nomina hujusmodi tradantur eidem: sed super eisdem compertis et detectis statim coram ipso domino Episcopo vel ejus commissariis personaliter respondeat, ac correctionem debitam subeat pro eisdem, juxta ordinationum nostrarum et statutorum exigentiam et tenorem; cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus, querelis, et aliis juris et facti remediis, per quas seu quæ ipsius correctio et punitio deferri valeat seu alias quomodolibet impediri: nisi ad amotionem officii, seu privationem beneficii aut inhabilitationem personæ Præsidentis prædicti, contra Præsidentem eundem agatur per dominum Episcopum aut ejus commissarios supradictos; in quibus casibus omnes defensiones legitimas eidem volumus esse salvas, non obstante nostra ordinatione prædicta.

Submission to sentence of the Visitor; without appeal, except in cases of removal.

Finis et conclusio omnium statutorum.

Porro, nostris temporibus diligenter inspeximus antiquorum patrum traditiones et Sanctorum regulas varias approbatas, necnon traditionum et regularum ipsarum multiplices professores; sed, quod displicenter [referimus], nullicubi nunc ut olim juxta mentem Fundatoris regulas, ordinationes aut statuta, a suis professoribus invenimus observata: deinde multipliciter concutimur et turbamur, videntes firmam regularum, ordinationum et statutorum diversorum, compaginem nimio errore concussam, ac quomodo clarum diei lumen irruens densæ noctis obscuritas undique obfuscavit. Super quo mente perspicua intime advertentes quam melius foret bona nostra temporalia propriis manibus erogare, quam usibus imprudentium, sæculo durante, eadem appropriare aut quomodolibet stabilire, percipientes perlucide animarum pericula maxima, ex regulæ suæ, ordinationum et statutorum hujusmodi, violatione, pluribus imminere; in his tamen sic diutius vacillantes, sed auxilium divinum in agendis devotissime invocantes, ad relevationem pauperum scholarium clericorum in scholis degentium oculos nostræ mentis interiores inflexibiliter configimus, sub spe firma quod viri literati ac variis imbuti scientiis, Deum habentes præ oculis, ac ejus voluntatem in regulis, ordinationibus et statutis, observandis lucidius pro aliis intuentes, regulas, ordinationes et statuta nostra, illis tradita, strictius observabunt. Quorum subsidio et relevamini compassionis humeros supponentes, finaliter determinavimus, nosque parati sumus, ad hæc opem et operam impendere juxta posse. Ne igitur, quod absit! in nostris ordinationibus et statutis, sicut et in aliis quam pluribus jam vidimus accidere, de transactis dolus, fraus fiat in futuro, ordinamus et statuimus, sub pœna anathematis et indignationis omnipotentis Dei, ne quis scholarium aut Sociorum dicti

General non-observance of statutes.

Interpretation of statutes.

nostri Collegii, cujuscunque gradus, conditionis, status, scientiæ, facultatis aut officii, extiterit, pro sua voluntate, odio, seu alia causa vel occasione quacunque, ordinationum et statutorum nostrorum quicquam, de sensu nostræ intentionis, ut præmittitur, alienum, interpretatione excitante sinistra, aut quocunque suadente colore, arte vel ingenio, occasione data, procurata aut etiam exquisita, affirmet, construet, vel defendat, aut quovis alio modo, per se vel alium quemcunque, aliter quam nostræ intentionis existit, construi, interpretari seu etiam affirmari, quacunque ex causa procuret. Si quis vero, antiquo suadente Serpente, quicquam contra præmissa verbo vel facto præsumpserit attemptare, a dicto nostro Collegio, si super hoc per testes idoneos convictus fuerit, tanquam in hac parte perjurus, sine spe regressus, penitus excludatur; pœnis aliis in hoc casu superius irrogatis in suo robore nihilominus permansuris. Volumus nihilominus quod, non obstantibus hujusmodi nostris ordinationibus et statutis, factis ut præmittitur in posterumve fiendis, ac aliis non obstantibus quibuscunque, nobis, pro tempore nostro, libera sit facultas præsentibus nostris ordinationibus et statutis addendi ipsis, et etiam ipsa in toto vel in parte tollendi, diminuendi, mutandi, declarandi, ac cum eisdem et super eisdem et contra ea dispensandi, toto tempore vitæ nostræ Tenore etiam præsentium, statuimus, ordinamus et volumus, quod nullo modo nec ullo tempore liceat Præsidenti aut Sociis nostri Collegii prædicti, qui etiam sunt aut erunt, collegialiter, conjunctim vel divisim, nec alteri, cujuscunque dignitatis, status, gradus aut conditionis, existat, aliqua alia nova statuta seu ordinationes, regulas, constitutiones, interpretationes, immutationes, declarationes aut expositiones, alias præsentibus nostris statutis et ordinationibus per nos jam editis in posterumve edendis, aut sano et pleno intellectui eorundem repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, discordantes vel discordantia, contrarias vel contraria, diversas vel diversa, edere, condere, ordinare, statuere vel dictare; nec eis aut alicui ipsorum liceat præmissa vel eorum aliquod quocunque quæsito colore infringere, seu alicujus statuti tenorem aut substantiam demere vel immutare, aut circa ea quomodolibet dispensare. Statuimus, ordinamus et volumus, quod nulli successori nostro Episcopo Wintoniensi, Præsidenti, Sociis aut scholaribus, aut alicui alteri personæ, cujuscunque fuerit dignitatis aut præeminentiæ, liceat statuta nova in et pro Collegio nostro edere, condere aut ordinare: sed statuta nostra per nos edita, et non alia, volumus Præsidentem, Socios et scholares, ac omnes scholares ac omnes personas nostri Collegii, recipere et observare. Et si aliqua nova statuta per aliquem successorem nostrum Episcopum Wintoniensem, aut aliquem alium, fuerint edenda, ipsa nolumus Præsidentem, Socios, scholares, et alias personas nostri Collegii, ligare quovismodo; sed ab observantia eorundem Præsidentem et alias quascunque personas nostri Collegii, auctoritate nostra nobis commissa, eximimus. Si, tamen, de et super aliquo articulo nostrorum statutorum et ordina-

Penalty for misinterpretation.

Power reserved to Founder to alter statutes.

Alterations by President or Fellows.

Prohibition of new statutes by Visitors, Presidents, or Fellows.

Reference of doubtful cases to Visitor.

tionum, inter Præsidentem et Socios aut scholares, aut aliquas alias personas nostri Collegii supradicti, dubium aliquod seu discors opinio oriatur, cujus decisio, planus et sanus intellectus, inter quindenam a tempore emergentis dubii computandam nequiverit haberi, tunc volumus quod Præsidens nostri Collegii, quam citius poterit, dominum Episcopum Wintoniensem pro tempore existentem, in quo sinceram fiduciam ponimus, consulat; cujus quidem determinationi, interpretationi et declarationi, super prædicto dubio faciendis, volumus Præsidentem, Socios, et quascunque personas nostri Collegii, obtemperare et cum effectu parere, sub ipsorum debito juramento Collegio nostro præstito; nec volumus quod per aliquam assuetudinem, consuetudinem vel abusum, aut aliam actionem quamcunque, intentioni aut verbis ipsorum statutorum nostrorum et ordinationum in aliquo derogetur. Nolentes, insuper, aliquam interpretationem fieri de eisdem aut circa ea, nisi juxta planum sensum, communem intellectum et expositionem grammaticalem et literalem, magis et aptius ad casum seu prætensum dubium de quo quæritur et agitur applaudentem. Inhibemus quoque, statuentes et ordinantes, specialiter et expresse, et sub interminatione divini judicii interdicimus dicti Collegii nostri Præsidenti, et Vice-Præsidenti, ac Sociis et scholaribus ejusdem, universis et singulis, præsentibus et futuris, ac, in virtute juramenti per ipsos et ipsorum quemlibet in ipsorum admissione ad Collegium nostrum prædictum præstiti, admonemus et hortamur in Domino, ne ipsi, collegialiter, conjunctim vel divisim, aliquas alias ordinationes vel statuta, declarationes, interpretationes, immutationes, injunctiones, expositiones vel glosas, præsentibus ordinationibus nostris et statutis, vel ipsorum plano et sano, grammaticali et literali, intellectui quomodolibet adversantes vel adversantia, repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, nisi per nos edenda, acceptat, nec hujusmodi fieri procurent, aut eisdem utantur, publice vel occulte, directe vel indirecte. Inhibentes, præterea, statuendo et etiam ordinando, quod nulla statuta vel ordinationes per Præsidentem et Socios supradictos, nec per majorem aut aliquam partem ipsorum, contra aliquam scientiam seu facultatem nostri Collegii supradicti, vel contra studentes in eadem, absque consilio, consensu et assensu, omnium et singulorum existentium de facultate hujusmodi, vel saltem majoris vel senioris partis eorum, fiant quomodolibet in futuris: et si contra præmissa, vel contra intentionem nostram in præmissis vel eorum aliquo, per aliquem aut aliquos, quod absit! aliquid vel aliqua statui, ordinari, fieri aut dictari, vel dispensationem aliquam scienter vel ignoranter concedi vel haberi, contigerit in futurum, auctoritate præsentis statuti decrevimus, pronuntiamus et declaramus, dictos Præsidentem, Vice-Præsidentem, Socios et scholares, dicti nostri Collegii, quibus omnibus et singulis in ea parte omnino et omnimodam adimimus potestatem, ad ipsa observanda non teneri quomodolibet vel astringi; sed ea vacuamus omnino

Literal interpretation of statutes.

Against admission of contradictory ordinances.

Statutes respecting a particular faculty.

et carere volumus omni robore firmitatis; aliis pœnis in hoc casu inflictis superius in sua firmitate nihilominus permansuris. Statuentes, præterea, et etiam ordinantes, quod si forsan, temporum invalescente malitia, casibus fortuitis, possessiones, redditus et proventus, spirituales et temporales, dicti nostri Collegii in tantum decreverint, quod dictus Sociorum et scholarium, capellanorum et clericorum de capella, numerus, per nos superius diffinitus, de exitibus possessionum, redditum et proventuum prædictorum, cæteris omnibus eidem Collegio incumbentibus debite supportatis, non poterit juxta formam ordinationum et statutorum nostrorum commodius sustentari; extunc communæ singulorum ipsorum duodecim denariorum summam in septimana aliqua non transcendant, nec pro aliquo Socio vel scholari ejusdem Collegii tunc præsente, aut pro aliquo capellano ministrante in capella prædicta, amplior quam duodecim denariorum summa, pro eorum septimanatim communis, de bonis dicti Collegii communibus aliqualiter persolvatur. Deinde, si redditus et proventus præfati Collegii, Præsidentis, ac Sociorum et scholarium tunc præsentium, ac capellanorum supradictorum, numero non obstante in hac parte, tunc, non obstante inedia aut victualium caristia, summam duodecim denariorum septimanatim non excedant, deinde decrescent pecuniarum summæ pro ipsorum pietantiis in aula superius ordinatæ. Extunc, decrescentibus redditibus et proventibus supradictis, annua liberata vestium, de qua in nostris ordinationibus et statutis fit mentio, a quolibet Sociorum dictorum subtrahatur. Et proxime fiat ulterior diminutio communarum dictorum Sociorum et scholarium usque ad octo denarios septimanatim. Deinceps, numerus choristarum usque ad numerum octonarium decrescat. Et subsequenter pauperum vocatorum *Demyes* numerus totaliter decrescat. Ac deinde, si evidens necessitas id exposcat, numerus clericorum capellæ usque ad quaternarium minuatur. Et proximo quinque marcarum summa de stipendio cujuslibet lectoris, scilicet, in theologia, et in duabus philosophiis, de summa eis in nostris ordinationibus et statutis superius ministranda, subtrahatur eisdem. Et si possessiones, redditus et proventus supradicti, non sufficiant pro tanta summa communarum, stipendiis capellanorum, ac aliis omnibus eidem Collegio incumbentibus, debite supportandis, permittimus tunc, et non ante nec alias quovismodo, juxta decrementum dictorum redditum et proventuum decrescat successive numerus quadragenarius Sociorum et scholarium, a junioribus incipiendo. In his tamen omnibus, Præsidentis, Sociorum et scholarium, dicti nostri Collegii, qui pro tempore fuerint, conscientias apud Altissimum arctius oneramus; ordinantes et etiam statuentes ut si, necessitatibus et infortuniis supradictis cessantibus, tempora mutentur in melius, ac possessiones, redditus et proventus, dicti nostri Collegii per Dei gratiam iterato felicia recipiant incrementa, juxta crescentiam, numerus supradictus sic, ut præmittitur, in dictis casibus minuendus, ordine retrogrado quo

Reduction of commons from diminution of revenues.

Reduction of pittances.

Reduction of numbers of choristers, Demyes and chapel clerks.

Reduction of stipends of lecturers.

Reduction in number of Fellows and scholars.

Numbers to be restored, upon increase of revenues.

decrescit augeatur etiam et accrescat, videlicet, ut illud primo augeatur quod ultimo decrevit: cæteræque portiones, per nos in nostris statutis et ordinationibus superius limitatæ in præfatis casibus subtrahendæ, distribuantur eisdem juxta crescentiam redditiuum et proventuum ipsorum, vimque, formam et effectum, nostrorum hujusmodi statutorum. Declaramus, præterea, quod jurati ad observationem ordinationum et statutorum, in eisdem vel ipsorum aliquo delinquentes, ubi apponitur pœna certa, non reatu perjurii, nisi hoc in eisdem ordinationibus et statutis specialiter teneatur, sed pœna sic specialiter apposita tantummodo puniantur; nisi pœnam sibi inflictam, juxta hujusmodi continentiam statutorum, contempserint adimplere, tunc enim ipsos reatum perjurii volumus et statuimus incurrere ipso facto. Volentes, insuper, quod in singulis nostris statutis, in quibus fit mentio quod in cunctis artibus assumi debeant in cunctis facultatibus graduati, deficientibus graduatis, assumantur Socii non graduati, seniores, videlicet, discretiores et maturiores facultatum ipsarum, usque ad numerum in statutis hujusmodi limitatum. Volumus, præterea, quod, in omnibus correctionibus et punitionibus faciendis, juxta statuta præmissa, ubi fit mentio de Decanis et non sit mentio de omnibus, quod duo sufficiant. Volumus, etiam, quod, quoties in statutis nostris fit mentio de comitatibus in quibus bona Collegii vigent, quod tunc addatur et exprimatur et intelligatur, videlicet, de bonis perquisitis pro Collegio nostro et obtentis dum superstites fuerimus in hac vita. Præsentes autem regulas, ordinationes, constitutiones et statuta, sic per nos edita, ad Dei laudem et gloriam ac Beatissimæ Mariæ Virginis Matris Ejus, Beatæ Mariæ Magdalenæ, divinique cultus ac scientiarum augmentum, studiique scholastici profectum, necnon ad præfati Collegii commodum et decorem, valere et perpetuis durare temporibus ac robur incommutabilis firmitatis volumus obtinere. His, igitur, sic per Dei gratiam salubriter ordinatis, dicti nostri Collegii Præsidenti et Sociis, ac omnibus aliis commorantibus in eodem, juxta informationem Christi, tanquam ejus discipulis, divinum obsequium commendamus, pacisque et unitatis fœdus, ac perfectæ vinculum caritatis. Amen.

Perjury by breach of statutes.

Deficiency of graduates in faculties to supply required number of Graduates of Arts.

Punishments by two Deans.

Counties in which the College holds estates.

Sequitur decretum pro discis Collegii conservandis.

Anno Domini millesimo quadringentesimo octagesimo tertio, mensis Novembris die quarto, mandato domini Fundatoris, decretum est per Præsidentem, Vice-Præsidentem, Decanos, Bursarios, omnes et singulos Socios seniores Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ, quod nullus Socius seu scholaris, cujuscunque status aut conditionis fuerit, capellanus conductitius, clericusve aut commensalis Collegii antedicti, præsens vel futurum habeat usum alicujus perapsidis, scutillæ, salciamentorii, de bonis prædicti Collegii, signati vel signatorum cum unicis

Forfeiture of commons for using College dishes, &c., out of the Hall, &c.

armis domini Fundatoris, extra aulam Collegii prædicti, vel panetriam, vel botelariam, viam ducentem ad coquinam, celarium, cameram coqui intra Collegium situatam, sub pœna perditionis communarum suarum per quindenam; et si commensalis fuerit, sub pœna valoris communarum suarum per quindenam. Et decretum est quod nullus de prædictis habeat usum alicujus perapsidis, scutillæ, salciamentorii, signati vel signatorum cum duplicatis armis domini Fundatoris, in camera sua in Collegio vel alibi infra Collegium, nisi prius præstita securitate de reddendo perapsidem, scutellam vel salciamentorium, principali coquo Collegii, habenti curam et onus custodiæ omnium prædictorum. Cui coquo nullus dictorum Sociorum et scholarium aut capellanorum, aut aliorum quorumcunque, molestiam aliquam in verbo vel in facto faciat, in persona propria vel aliena, ratione usus vel mutui aliquorum prædictorum vasorum. Sed si materiam alicujus justæ querelæ aliquis prædictorum Sociorum, scholarium, capellanorum, etc., contra prædictum coquum habeat, ratione usus vel mutui aliquorum dictorum vasorum, illam querelam offeret et intimabit Præsidenti, vel Vice-Præsidenti, Decanis, vel Bursariis. Et, insuper, decretum est quod nullus prædictorum Sociorum, scholarium, capellanorum, etc., efferat vel portet, aut efferri jubeat, aliquod de vasis prædictis jam in Collegio habitis, vel in futuro habendis, extra ipsum Collegium, sub pœna perditionis communarum per unam mensem; ulteriore consilio Præsidentis et aliorum officiariorum ad prædictam pœnam vel pœnas delinquenti vel delinquentibus infligendum vel infligendas amodo et deinceps minime requisito; videlicet, quod Præsidens et officiarii non minuant pœnam vel pœnas. Porro nihil hujus decreti mutetur. Qui* si Præsidens, vel Vice-Prædens, et officiarii, audient quemlibet detectum ad respondendum super detecto, sic quod unus audientium sit Decanus Collegii memorati.

Security to be given to chief cook for return of dishes, &c.

Complaints against cook.

Taking vessels out of College.

Ista duo decreta sequentia, una cum statuto de communi annua vestium liberata, fuerunt de mente et voluntate domini Fundatoris, domini Willielmi Waynflete; quæ licet per oblivionem non inscribantur in corpore statutorum, ostensa tamen fuerunt duo hic scripta decreta Oxoniæ in præsentia Præsidentis et seniorum Collegii, per Magistrum Willielmum Holden, tunc eleemosynarium dicti domini Fundatoris, et ejus mandato in vestiario publicata; et statutum de annua vestium liberata lectum fuit in præsentia Sociorum Collegii per Magistrum Ricardum Mayew, tunc Præsidentem ejusdem Collegii.

Primum decretum.

Quod singuli scholares de inferiori numero, communiter dicti *Dymyys*, in Universitate præsentes, perciperent singulis septi-

Commons of Demyes.

* Sic in MS.; read "Qui quidem."

manis octo denarios, pro communiis suis; statuto prius in contrarium edito non obstante.

Secundum decretum.

Voluit dominus Fundator quod Præsidens Collegii, qui pro tempore fuerit, pro honore Collegii, in solennioribus festis et diebus pitanciarum, qui hic subsequenter taxantur, accederet ad communem aulam Collegii ad prandium. Ubi eidem, ultra communem et solitam allocationem sibi in statutis factam pro communiis suis, duo solidi singulis diebus pitanciarum, per discretionem bursariorum, allocari debent de bonis communibus dicti Collegii.

Dies pitanciarum taxati, quibus Præsidens accidere debet, si voluerit, ad aulam communem, sunt isti:

Days of pittances on which the President dines in Hall.

Festum Nativitatis Domini, festum Epiphaniæ, festum Purificationis Beatæ Mariæ et Annuntiationis ejusdem, festum Paschæ et vigilia ejusdem, festum Ascensionis Domini, festum Pentecostes et vigilia ejusdem, festum Reliquiarum, festum Corporis Christi, festum Sancti Joannis Baptistæ, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, et Visitationis ejusdem, festum Dedicationis et Omnium Sanctorum, et anniversarium domini Fundatoris. In aliis vero festis et obitibus, videlicet, diebus pitanciarum, per annum contingentibus, superius non expressis, dictus Præsidens non in aula communi sed in proprio hospitio residens, de summa illa sex solidorum octo denariorum pro pitanciis in statutis allocata, per manus bursariorum vel saltem dispensatoris, sex denarios duntaxat singulis vicibus percipiet; proviso, quod in obitu domini Thomæ Ingeldew, quia de summa viginti sex solidorum et octo denariorum dividenda inter Socios, dictus Præsidens nihil percepturus erit, recipiet tantum duodecim denarios de illa marca allocata pro communiis et refectione Sociorum, etc.

President's share of pittances on other days.

Statutum de communi annua vestium liberata, executioni non prius mandandum, quousque Collegium percipiat et possideat pensiones diversarum terrarum, perquisitas per dominum Fundatorem in diversis comitatibus.

Item, ut Socii et scholares dicti nostri Collegii unanimes interius perseverent, et in caritate mutua fortius copulentur, quo ipsi pariter uno signo exterius conspexerint se signatos, et ut idem nostrum Collegium affectionem majorem obtineant quo ab eodem plura subsidia et commoda in suis indigentiis se noverint percepturos; statuimus, ordinamus et volumus, quod Præsidens, Socii, et scholares universi nostri Collegii infra probationis annum existentes, lector in sacra theologia et duo lectores in philosophia,

Annual livery of clothes.

etsi Socii Collegii minime existant, Magister informator grammaticorum et hostiarius sub eodem, quatuor capellani conductitii, singulis annis, erga festum Nativitatis Domini, pannum pro togis et capiciis de una et eadem secta percipiant, de bonis communibus nostri Collegii supradicti: ita quod Præsidens quinque virgatas, et quilibet aliorum prædictorum quatuor virgatas et dimidium, percipiant; proviso, quod pretium virgatæ duos solidos sex denarios non excedat. Statuentes, præterea, quod triginta pauperes, vocati *Dymyys*, octo clerici capellæ, sexdecim choristæ, et alii ministri nostri Collegii intrinseci quicunque, erga dictum festum Nativitatis Domini, etiam singulis annis imperpetuum, de bonis communibus dicti Collegii, liberatas suas de conformi colore habeant de competenti panno, ita quod pretium virgatæ viginti duo denarios non excedat; ita quod tantum de panno hujusmodi ipsorum cuilibet tribuatur, de quo unam togam condecentem facere poterit, habito respectu ad percipientium staturam; ita quod nulli eorundem ultra quam tres virgatæ panni distribuatur quovismodo, etc.

Livery of Demyes, chapel clerks, choristers, &c.

Et ego Joannes Wymark, in artibus Magister, Mormensis diœcesis, publicus auctoritate Apostolica notarius, rogatus et requisitus per venerabilem virum Magistrum Ricardum Mayew, tunc Præsidentem, et per omnes et singulos Socios Collegii antedicti tunc ibidem præsentes, quorum nomina subscribuntur hic, Robertus Hollar, Willielmus Crofftis, Georgius Wilkynson, Ricardus Cotyngdon, Walterus Lucas, Joannes Greve, Willielmus Hewster, Joannes Husey, Robertus Halhede, Thomas Frere in artibus Magistri, et Thomas Fox, in artibus Baccalaureus, ad omnia et singula præmissa unanimiter consentientes, sub anno Domini millesimo quadringentesimo octagesimo septimo, indictione sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii divina providentia Papæ octavi anno tertio, mensis Junii primo die, in aula hospitii Præsidentis, dum hæc agebantur et legebantur, una cum prædictis Magistris et in præmissis testibus præsens personaliter interfui, suprascriptaque duo decreta, una cum statuto annexo, fuisse et fore de mente et voluntate reverendissimi in Christo patris ac domini domini Willielmi Waynflete, Fundatoris antedicti Collegii, testimonio fidedignorum audivi et intellexi. Et quia aliunde occupatus fui, omnia et singula præmissa per alium scripta perlegi, et rata habui, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium præmissorum, ad hoc specialiter fideliterque rogatus et requisitus.

Attestation of John Wymark, public notary.

Digitized by Google

STATUTES OF MAGDALEN COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

Absence from town, 41
———, behaviour during, 41
——— from college during night, 41
———, limitation of, 41
———, penalties for, 41
———, term of for Demies, 42
Accompts of Bursar, 27
——— of Seneschal, 49
——— of Bailiff, 51
———, Clerk of, 39
———, annual audit of, 51
———, custody of, 51
——— of commons, 72
Acts, 37
Anniversaries of Roche, Bishop of Winchester, and John, Duke of Norfolk, 53
——— of founder, 53
——— of Thomas Ingeldew, 82
Antiphony to the Virgin, 54
Appeal in cases of removal, 86
Arms, 70
Arundel, William, Earl of, obit of, 54
———, mass for, 65
Aske, Eleanor, 81
Bailiffs, accompts of, 51
Beds, 72
Benefactors, exequies for, &c., 53
———, prayers for, 66
———, masses for, 66
Benefices, regulations respecting, 46, 47
Bible, reading of, 45
———, exposition of, 71
Books, loan of, 61, 62
———, selling of, &c., 61
———, register of, 61
———, inscription in, 62
———, inspection of, 62
———, grant of, 83
Borowgh, Joan, 67
Borowgh, Sir ——, 67
Bowyke, John, 81
Buildings, repair of, 28
———, new, 28, 51
Bursar, election of, 26
———, duties of, 26
———, deputy of, 27
——— to be sworn, 27
———, stipend of, 27
———, payment of, &c., 27
Bursar, surrender of office by, 52
——— to keep a register of chapel goods, &c., 62
———, office of, 73
———, money for requirements of, 74
Canon law, students in, 6
Cards, &c., 42
Chambers, 73
———, for noblemen's sons, 73
Chapel, minister of, 23
———, repair of, 28
Chapel goods, register of, 61
———, inspection of, 62
Chaplains, 6, 23
———, institution and dismissal of, 38
———, to be sworn, 39
———, to commemorate Sir John Fastolf and his wife, 67
Chests, 73, 74, 75
Choir, places in, 68
Choristers, 6
———, master of, 24
———, reduction of, 89
Civil law, students in, 6
Clerks, 6, 23
———, stipends of, 6, 23
———, oath of, 26
Clerk of accompts, 39
Cloaks, use of, &c., 70
Clothes, annual livery of, 92
College, injury of, 43
———, restoration of goods of, 44
———, estates of, 90
Commissaries of Visitor, 84, 85
Commons, withdrawal of, &c., 36
——— of President and his servants, 40
——— of absent members, 59
———, variation of, 71
———, distribution of, 72
———, spending, 72
——— of servants, 72
——— of demies, 72, 91
———, accompts of, &c., 72
———, annual allowance for, 72
———, extra, &c., 82
———, reduction of, 89
———, forfeiture of, 90
Common chests, house for, 73
Cook, to take security for return of dishes, 91

Digitized by Google

Cook, complaints against, 91
Corrodies, *v.* Pensions.
Cromewell, Sir Ralf, prayer for, 52
——, mass for, 66
Danvers, Joan, obit of, 54
Deans, election of, &c., 24
——, duties of, 24
—— to be sworn, 24
——, stipend of, 25
——, negligence of, 25
——, punishment by, 90
Demies, number of, 6
——, studies of, 6, 16, 37
——, qualifications of, 15
——, election of, 16
——, absence of, 42
—— to pray for Sir John Fastolf and his wife, 67
——, superintendence of, 73
——, reduction of, 89
——, commons of, 91
——, livery of, 93
Detraction, 12, 55
Dice, 42
Dioceses, order of, in election to scholarships, 22
Dishes, 91
Disputations, 34, 35
——, absence from, 35
Dissensions, composing of, 55
Distraint, 83
Doctors, 47
——, feast of the four, 65
Doles, 82
Dress, 69
Durham diocese, preference to natives of, 82
Easter, meeting at, 32
Edward III. and IV., prayers for, 52
Election of President, 7
—— of scholars, 17
—— of officers, 52
Electors, oath of, 8, 15, 18
England, kings of, entertainment of, 60
Expenses, account of, 27
——, travelling, 59
Expulsion, 45
Evidences, chest for, 75
——, exhibition of, 76
Exequies for souls of benefactors, 53
Fastolf, Sir John, prayers for, 52
——, to be commemorated, with his wife, 67
Fellows to be consulted, 11
——, election of, 13
——, probationary, 17
——, scholars admitted as, 19
——, oath of, 19
——, obedience of, 29
——, inquiry into conduct of, 32
——, horses for, 39
——, expulsion of, 44
——, benefices of, 45
——, autumnal progress of, 51
—— to celebrate hours, &c., 64
Fellows, two, to celebrate for souls of Thomas Ingeldew, John Bowyke, and Eleanor Aske, 81
——, stipends of, 81
—— not to celebrate for strangers, 81
——, ordinance to be read on admission of, 82
——, reduction of, 89
Fellowships, forfeiture of, 46
——, lecturers out of college to succeed to, 48
——, preference for dioceses of York and Durham, 82
——, Richard Marshall to hold one, 83
Festivals, 64
——, on which pittances are to be distributed, 67
Forman, John, scholar of, 17
Founder, obit of, &c., 53
——, prayers for, 53, 66
——, masses for, 66
——, parents of, 77
Furs, 70
Gates, closing of, 68
Gospels, reading of, 65
——, stipend for reading, 65
Graces, use of, 37
Graduates in faculties, deficiency of, 90
Grammar, Master in, 76
——, stipend of, 76
——, retirement or removal of, 76
——, to be sworn, 77
Grant of 723 marks from Thomas Ingeldew, 81.
——, of books and jewels, 83
Hair, culture of, 70
Hall, repair of, 28
——, remaining in, after meals, 71
Hawks and hounds, keeping of, 42
Henry III. and VI., prayers for, 52
——, obit of, 54
Horspath, cure of, 34
Hours, celebration of, 63, 64
——, behaviour at, 68
Inception in theology, 37
Ingeldew, Thomas, scholar of, 17
——, ordinance of, 21
——, grant from, of 723 marks, 81
——, celebration for soul of, 81
——, anniversary of, 82
——, annuity, reserved to, 83
Jocalia, 74
Keys, custody of, 69
—— of chest chambers, 75
Kings, *v.* England.
Lands, administration of, 10
——, alienation or mortgage of, 57
Latin, use of, 45
Laundress, 25
Law, students in, 37
Lawsuits, prohibition of, 56
Leases, term of, 57
Lecturers in philosophy and theology, 47

Digitized by Google

Lecturers, stipends of, 48
———, removal from office of, 48
———, to succeed to fellowships, 48
Lectures, 35
———, absence from, 35
———, out of college in time of pestilence, 48
Library, use of, 61
———, access to, 62
Livery of Demies, &c., 93
Logic, tutor in, 78
Lovett, Francis, Earl of, 54
Maltravers, Sir John, obit of, 54
———, mass for, 65
Manciple, 25
Marshall, Richard, 83
Mass, salary for celebrating, 24
——, celebration of, out of college, 34
——, for Earl of Arundel and Sir Thomas Maltravers, 65
———, for founders and benefactors, 66
——— of the Virgin, 65, 66
———, for Joan Borowgh, William Porte, and Sir —— Borowgh, 67
Master of arts, deficiency of, 17
———, to take holy orders, 34
———, to assist at disputations, 35
———, degree of, 36
———, studies of, 36
Medicine, students in, 6, 37
Ministers, accompts of, 51
Money, reserved, chest for, 74
———, application of, 74
Muniments, &c., chest for, 75
Night, passing of, out of college, 41
Noblemen, sons of, 60
———, chambers for, 73
Norfolk, John, Duke of, 53
Oaths of Electors, 8, 15
——— of President, 9
——— of Vice President, 15
——— of Fellows and probationary scholars, 19
——— of Priests, clerks, and servants, 26
——— of scholars, 78
Obit of founder, 53
——, of Henry III., Joan Danvers, progenitors of Lord Lovett and his wife, Earl of Arundel, and Sir Thomas Maltravers, 54
Offences, 43
Offenders, screening of, 33
Officers, election of, 52
Offices, surrender of, 52
———, holding two, 52
Payments, account of to be kept, 27
Pensions, 58
Philosophy, lectures in, 47, 48
Pittances, 67
———, reduction of, 89
———, days of, 92
———, President's share of, 92
Prayers, 32
———, for Henry III., Edward III., Henry VI., Edward IV., Sir Ralf Cromewell, John Fastolf, &c., 52
Prayers, for founder, 53
———, to Virgin, 54
President, establishment of, 5
———, election of, 6, 8
———, presentation of, 9
———, institution of, 9
———, oath of, 9
———, obedience of Fellows and scholars to, 29
———, power and duties of, 38
———, provision and salary of, 39
———, horses for, 39
———, servants of, 39
———, travelling expenses of, 39
———, private expenses of, 40
———, commons of, 40
———, plate, &c., of, 40
———, incurable sickness of, 43
———, temporary infirmity of, 44
———, benefices of, 46
———, progress of, 50
———, in suits of importance to obtain consent of Fellows, 57
———, removal of, 58
———, to celebrate hours, &c, on the greater festivals, 64
———, charges against, 85
———, alteration of statutes by, 87
———, his share of pittances, 92
Priests, 23, 78
———, stipend of, &c., 23
———, oath of, 26
———, permission to, to celebrate hours, &c., 64
———, to say masses, 67
———, stipend of, 67
Processions, 63
———, places at, 68
Proctor, office of, 56
Progress of President, 50
———, of Fellows, 51
Punishments, 10, 33
———, by two deans, 90
Receipts of farmers, 51
———, indentures of, &c., 51
———, custody of, 74
Reduction of commons, number of choristers, Demies, &c., 89
Repairs of buildings, 28, 51
———, funds for, 28
———, period for, 28
Revenues, diminution of, &c., 89
Sacristan, 23
Scholars, number of, 5
———, studies of, 5
———, election of, 11, 16, 17, 18
———, to be bachelors or masters of arts, 16
———, Thomas Ingeldew's, 17
———, John Forman's, 17
———, qualifications of, 18
———, oath of, 19, 78
———, inquiry into conduct of, 72

Scholars, infirmity of, 44
———, expulsion of, 45
———, benefices of, 46
———, instruction of, 78
———, reduction of, 89
Scholars, Probationary, 18
———, admission of as Fellows, 19
———, oath of, 29
Scholarships, vacancies of, 22
———, forfeiture of, 46
School at Waynfleet, *v.* Waynfleet
Scrutiny of votes, 7
Seal, Common, chest for, 73
———, use of, 73
Seneschal of Hall, 49
———, exemption from office of, 49
———, accompts of, 49
Seniority, definition of, 27
Sermon, annual, 65
Servants, 25
———, salaries of, 26
———, oath of, 26
———, of President, 39
Sophistry, tutor in, 78
Statutes, interpretation of, 12, 86, 88
———, adherence to, 12, 19
———, dispensation from, 13
———, reading of, 32
———, non-observance of, 86
———, penalty for mis-interpretation of, 87
———, power of altering reserved to Founder, 87
———, alteration of, by President and Fellows, 87
———, respecting a particular faculty, 88
———, perjury, by breach of, 90
Strangers, entertainment of, 40
———, introduction of, &c., 60
Students in civil law, canon law, and in medicine, 6
Study, impeding of, &c., 45
Suits, defence of, 11, 38
Table, places at, 49, 50
———, behaviour at, &c., 49, 50
Theology, inception in, 37
———, lectures in, 47, 48
Tonsure, 70
Tutors in logic and sophistry, 78
———, stipends of, 78
Usher, 76
———, stipend of, 76
———, retirement or removal of, 76
———, to be sworn, 77
Vestments, custody of, 60
Vice President, election of, 14
———, duties of, 14
———, power of, 15
———, to be sworn, 15
———, stipend of, 15
———, obedience to, 29
———, to celebrate hours, &c., 64
Virgin, antiphony to the, 54
———, mass of the, 65, 66
Visitors, 12, 84
———, obedience to, 85
———, payment to, 85
———, submission to sentence of, 86
———, reference of doubtful cases to, 88
Votes, scrutiny of, 7
Walking alone, 70
Waynfleet school, Master of, to pray for William Aulekar, 77
———, scholars of, to pray for Founder's parents, 77
Winchester, Bishops of, office of the dead for, 53
———, Roche, Bishop of, 53
Wymark, John, attestation of, 93
York diocese, preference to the natives of, 82

COMPOSITIONS, AND VISITORS' INJUNCTIONS.

Compositio Magistri Joannis Forman.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum indentatum pervenerit, salutem. Noverit universitas vestra per præsentes me, Joannem Forman, Eboracensis diœcesis clericum, in comitatu ejusdem perpetuum vicarium de Ruston, in honorem Dei et ejusdem gloriosæ matris Mariæ, Beatæ Mariæ Magdalenæ, Sancti Joannis Baptistæ, et omnium Sanctorum Dei, ad sacrosanctæ matris Ecclesiæ exaltationem et honorem, ad augmentum cleri, et incrementum virtutum in Universitate Oxoniæ, necnon ad salutem animæ meæ, parentum meorum, ac omnium quorum debitor sum, dedisse, concessisse et meis propriis manibus sponte mea liberasse, centum marcas bonæ et legalis monetæ Angliæ, venerabili Magistro Willielmo Tibarde, Præsidenti, et Sociis perpetuis Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ, vulgariter nuncupati *Mawdelyn College.* Quas quidem pecunias volo, ordino et dispono, per præsentes, ut Præsidens et prædicti Socii habeant, teneant et possideant, bene et pacifice, sibi et successoribus suis imperpetuum, ad opus et usum dicti Collegii, ad quæcunque opera et onera dicto Collegio necessaria incumbentia, videlicet licita, congrua et honesta; ad hunc effectum, ut ipsi et successores sui, qui suis perpetuo temporibus ibidem fuerint, certa onera per hoc præsens scriptum meum obligatorium inferius limitata, ordinata et assignata, faciant et observare teneantur, sub forma et conditionibus quæ sequuntur. Imprimis, videlicet, quod ipsi et successores sui eligant et habeant unum scholarem facultatis artium, naturalem originem ducentem infra comitatum Eboracensem, aptum et idoneum, in perpetuum Socium in Collegio prædicto, ad consimilem exhibitionem aliorum Sociorum ejusdem Collegii, præcipue presbyterum, si commode fieri poterit; sin autem alium naturalem originem ducentem a parentibus seu a propinqua parentela mei dicti Joannis Formon, et hoc ubicunque locorum talis inveniri poterit. Quod si nullus talis presbyter seu scholaris aptus et idoneus de tali parentela reperiri potest, tunc bene liceat Magistro Præsidenti et Sociis prædictis assumere, eligere et admittere, alium aptum et idoneum, de aptioribus et vicinioribus illis locis natalibus in quibus quondam ego dictus Joannes Formon morari et inhabitare solebam, vulgariter nuncupatis Rothwell et Ruston juxta Wakfel-

diam, et hoc omnino et præcise de et infra comitatum Eboracensem. Hoc tamen mihi ipsi specialiter reservo, quamdiu vixero et superstes fuero, videlicet, electionem dicti scholaris ad exhibitionem prædictam in dicto Collegio. Proviso, etiam, quod, cum prædictus Socius ad ætatem, gratiam et gradum, seminandi Verbum Dei pervenerit, aliquoties in annis, cum temporibus congruerit et sibi bene libuerit partes suas natales et proprias visitare, ibidem populum peccatricem verbo divino prædicando pascere et patriam suæ scientiæ lumine illustrare teneatur, et illis præcipue in locis prædictis et prope circumjacentibus. Insuper, volo quod Præsidens et Socii prædicti, quam cito de morte mea sibi constiterit, tunc mihi missam cum suis exequiis, pro salute animæ meæ, ordinari et celebrari faciant, secundum modum et morem loci. Insuper, volo quod dictus scholaris, postquam semel et canonice fuerit in Socium electus, quod de cætero sibi non liceat cum dicta exhibitione habere aliquod beneficium vel salarium quod se extendat ultra decem marcas, sed alterum omnino dimittat; aut aliter libertate, privilegiis et jure, sui Collegii careat. Præterea, volo quod, post decessum vel recessum dicti scholaris a Collegio vel ab Universitate, per mortem sive per beneficium, tunc alius scholaris de novo eligatur in loco ejus, in Collegio prædicto, infra annum immediate sequentem post decessum seu recessum ejusdem scholaris, et sic succedendo, continuando et eligendo unum post alium imperpetuum. Et si contingat, quod absit! quod præfati Præsidens et consocii, post decessum seu recessum dicti scholaris, alium in locum ejus in prædicto Collegio, infra annum immediate sequentem, non elegerint sive assumant, et in actuali possessione recipiant, prout decet, vinculo juramenti et sub pœna perjurii teneantur locum vacantis sine ulteriore dilatione supra dictum annum domino Cancellario et Procuratoribus, seu eorum vicem gerentibus, denuntiare; quibus pro tunc bene licebit, conjunctim vel divisim, in omnia et singula terras et tenementa, redditus et servitia, et in quamlibet eorum parcellam, intrare et distringere, districtionesque sic captas licite asportare, abducere, effugare, et penes se retinere, ac ad eorum usum, per æquales portiones recipere et habere, ad tantum valorem, quanti valoris fuerit onus sive exhibitio dicti Socii vacantis supra tempus prius limitatum; et hoc toties quoties sic acciderit. Et ut ista ordinatio sit firma, rata et grata, atque ut omnia et singula prædicta immobiliter permaneant, et bene et fideliter exequantur et impleantur, nos, præfati Præsidens et Socii perpetui Collegii antedicti, obligamus nos et successores nostros imperpetuum, per præsentes, in omnibus terris, tenementis, redditibus, servitiis, quæ modo habemus vel in futurum habituri sumus, tam in Universitate Oxoniæ quam alibi in regno Angliæ, præfatis domino Cancellario et Procuratoribus almæ Universitatis Oxoniæ qui pro tempore fuerint, et eorum successoribus imperpetuum. In quorum

omnium et singulorum testimonium, uni parti hujus scripti tripliciter indentati, penes præfatos Præsidentem et Socios remanenti, sigillum prædicti Magistri Joannis Formon est appensum. Secundæ vero parti, penes dictum Magistrum Joannem Formon, suos executores vel assignatos, remanenti, sigillum commune dicti Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ affixum est. Et tertiæ parti, penes Cancellarium et Procuratores Universitatis Oxoniæ in cista quatuor clavium remanenti, sigillum commune Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ, una cum sigillo sæpe dicti Magistri Joannis Formon, conjunctim sunt appensa.

Compositio Magistri Jacobi Preston, sacræ theologiæ Professoris, et Willielmi Preston, in artibus Magistri, [1487].

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum tripartitum indentatum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Quum, ex misericordia divina, unusquisque Christianus orthodoxæ fidei id opus teneatur exercere pietatis, quo magis in hoc mundo sibi accumularet meritum et præmium in futuro; sciatis nos Magistros Joannem Preston, sacræ theologiæ professorem, Willielmum et Robertum Preston, artium Magistros, de comitatu Lancastriæ, et diœcesi Eboracensi, in honorem Dei, et Virginis gloriosæ, omnium sanctorum, ac sacrosanctæ matris Ecclesiæ exaltationem, et augmentationem cleri in Universitate Oxoniensi, necnon ad salutem animarum nostrarum, dedisse ac manibus nostris propriis deliberasse Magistro Ricardo Mayew, Præsidenti, et perpetuis Sociis Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Oxonia, *Mawdelen College* vulgariter nuncupati, sexcentas marcas bonæ et legalis monetæ Anglicanæ. Quam vero summam, sic per nos eis datam et liberatam, ipsi Præsidens et Socii nuper, ex assensu et sumptu nostris, applicaverunt et exposuerunt in emptione et perquisitione cæterorum terrarum et redditiuum, de vero annuo valore, viginti librarum sterlingorum. Quos, quidem, terras et redditus volumus, ordinamus et statuimus, per præsentes, quod ipsi Præsidens et Socii, et successores sui, habeant, teneant et possideant, bene et pacifice, eis et successoribus suis imperpetuum; ad effectum quod ipsi et successores sui certa onera, juxta nostras ordinationem et dispositionem inferius limitandas, facient et observent, in hunc qui sequitur modum. Imprimis volumus, ordinamus et disponimus, quod, infra unum mensem postquam adepti sunt pacificam possessionem in dictis terris, perquisitis de supradicto valore viginti librarum, tunc, deinde et deinceps, deputentur quatuor Socii perpetui supradicti Collegii, in ordine sacerdotii constituti, in sacra theologia vel in facultate artium ad minus graduati, qui specialiter in missis suis orabunt pro prospero statu nostro, dum vixerimus, et pro animabus nostris quum ab hac vita abstracti fuerimus; necnon pro animabus specialiter Magistri

Thomæ Preston, Radulphi et Ceciliæ parentum nostrorum, ac omnium aliorum benefactorum pro quibus debitores sumus, ac pro animabus omnium benefactorum dicti Collegii, et omnium fidelium defunctorum. Quorum quatuor Sociorum quilibet habebit annuatim et percipiet, et eorum successores percipient et habebunt imperpetuum, scilicet, eorum quilibet habebit et percipiet, quatuor marcas sterlingorum de bonis communibus dicti Collegii, per manus bursariorum, qui pro tempore fuerint, ad quatuor anni terminos; videlicet, Natalis Domini, Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Joannis Baptistæ, et Sancti Michaelis Archangeli, per modum annuitatis, ultra omnia quæ quilibet eorum percipiet de dicto Collegio. Et ipsa deputatio dictorum quatuor Sociorum spectabit ad nos, supradictos Jacobum et Willielmum, quamdiu vixerimus, ad supradictum onus perficiendum; et, post decessum nostrum, ad Præsidentem dicti Collegii, qui pro tempore fuerit, Vice-Præsidentem, ac quatuor alios seniores simpliciter dicti Collegii, vel ad Præsidentem et ad majorem partem eorundem tunc in Universitate præsentium. Qui quatuor capellani semel omni septimana dicent, et eorum quilibet dicet, exequias, cum novem psalmis et novem lectionibus, præterquam in tempore Paschali. Qui tamen capellani, eodem tempore Paschali, semel omni septimana, cum tribus psalmis et tribus lectionibus, tenebuntur exequias dicere, ut præfertur, pro animabus prænominatis et animabus omnium fidelium defunctorum. Qui etiam quatuor capellani, quoties ad populum vel in Latino vel vulgariter Verbum Dei prædicaverint, pro animabus prænominatis expresse et specialiter orabunt. Tenebuntur, insuper, omnes et singuli Socii dicti Collegii et eorum successores imperpetuum; etiam qui pro statu nostro, dum vixerimus, et animabus nostris et animabus aliorum, ut præfertur, sunt specialiter assignati; in suis missis et orationibus, pro nobis, tanquam benefactoribus et adjutoribus dicti Collegii, exorare; et quod facient nos participes suffragiorum suorum et meritorum suorum, quantum in ipsis est; et quod nomina nostra habeant inscripta in tabulis pro benefactoribus ordinatis in capella Collegii antedicti. Et permittimus quod dicti quatuor Socii recipere poterint, et quilibet eorum recipere poterit, ab amicis vel aliis quibuscunque, pensionem, salarium vel annuitatem, dum non excedat summam quadraginta solidorum annuatim, ad Collegium prædictum. Et in casu quo aliquis Socius, ad hujusmodi officium assignatus et deputatus, onus sibi injunctum recusaverit, vel beneficium ecclesiasticum, vel aliquam capellaniam, stipendium vel annuitatem, quorum valor annuus excedat quadraginta solidos de claro, ad Collegium, ex tunc cesset in ejus persona supradicta annuitas per nos sicut præmittitur ordinata; et ad eandem aliquis ornatus scientia, probis moribus, et ad studendum in theologia verisimiliter aptus, juxta Præsidentis et aliorum ut præmittitur discretionem, infra quindecim dies deputetur. Præ-

terea, volumus et ordinamus quod præfatis Præsidens et Socii, et eorum successores, diem obitus prænominatum nostrum, dum ab hac luce subtracti fuerimus, annuatim, quarto die mensis Novembris, observent cum solennibus exequiis, [et] missa de defunctis in crastino, cum diacono et subdiacono, in eadem capella, principaliter pro animabus nostris et aliorum supranominatorum ac omnium fidelium defunctorum. In quo quidem die, præfati Præsidens et Socii, ad gaudia et solatia eorum celebranda, ultra communias suas, annuatim expendant tredecim solidos et quatuor denarios. Etiam, inter Præsidentem et Socios qui præsentes in dictis exequiis et missa fuerint, vel si absentes fuerint in negotiis Collegii, distribuantur viginti sex solidi et octo denarii, per æquales portiones; ita, tamen, quod Præsidens in illa distributione recipiet duplum, et non ultra, respectu portionis cujuslibet Sociorum prædictorum. Insuper, volumus quod nostra ordinatio et dispositio inscribatur in fine libri statutorum, et præsertim in libraria, ubi singuli Socii communem et liberum habere poterint accessum ad legendam eandem quoties voluerint. Ita, tamen, quod, semel in anno, quilibet eorundem Sociorum legat aut saltem audiat eandem nostram compositionem. Item volumus, ordinamus et disponimus, quod per præfatos Præsidentem et Socios, et eorum successores imperpetuum, distribuantur annuatim septem denarii pauperibus indigentibus, vel saltem scholaribus pauperibus de Collegio prædicto, in qualibet vigilia Domini vel in die, videlicet, Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes et Trinitatis, cum septem denariis in vigilia vel in die Corporis Christi, et alii septem denarii in vigilia vel in die Omnium Sanctorum. Consimili modo etiam distribuantur annuatim pro perpetuo quinque denarii in qualibet vigilia vel in die gloriosæ Virginis Mariæ, videlicet, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis. Volumus, etiam, quod dicti Præsidens et Socii, in die obitus supradictorum, ut præmittitur, duobus vel tribus indigentibus scholaribus de comitatu Lancastriæ, in vel juxta parochiam de Prestona in Acmundernes oriundis, sin autem aliis proximioribus, sex solidos, per æquales portiones, annuatim distribuere tenebuntur. Et præfatus Præsidens et singuli Socii jam in prædicto Collegio existentes, ac omnes imposterum assumendi, in sua admissione, jurabunt quod hanc nostram ordinationem, quantum ad eos pertinebit, in hac forma supradicta observabunt et facient pro posse suo imperpetuum. In quorum omnium et singulorum testimonium, uni parti hujus scriptit ripartiti indentati, penes Præpositum et Socios Collegii Reginæ in Oxonia remanenti, sigillum officii Cancellariatus, cum sigillis dictorum Jacobi, Willielmi et Roberti, est appensum. Alteri vero parti hujus scripti tripartiti indentati, penes Magistrum sive seniorem Socium Collegii Magistri Willielmi Dunelmensis, sive Magnæ Aulæ Universitatis in Oxonia,

vulgariter *the Universite College* nuncupatæ, sigillum dicti Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ est appensum. Tertiæ vero parti hujus scripti tripartiti indentati, penes Præsidentem et Socios antedictos remanenti, sigilla dictorum Jacobi, Willielmi et Roberti, sunt appensa. Datum in Universitate Oxoniæ, vicesimo quarto die mensis Julii, anno Domini millesimo quadringentesimo octagesimo septimo.

[*Decree respecting canvassing for the Proctorship.*]

Anno Domini millesimo CCCC^mo^ LXXXVIII°, XII° die Julii, ordinatum et decretum est per Præsidentem Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ, Vice-Præsidentem, Decanos, Bursarios, et sex alios seniores tunc existentes, auctoritate et vigore cujusdam statuti, visi, intellecti et lecti, superiusque in hoc libro inserti, et intitulati sub titulo et rubrica "Quomodo pacificari debent dissensiones in Collegio memorato" ubi sic inter cætera cavetur, quod si aliqua discordiæ, iræ, rixæ sive dissensionis, materia (quod absit!) in dicto Collegio suborta sit qualitercunque, inter quoscunque scholares, Socios, aut alios degentes in Collegio memorato, nisi sic dissentientes infra unius diei spatium inter se concordent, extunc celerius, cautius et melius, quo fieri poterit, per Vice-Præsidentem, Decanos, Bursarios, et alios per quos melius videbitur expedire, infra triduum sedetur et pacificetur hujusmodi dissensio omnimodo. Si vero ipsi ad eam sopiendam absque Præsidente non sufficiant, tunc Præsidens, assumpto sibi Vice-Præsidente, Decanis et Bursariis prædictis, et aliis Sociis ipsius Collegii, per quos hujusmodi dissensionum materia verisimiliter sedari poterit, partes prædictas sic discordantes summarie et de plano examinet; sic quod tunc discordiæ, iræ seu dissensioni, et jurgio hujusmodi, favore, partialitate, ira, odio ac invidia, quibuscunque cessantibus, intra sex dies dierum trium prædictorum immediate sequentes, imponatur et fiat, absque contradictione. Et quicquid ipse Præsidens, cum Vice-Præsidente, Decanis et Bursariis prædictis, in præmissis duxerit eligendum, ordinandum, per partes hujusmodi discordantes firmiter observetur, et executioni absque contradictione qualibet demandetur, etc. Auctoritate etiam quarundem literarum domini Fundatoris, quarum tenor sequitur sub hac forma: "Right intierly welbeloued, we grete yoow welle. Itt ys cum too oure knowlege and oure displesoure that there ys growyng a dyvysion and discorde wythyn oure College, wanetownely and vndiscretly, for the electyons of the Proctors in the Universite. In case bee that there bee any persone of our College vndyr your rule that wyll bee sedycyus, wylfull, and nott conformable to the avyse and the gyding of you and the more party of the Maysters of our seyde College, it ys to be presumyed and of grete liklyhood that suche a person is

not apte nor disposide *ad communiendum*, butt that suche wol be trobelous and ful unprofitable for my seyde College, gevyng grette impedimente to virtu and cunnyng. Wherefor, hosoeuyr yee and the more party of the forseyde Maystyrs fynde crymynous and obstinate, takyng wylfully away contrarye too the more party, wee commande yoow that thanne yee discharge suche person or personys from all maner intereste that they haue in oure College forseyde. Cryst haue yoou in hys gydying. Wretten in oure manere of Suthe Waltnum, the xii day ooff Aprylle." His visis, lectis et intellectis, ordinatum et decretum est quod nullus de cætero Socius vel Scholaris dicti Collegii, per se vel per alium, pro officio Procuratoris prece vel pretio instabit, laboresque per se vel pro alio faciet, dissentientibus ad hoc Præsidente, et in ejus absentia Vice-Præsidente, et majore parte Magistrorum ejusdem Collegii. Quod si fortasse quisquam contrarium fecerit, et ad monitionem Præsidentis, et in ejus absentia Vice-Præsidentis, non desistat, tunc, ut unitatis et pacis perturbator, et statutorum Collegii violator, et ut perjurus, perpetuo exclusus et amotus discernitur ipso facto. Acta sunt hæc in magna aula ejusdem Collegii, die et anno suprascriptis: præsentibus ibidem et consentientibus venerabilibus viris Magistro Ricardo Mayew, tunc Præsidente, Magistro Ricardo Barne, Vice-Præsidente, Magistro Georgio Epeworthe, Decano Theologiæ, et Magistris Roberto Radclyffe et Ricardo Godyngden, Decanis facultatis artium, Magistris Willielmo Hewster, Joanne Wythers, Bursariis, et septem aliis senioribus, videlicet, Magistris Joanne Roper, Joanne Greve, Joanne Hussy, Joanne Grove, Thoma Fox, Antonio Fysher et Joanne Hayforde.

Compositio facta vicesimo die Januarii, anno regni Regis Henrici Septimi quarto, pro reverendo in Christo patre ac domino domino Ricardo Fox, Exoniensi Episcopo, de communi consensu Præsidentis et scholarium Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ, in Universitate Oxoniæ.

Cum reverendus in Christo pater ac dominus, dominus Ricardus Fox, Dei gratia Episcopus Exoniensis, cupiens transitoria in æterna felici comercio commutare, ob magnæ devotionis fervorem, et affectionem insuper specialem, quos ad honorem Dei, clerique ac cultus divini augmentum, noscitur obtinere, nobis, Ricardo Mayew, Præsidenti, et scholaribus Collegii Sanctæ Mariæ Magdalenæ Oxoniæ, et nostris successoribus imperpetuum, mediis suis ac instantissimis precibus, a Christianissimo principe ac serenissimo Rege nostro domino Henrico Septimo, pro terris et redditibus ad manum mortuam applicandis et appropriandis, dum tamen centum librarum summam annue non excedant, specialem licentiam obtinuerit, et, cum suis juribus et pertinentiis universis, a

supradicto domino Rege nobis et Collegio nostro liberaliter concedi fecerit, sicut vir qui post aurum non abiit nec speravit in thesauris pecuniæ, malens animæ suæ saluti prospicere quam lucris temporalibus inhiare, infrascriptis obsequiorum spiritualium suffragiis libentius contentatus; nos, igitur, Præsidens et scholares antedicti, piam considerationem ac meram liberalitatem dicti reverendi patris, et ipsius affectionis fervorem quem ad nos et nostrum Collegium habere dinoscitur, debite advertentes, communi nostro decreto ordinamus, et unanimi consensu omnium decrevimus, ut pro salubri statu prædicti patris domini Ricardi Fox, quamdiu egerit in humanis, per unum capellanum dicti Collegii nostri, qualibet die, in missa sua specialis habeatur memoria inter vivos, cum oratione "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum," secretoque et postcommunione pertinentibus ad eandem. Quodque Præsidens et Scholares dicti Collegii, qui pro tempore fuerint, cum idem reverendus pater, Deo volente, subtractus fuerit ab hac luce, statim cum primo sciverint mortem suam, faciant in dicta capella sua solennes exequias et missam in crastino cum devotione debita solenniter celebrari. Et extunc, singulis annis, eodem die, aut aliquo alio die conveniente, fiet obitus solennis pro ipso, sicut pro aliis præcipuis benefactoribus Collegii, forma prænotata: quibus exequiis et missæ Præsidens et Scholares, capellani et clerici, omnes et singuli, dicti Collegii tunc in Universitate præsentes et valentes, in virtute juramenti eorum dicto Collegio præstiti, personaliter interesse debent ac etiam teneantur, etc. Item, quod nomen dicti reverendi patris inseratur in tabula in singulis altaribus ordinata pro benefactoribus Collegii, etc.

Decreta sequentia et subscripta edita sunt anno Domini millesimo CCCC *nonagesimo quinto, et anno regni Regis Henrici Septimi undecimo, mensis Januarii die* XI, *auctoritate Magistri Ricardi Mayew, tunc Præsidentis, et mutuo consensu omnium seniorum ibidem præsentium; quorum nomina postea scribuntur per notarium publicum.*

Sequitur primo pro officio Vice-Præsidentis, de incremento et augmento annuæ pensionis ejusdem.

Item, quia felicis memoriæ Magister Ricardus Baronys, Vice-Præsidens quondam, per longa et diuturna tempora in Collegio Beatæ Mariæ Magdalenæ memoratus, certas terras de bonis sibi collatis per eum perquisitas in parochia de Hedyngton juxta Oxoniam supradicto Collegio liberaliter concesserit et donaverit, ea lege et conditione ut pensio annua sive salarium dicti officii Vice-Præsidentis augetur et augmentaretur imperpetuum. Quia

Digitized by Google

etiam provisum est pro dicto Collegio, post obitum et decessum domini Fundatoris, de novis terris et tenementis pro oneribus necessariis supportandis.

Ordinatum est, et auctoritate Præsidentis et seniorum dicti Collegii decretum, quod quilibet Vice-Præsidens pro tempore existens in futurum, propter multiplices et continuas occupationes circa regimen Sociorum et scholarium, capellanorum et clericorum, dicto suo officio incumbentes, et maxime in absentia Præsidentis, qui sæpenumero propter diversa dicti Collegii negotia abesse oportebit, præter et ultra viginti sex solidos et octo denarios, eidem officio ex statuto concessos, alios viginti sex solidos et octo denarios de bonis Collegii memorati, per manus Bursariorum pro tempore existentium, fideliter annuatim percipiat.

Sequitur de annua distributione quadraginta solidorum in anniversario domini Fundatoris.

Item, pro felici et secura continuatione distributionis annuæ quadraginta solidorum in anniversario domini Fundatoris distribui solitorum, provisum est ac auctoritate Præsidentis et seniorum dicti Collegii decretum, quod Præsidens et quilibet Socius sacerdos, præsens in exequiis et missa dicti anniversarii, vel absens in negotiis Collegii, pro anima dicti domini Fundatoris missam eodem die devote celebrans, cessante impedimento legitimo, juxta cujusvis eorum conscientiam, et quilibet alius Socius non sacerdos nocturnum integrum Psalterii Davitici, per se vel cum Socio, dicto die anniversarii, vel infra mensem ante vel post, cessante impedimento legitimo, juxta cujusvis eorum conscientiam, supradictæ distributionis annuæ secundum ratam dictæ summæ particeps existet. Sin aliter secus. Proviso semper, quod Præsidens de prædicta summa duplum ad quemlibet Socium percipere debet imperpetuum.

Ego, Joannes Wardroper, clericus Wigorniensis diœcesis, publicus auctoritate Apostolica notarius, dum et quando præscripta duo decreta proxime præcedentia per venerabilem virum Magistrum Ricardum Mayew tunc Præsidentem, et per omnes Socios seniores et alios dicti Collegii tunc præsentes, quorum nomina subscribuntur, videlicet Joannes Veysy, legum Doctor, Ricardus Codyngton, Joannes Roper, Rogerus Cervington, in theologia Baccalaurei, Joannes Grove, Joannes Greve, Antonius Fysher, Ricardus Gosemore, Willielmus Lathbury, Willielmus Finnymor, Willielmus Cowper, Joannes Lynley, Robertus Thay, Ricardus Sydnor, et Georgius Lassy, in artibus Magistri, edita, ac unanimi consensu pariter et assensu eorundem, ordinata fuerunt, sub anno Domini millesimo cccc nonagesimo quinto, indictione* Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providentia* sexti

* Sic.

anno quarto, mensis Januarii die XI, in domo scaccarii ejusdem Collegii, una cum prænominatis Magistris, et in ea parte testibus, præsens personaliter interfui, suprascriptaque duo decreta per præfatum Magistrum Ricardum Mayew, tunc ibidem publice recitata et perlecta, de consensu et assensu eorundem Magistri Præsidentis et Magistrorum processisse, ipsa quoque præfatis loco et tempore unanimi consensu eorum edita et ordinata fuisse et esse, vidi, audivi et intellexi. Ac ea mea propria manu hic scripsi, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum, rogatus et requisitus.

[*Decree of Thomas Langton, Bishop of Winchester, respecting the constitution of a majority, in an election of a Probationary Scholar*, 1496.]

Thomas, permissione divina Wintoniensis Episcopus, dilectis nobis in Christo filiis, Præsidenti et Scholaribus Collegii nostri Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ, salutem, gratiam et benedictionem. Nobis ex parte vestra fuit intimatum, quod in electione scholarium ad unius anni probationem, in dicto nostro Collegio, vicesimo septimo die mensis Julii ultime præteriti celebrata, convenientibus Præsidente ejusdem nostri Collegii et Sociis viginti octo in numero, ac scrutinium facientibus, quorum Sociorum quindecim unum, Præsidens vero binas voces et suffragia habens in omni electione scholarium, vigore eorundem statutorum, et duodecim Socii alium, alius vero solus, et unus unum, nominarunt et elegerunt; cujus quidem electionis forma apud vos propter varias eligentium opiniones in dubium vertitur, propterea quod in ea concurrunt viginti novem personæ, triginta voces et suffragia, connumeratis binis vocibus Præsidentis, habentes. An in unum major pars eligentium consensit? Cum inter alia dicti Collegii nostri ordinationes et statuta contineatur, quoties inter Præsidentem et Socios, aut scholares, vel aliquas alias personas nostri Collegii supradicti, dubium aliquod seu discors opinio de et supra statutis eisdem oriatur, ad nos hujusmodi dubii interpretatio ratione statutorum eorundem pertinet; nos igitur, hujusmodi dubio ac opinionum varietati finem imponere cupientes, electionem hujusmodi sic per vos factam, in qua non concurrunt consensus majoris partis eligentium, irritam, nullam declaramus et decernimus per præsentes. Mandantes, insuper, quatenus, auctoritate nostra ac vigore ordinationum et statutorum Collegii nostri prædicti, pro novo scrutinio faciendo et hujusmodi electionis negotio perficiendo, conveniant Præsidens et duodecim simpliciter seniores, facturi in dicto negotio juxta omnem vim, formam et effectum, aliorum statutorum in ea parte

editorum. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus apponi fecimus. Datum in manerio nostro de Merwels, secundo die mensis Octobris, anno Domini millesimo cccc° nonagesimo sexto, et nostræ translationis anno quarto.

[*Decree of Richard Fox, Bishop of Winchester, respecting elections of Ingledew's Chaplains*, 1506.]

Ricardus, permissione divina Wyntoniensis Episcopus, dilectis nobis in Christo filiis Præsidenti et scholaribus Collegii nostri Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ salutem, gratiam et benedictionem. Cum inter alia dicti nostri Collegii ordinationes et statuta, atque de mente et ultima voluntate domini Fundatoris ejusdem nostri Collegii, contineatur quod quotiescunque inter Præsidentem et Socios aut scholares, vel aliquas alias personas Collegii nostri supradicti, aliquod dubium ambiguitasve, hæsitatio seu discors opinio, de et supra ordinationibus et statutis dicti nostri Collegii, usuve aut intellectu eorundem, ortum fuerit aut emerserit, extunc hujusmodi dubii, ambiguitatis, hæsitationis, opinionum varietatis, dilucidatio, interpretatio et finalis declaratio, ad Episcopum Wyntoniensem quemcunque, pro tempore existente, et ad nos Ricardum Episcopum Wyntoniensem modernum, tanquam patronum ac ordinarium et interpretem, pertinere debuerint et debent. Et quia ex parte vestra, inter alia dubia, nos pluries consulendo de et supra electione capellanorum domini Thomæ Ingeldewe; videlicet si Socius dicti Collegii, post completum annum probationis, ad capellaniam dicti domini Thomæ Ingeldewe vacantem aliquando eligendus et assumendus, debeat eligi modo ac forma quibus alii in Socios dicti Collegii eliguntur, et admitti ad annum probationis in perpetuum Socium, nobis fuit intimatum et significatum: nos Ricardus Episcopus Wyntoniensis modernus, hujusmodi ambiguitatem et veram opinionem tollere volentes, viso per nos et diligenter attento et considerato tenore statutorum et compositionis de electione et admissione hujusmodi capellanorum domini Thomæ Ingeldewe, non videmus posse, absque dictorum et aliorum statutorum ac compositionis offensione, dici quin eligendus ad hujusmodi capellaniam, sive Socius antea fuerit sive non, debeat semper ad eandem per Præsidentem et Socios, juxta formam electionis aliorum Sociorum in eodem Collegio, eligi et assumi. Cum in compositione domini Ingeldew cavetur, ad capellaniam de Ingeldew eligendos fore juxta conscientias eorum, videlicet Præsidentis et perpetuorum Sociorum, ad quos fieri debet relatio, nec debere ad dictam capellaniam receptos, sive Socii prius fuerunt sive non, in perpetuos Socios dicti Collegii sed annum probationis eligi et assumi. Cum in alio statuto Fundatoris

dicitur, scilicet, capellanos in primo anno eorum electionis et probationis Socios non perpetuos haberi volumus. Et quia in dicto statuto non cavetur nec distinguitur an sint Socii an extranei eligendi et ad annum probationis admittendi ad dictam capellaniam, nec nos distinguere debemus. Igitur, perpensis et consideratis verbis statutorum et compositionis antedictæ, interpretando dilucidamus et declaramus tales eligendos ad capellaniam dicti domini Thomæ Ingeldew, sive fuerunt dicti Collegii Socii sive extranei, semper debere per Præsidentem aut Vice-Præsidentem et Socios, juxta formam electionis aliorum Sociorum in eodem Collegio, et non in perpetuos Socios sed ad annum probationis, eligi et assumi. Quas quidem dilucidationem, interpretationem, declarationem et detractionem nostras, ut præmissa statuta et compositionis verba scrupulo careant quocunque, ac ne quis in futurum de eis dubitare se prætendere valeat, vobis omnibus et singulis, et vestris in dicto nostro Collegio successoribus quibuscunque, significamus et intimamus per præsentes, monemusque vos et vestrum quemlibet, in virtute sanctæ obedientiæ, et in vim juramentorum vestrorum in vestris admissionibus, juxta et secundum vim, formam et affectum, statutorum prædictorum, ut præfatis dilucidationi, interpretationi, declarationi et deliberationi, nostris in omnibus pareatis ac obediatis, vestrumque singuli pareant et obediant cum effectu. Datum, sub sigillo nostro, die mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo sexto, et nostræ translationis anno sexto.

[*Decree for the commemoration of Richard Mayew, Bishop of Hereford*, 1509.]

In Dei nomine, Amen. Auctoritate et decreto venerabilis et discreti viri Magistri Joannis Claymond, Præsidentis Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ, vulgariter nuncupati *Sancte Mary Magdalyn College*, in Universitate Oxoniæ, et consensu tredecim seniorum dicti Collegii, ordinatum et decretum est, quod quicunque, sive Præsidens sive alius, ex ordinatione statuti celebraturus missam de Requiem, singulis annis, in obitu terminali de quarterio Sancti Joannis, pro domino Fundatore et benefactoribus ipsius Collegii, commemorationem faciet in suo memento pro anima bonæ memoriæ domini Ricardi Mayew, Herefordensis Episcopi, quondam Præsidentis dicti Collegii, et pro animabus parentum et benefactorum suorum, ac eorum quorum extiterat debitor dum vixerat in humanis; et in exequiis mortuorum beatorum tunc pridie celebrandis, et in missa, specialiter orabit pro supradictis animabus; cum hac collecta, "Deus, indulgentiarum Domine, da," etc. cum secreto et postcommunione, durante termino et spatio centum annorum. Recipietque celebrans dictus animas commemorans, ut præfertur, annuatim, ipso

Digitized by Google

die, de summa decem librarum, per dictum dominum infrascripto Collegio liberaliter donatarum, per manus Bursariorum, pro labore et obsequio, duodecim denarios. Et supradicti Præsidens et Socii caritatis intuitu concesserunt, quantum in eis est, propter beneficia ipsis et Collegio collata per dictum reverendum patrem, prænominatas animas participes fieri de singulis missis et orationibus in ipso Collegio in futurum dicendis, cum aliis operibus caritatis imperpetuum. In cujus rei testimonium, sigillum suum commune dicti Præsidens et Socii præsentibus apposuere. Datum in magna aula Collegii supradicti, vicesimo sexto die Julii, anno Domini millesimo quingentesimo nono.

[*Decree of Bishop Fox, respecting elections for counties*, 1519.]

Ricardus, permissione divina Wyntoniensis Episcopus, dilectis nobis in Christo filiis Præsidenti et Scholaribus Collegii nostri Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ, salutem, gratiam et benedictionem. Cum, inter alia dicti nostri Collegio ordinationes et statuta, atque de mente et ultima voluntate domini Fundatoris ejusdem nostri Collegii, contineatur, quod, quotiescunque inter Præsidentem et Socios aut scholares, vel aliquas alias personas Collegii nostri supradicti, aliquod dubium, ambiguitasve, hæsitatio seu discors opinio, de et supra ordinationibus et statutis dicti nostri Collegii, usuve aut intellectu eorundem, ortum fuerit aut emerserit, extunc hujusmodi dubii, ambiguitatis, hæsitationis, opinionis, veritatis dilucidatio, interpretatio et finalis declaratio, ad Episcopum Wyntoniensem quemcunque, pro tempore existentem, ed ad nos Ricardum, Episcopum Wyntoniensem modernum, tanquam patronum et ordinarium ac interpretem, pertinere debuerint et debent. Cumque ex parte vestra nobis jamdudum intimatum et significatum est quandam controversiam et statuti dubitationem inter vos ortas fuisse, de et supra electione unius personæ pro comitatu Essex, tunc numero suo vacante, in vestra electione XXVII Julii ultime præteriti celebrata. In qua quidem electione (ut asseritur) major pars eligentium, pro eo quod de dicto comitatu Essex nulla reperiebatur persona idonea, nominavit pro dicto comitatu Essex quendam scholasticum non graduatum de alieno comitatu; cui nominationi cæteri ejusdem Collegii Socii contradixerunt, eo quod scholasticus ille, per majorem partem eligentium, sicut prædictum est, nominatus, non erat graduatus, et sic persona ineligibilis, cum plures tunc fuerunt in Universitate graduati, apti et idonei, in ipsis etiam partibus oriundi in quibus vigent possessiones temporales vel spirituales ejusdem Collegii, quos ipsi opinantur præferendos esse non graduatis; altera vero parte contrarium affirmante. Nos, igitur, Ricardus, Wyntoniensis Episcopus modernus, huic controversiæ obviare, dubitationemque hujusmodi penitus delere cupientes, viso

per nos et perlecto diligenterque considerato statuto de electione scholarium ad unius anni probationem, et eorum admissione in veros Socios, percipimus in eodem statuto quandam insertam esse sententiam sive clausulam, quæ nobis ambiguitatis hujusmodi et totius vestræ controversiæ causa fuerit; cujus quidem sententiæ sive clausulæ tenor sequitur et est talis; "Quod si ad suppletionem numeri sic deficientis, de dictis diœcesi et comitatu, modo et ordine superius per nos limitatis, personæ non reperiantur idoneæ, tunc volumus quod, ad suppletionem ejusdem, eligantur et assumantur personæ magis aptæ de aliis comitatibus, dummodo in eisdem vigent possessiones temporales vel spirituales nostri Collegii." Quam quidem sententiam volumus et declaramus intelligendam esse de personis duntaxat graduatis artium, videlicet, Baccalaureis vel Magistris; sic quod, si ad suppletionem numeri sic deficientis de diœcesi et comitatu, modo et ordine per statutum limitatis, personæ Baccalaurei vel in artibus Magistri non reperiantur, tunc volumus quod ad suppletionem ejusdem eligantur et assumantur personæ vel Baccalaurei vel in artibus Magistri boni, casti, modesti et ad studium magis apti, de aliis comitatibus, dummodo in eisdem vigent possessiones temporales vel spirituales nostri Collegii. Alioquin clausula ita quæ in illo statuto sequitur, et quæ sic incipit, "Quod si de dictis diœcesibus et comitatibus, temporibus electionum" etc. bene perspecta et indagata, hæc clausula sive particula quam modo declaravimus nihil operetur, nullumque effectum haberet, sed esset omnino superfluum et ineficax, quod esset absurdum. Nec præsumendum est quod Fundator in statutis suis quicquam vanum aut superfluum vel quod nullam operationem haberet inserere intendebat. Quam ob rem, uti præmissæ in statuto sententiæ ambiguitate et scopulo careant quocunque, ac ne quis in futurum de eis dubitare se prætendere valeat, vobis omnibus et singulis, et vestris in dicto nostro Collegio successoribus quibuscunque, hanc nostram dilucidationem, interpretationem et declarationem, significamus et intimamus per præsentes, monemusque quod vos et vestrum quemlibet, in virtute sanctæ obedientiæ ac in vim juramentorum vestrorum in vestris admissionibus, juxta et secundum vim, formam et affectum, statutorum prædictorum, ut præfatis dilucidationi, interpretationi, declarationi et determinationi, nostris in omnibus obediatis et pareatis, vestrumque singuli pareant et obediant cum effectu. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus apponi fecimus. Datum in manerio nostro de Merwels, XIII die mensis Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono, et nostræ Translationis decimo octavo.

Digitized by Google

Compositio Magistri Guldford.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem. Sciatis me, Edvardum Archiepiscopum Eboracensem, executorem testamenti Ricardi Guldford, filii et heredis Edvardi Guldforde, gardiani quinque principalium portuum Angliæ, dedisse et deliberasse Magistro Thomæ Knolles, Præsidenti Collegii Magdalenensis in Universitate Oxoniæ et scholaribus ejusdem Collegii, ex bonis præfati Ricardi Guldforde, ducentum libras bonæ et legalis monetæ Angliæ. Quam summam, sic per me eis datam et deliberatam, ipsi Præsidens et scholares, ex assensu et supervisu meis, applicuerunt et exposuerunt in emptione et perquisitione certarum terrarum et redditum in Swaby, cum pertinentibus ibidem, quæ nuper fuerunt Magistri Villers in comitatu Lincolniensi, de vero annuo valore decem librarum sterlingorum. Quas quidem terras et redditus cum suis pertinentibus, ego præfatus Edvardus Archiepiscopus pacifice dedi eis et successoribus suis imperpetuum, ad effectum quod ipsi et successores sui certa onera, juxta meam ordinationem et dispositionem inferius limitandam, faciant et observent, in hunc qui sequitur modum. Imprimis, volo, ordino et statuo, quod quatuor Socii vel in anno probationis Magistri presbyteri, si commode fieri poterit, studentes in prædicto Collegio Divæ Mariæ Magdalenæ imperpetuum, eligantur, nominentur, ac vocentur *Guldeford's Scholers*, qui celebrent pro anima præfati Ricardi Guldeforde. Quorum tribus dentur singulis annuatim quinquaginta tres solidi et quatuor denarii; quarto vero novissime electo etiam annuatim quadraginta solidi; per manus bursariorum, ad quatuor anni terminos consuetos. Et si, ex tribus, quorum singuli annuatim recipiunt quinquaqinta tres solidos et quatuor denarios, unum locum contigerit qualicunque ratione vacare, volo ut quartus prius electus succedat in locum decedentis, si modo presbyter fuerit. Quoniam vero contigere poterit ut quatuor sacerdotes theologi, qui hanc exhibitionem recipere possint, in Collegio non habeantur, tunc volumus ut, in loca eorum qui numero desint, surrogentur alii sacerdotes non theologi, si in Collegio inveniri queant; quibus dentur annue singulis quadraginta solidi, vel secundum ratam temporis, si ante exactum annum haberi possint sacerdotes theologi. Porro, si nec tales inveniantur sacerdotes, tunc dividatur quælibet portio vacans inter duos ex pauperibus Sociis non sacerdotibus, vel inter scholares pauperes ex his qui vulgariter appellantur *Demyes;* quorum singulis dentur viginti solidi. Summa vero quæ superstat, si quidem unus tantum locus vacet sacerdotis theologi, detur illi sacerdoti theologo qui primus e tribus sacerdotibus theologis electus est; ea lege ut is suppleat concionandi vices pro sacerdote loci vacantis. Sin duo loca vacent, tunc æqualiter dividatur inter duos sacerdotes theologos

eadem qua dictum est lege, ut pro sacerdotibus locorum vacantium concionentur singuli quater in anno, juxta hujus ordinationis tenorem, præter et ultra vices suas. Et si tria loca vacent, sitque tantum unus sacerdos theologus, illi tota superextans summa detur; modo velit trium theologorum in se onus suscipere pro duodecim concionibus, præter et ultra vices suas. Is vero si nolit hoc onus sustinere, tunc ex pecunia loci vacantis vel locorum vacantium conducantur qui et possint et velint, juxta tenorem hujus statuti, concionari; ita ut præferantur aliis theologi Collegii Magdalenensis, si qui velint hoc onus suscipere. Sacerdotes non theologos ad eas preces volumus præstito juramento obligari, ad quas tenentur alii sacerdotes theologi; nihil aliud ab his exigentes nisi quod ad probatæ vitæ conversationem pertinet. Scholares vero, qui hujus exhibitionis participes erunt, singulis diebus dum audiunt sacrum, volumus vesperas defunctorum dicere cum antiphonis, et cum collecta "Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui Ricardi," et cum collecta generali "Fidelium" "Requiescant in pace." Proviso omnino, quod, si redditus prædictarum terrarum decreverit, quod juxta decrementi ratam proportionabiliter quolibet anno diminuatur de stipendiis prædictis, quousque denuo increscat et ad plenum augeatur fundationis summa. Tunc enim volumus ut ea summa, nempe decem librarum, distribuatur eo modo quo supra est ordinatum; videlicet ut, ex tribus scholaribus, singuli annue accipiant quinquaginta et tres solidos et quatuor denarios; quartus vero, id est novissimo loco electus, tantum accipiat solidos quadraginta. Volo etiam ut, quamprimum aliquis locus vacaverit, novus ilico scholaris a Præsidente, si domi sit, sin is absit, a Vice-Præsidente, utroque absente a Decano theologiæ, quod si et ille domi non sit, a simpliciter seniore, nominetur; ita ut nullus locus vacet ultra triduum. Hoc vero privilegii damus Præsidenti, ut, si is absens ante expletum triduum domum sit rediturus, reditus illius expectetur, illique nominatio integra servetur. In hanc partem etiam providemus, ut si nos, donec hac luce fruemur, aliquem vel aliquos nominaverimus pro loco proxime vacaturo, illi omnibus præferantur eliganturque modo prædicto. In hoc conscientias eorum, quibus auctoritatem et potestatem dedimus nominandi præfatos quatuor scholares, oneramus, ut non eligant aut nominent nisi qui suo judicio, ex his de quibus optio erit, ad faciendum fructum in vinea Dei magis erunt idonei. Quod si ultra triduum, negligentia eorum, quibus potestas facta est nominandi, ullus locus e quatuor vacaverit, tunc ordinamus et volumus ut ad illum locum vacantem, quoties hoc continget, Præsidens Collegii Corporis Christi, et qui nunc est et qui perpetuis futuris temporibus erit, potestatem ac auctoritatem habeat, juxta hujus ordinationis ac statuti vim et effectum, idoneum vel idoneos eligendi ac nominandi, modo qui sint de numero Sociorum aut scholarium Collegii Magdalenensis; quos sic nominatos volu-

mus commodo hujus exhibitionis perinde frui et gaudere ac si a Præsidente Collegii Magdalenensis nominati fuissent. Volumus etiam ut, mortuus vel honesta causa discedens a Collegio, salario suo gaudeat secundum temporis ratam, computando a proximo præcedente termino solutionis. Ne vero quid oriatur ambiguum, declaramus primam solutionem, juxta hanc fundationem, in festo Michaelis, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo primo, incepisse. Quod si, ex his quatuor, aliquis ob scelus aut sceleris notam exclusus fuerit a Collegio, volumus ut quicquid illi debetur, juxta ratam, aliquot ex pauperibus scholaribus, ex his qui vocantur *Demyes*, distribuatur per Præsidentem, aut eo absente, per proximum ex nominatoribus qui domi fuerit in proximo futuro termino solutionis intra triduum. Volumus quoque eos quibus ea portio distribuetur hanc pietatem defuncto retribuere, ut eorum singuli, in proxima missa quam audierint, psalmum "De profundis" cum versiculis et collecta "Deus, cui proprium," expresso nomine defuncti, annuatim Deo commendent. Illud vero cavemus, ne ad ullum horum salariorum admittantur, aut alicujus eorum participes sint, in theologia vel alterutra philosophia lectores, nec Magistrorum Ingledewe, Preston, Borowe, aut ulterius cujuslibet certæ exhibitionis, in eo Collegio fundatæ vel fundandæ, scholares. Volumus etiam ut singuli ex quatuor scholaribus sacerdotibus Guldefordi, quoties celebrant (exceptis festis principalibus, et aliis festis diebus in quibus continget eorum aliquem fungi munere et vice executoris ad summum altare) nominatim Deo commendent animam Ricardi Gulfordi, et in collecta "Deus, cui proprium," etc., dicant "propitiare animæ famuli tui Ricardi," et eodem modo in secretis et postcommunione. Item, volo et ordino ut, eo missæ loco quo agitur memoria defunctorum, commendent animam Ricardi Guldefordi, cum hac oratione, "Obsecro immensam misericordiam tuam, misericordissime Deus, ut acceptabile sit hoc sacrificium corporis et sanguinis Filii tui pro anima Ricardi Guldefordi, quam tibi specialiter commendo; ut quicquid per fragilitatem humanæ conversationis peccati admiserit, tu venia misericordissimæ pietatis abstergas." His vero diebus in quibus non celebrant, dicant genibus flexis psalmum "De profundis" cum collecta prædicta, facta nominis mentione. Oneramus etiam conscientias eorum ut unus e quatuor, singulis septimanis, et singuli suis vicibus, hoc est quarta quisque septimana, dicant semel exequias defunctorum pro nostro et aliis Collegii benefactoribus, cum tribus lectionibus et collecta ut supra, et cum Laudibus; addita collecta generali "Fidelium," etc., pro animabus omnium fidelium defunctorum, præter et ultra eas, quas ex statuto tenentur dicere pro Fundatore; ita ut inchoetur cursus ab eo qui ex quatuor primum electus est; deinde succedant alii suo ordine, prout electi. Quinquies vero in anno, hoc est semel in singulis terminis anni, et quarto etiam Octobris,

quo die e vivis excessit, volumus ut singuli exequias dicant, cum novem lectionibus, etc., ut supra. Postridie vero ejusdem quarti Octobris etiam singuli missam celebrent pro anima Ricardi Guldefordi exhibitoris sui, cum missa de defunctis; nisi impediatur ex his quisquam rationabili causa, tunc enim volumus sic impeditum alio die, quamprimum id commode facere possit, pro anima exhibitoris sui eo quo præfertur modo celebrare. Statuimus etiam et ordinamus ut singuli quater in anno, hoc est singulis terminis anni, cessante causa infirmitatis propriæ et prohibitione ordinaria, concionentur ad populum; loca vero ubi concionaturi sunt non præscribimus, nisi ut pro arbitratu suo ea eligere possint in quibus frugem ac animarum lucrum futuros se sperent. Ita ut, quoties concionentur populo, nominatim commendent animam Ricardi Guldefordi. Præterea, si imposterum continget Socium Collegii Magdalenensis esse aliquem de familia Guldefordorum, si idoneus sit, neque quicquam aliud in his statutis et ordinationibus obstet, volumus illum aliis scholaribus dicti Collegii præferri pro portione vacante, præsertim qui nomen et familiæ sortiatur. Præterea, volumus quod Præsidens et Socii Collegii Magdalenensis, et Præsidentes ac Socii quicunque futuri ac imposterum in Collegium assumendi, in sua admissione, jurent quod hanc compositionem et ordinationem, quantum ad eos pertinebit, in forma supradicta observabunt, et facient pro posse suo imperpetuum observari. Ob quam causam, volumus ut hæc compositio et ordinatio legatur coram nominatoribus superius assignatis et scholaribus stipendiariis, qui pro tempore fuerint, singulis annis, in quarto die mensis Octobris. Volumus etiam quod quilibet admittendus ad portionem, tempore suæ admissionis, juret coram nominatoribus, qui tunc in Collegio erunt, vel saltem duobus ex illis, quod hanc ordinationem, quantum ad ipsum pertinebit, bene et fideliter observabit. Hoc etiam declaramus, quod quatuor stipendariis electis, ac nominatis vulgariter *Guldeford's Scholers*, volumus portiones suas, quamdiu illius Collegii Socii sunt, observentque has nostras ordinationes, singulis esse perpetuas: neque tamen hoc extendi volumus ad eos qui ad tempus hujus exhibitionis participes erunt, videlicet, qui loca tantum supplent vacantia, donec idonei, juxta hujus ordinationis vim effectumque, habebuntur. Porro, excludi neminem ex his quatuor volumus ab hac exhibitione, modo idoneus sit, et hanc ordinationem servet, nisi qui culpa sua, secundum statutorum decreta, a Collegio etiam exclusus fuerit. In quorum omnium et singulorum testimonium, uni parti hujus scripti tripartiti indentati, penes Præsidentem et Socios præfati Collegii Magdalenensis remansuræ, ego Edvardus, Archiepiscopus Eboracensis, sigillum meum apposui; et duabus partibus, quarum una apud me præfatum Archiepiscopum et altera apud Præsidentem et Socios Collegii Corporis Christi remanebit, præfati Præsidens et Socii Collegii Magdalenensis suum commune sigillum apposuerunt.

Digitized by Google

Compositio Doctoris Hygdon [1532].

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum indentatum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Sciatis me Joannem Hygdon, sacræ theologiæ Professorem, nuper Præsidentem Collegii Beatæ Mariæ Magdalenensis in Oxonia, in honorem Dei ac Virginis gloriosæ, omnium Sanctorum, ac sacrosanctæ matris Ecclesiæ exaltationem, et augmentationem cleri in Universitate Oxoniæ, necnon ad salutem animæ meæ, dedisse et manibus meis proprii deliberasse Thomæ Knolles, Præsidenti Collegii prædicti, et Scholaribus ejusdem, ex bonis a Deo mihi collatis, centum et octoginta libras bonæ et legalis monetæ Anglicanæ. Quam vero summam, sic per me eis datam et deliberatam, ipsi Præsidens et Scholares, ex assensu et supervisu meis, applicuerunt et exposuerunt in emptionem et perquisitionem certarum terrarum et reddituum in Horsyngton, in cómitatu Lincolniensi, de vero annuo valore octo librarum sterlingorum, una cum advocatione ecclesiæ de Horsington prædicta. Quas quidem terras et redditus ego, prædictus Joannes, dedi pacifice eis et successoribus suis imperpetuum; ad effectum quod, ipsi et successores sui certa onera, juxta meam ordinationem et dispositionem inferius limitanda, faciant et observent, in hunc qui sequitur modum. Imprimis volo quod, ubi ego prædictus Joannes, dum in vivis agebam, nominavi et admisi in exhibitionem meam octo scholares de prædicto Collegio Magdalenensi, de quibus quatuor erant Socii et in anno probationis scholares pauperiores et ad proficiendum habiliores, et alii quatuor scholares vocati *Demyes*, sic quoque volo quod, perpetuis futuris temporibus, assignentur et deputentur secundum hanc meam ordinationem. Ita quod quatuor illi Socii vel in anno probationis scholares sint presbyteri, si tales commode haberi poterint. Quorum omnium et singulorum nominationem et electionem pro perpetuo sic volo fieri; videlicet, quod, infra tres dies immediate sequentes post vacationem locorum prædictorum vel alicujus eorundem, ante undecimam horam ante meridiem tertiæ diei, deputentur et assignentur per Præsidentem, vel in ejus absentia, per Vice-Præsidentem, tres Decanos et tres Bursarios, vel per Præsidentem, et in ejus absentia Vice-Præsidentem, et majorem partem eorundem tunc in Universitate præsentium, octo scholares pauperiores et ad proficiendum habiliores, ut supra. Quod si prædicti electores non assignaverint prædictos octo Socios et scholares, et quemlibet eorundem, ante horam undecimam ante meridiem tertiæ diei, tunc volo quod illi qui non tunc fuerint assignati vel assignatus deputentur vel deputetur per Præsidentem, et in ejus absentia per Vice-Præsidentem et duos prædictorum, ante horam tertiam post meridiem prædictæ tertiæ diei. Et si forte contigerit quod non assig-

nentur hoc modo, tunc volo quod per majorem partem Decanorum et Bursariorum tunc præsentium deputentur et assignentur prædicti Socii et scholares, usque ad numerum octonarium completum, etiam Præsidente dissentiente, vel in ejus absentia Vice-Præsidente dissentiente. Et si non assignentur prædicti octo ante horam quintam illius diei, tunc volo quod solus Præsidens, vel in ejus absentia Vice-Præsidens, assignet et deputet quotquot desunt de prædicto numero octonario complendi. Quibus sic assignatis, volo quod, singulis anni terminis, destribuantur, ultimo die termini, vel infra octo dies sequentes, cuilibet Socio vel scholari in anno probationis sic assignato quinque solidi, et cuilibet scholari vocato *Demye* quinque solidi. Proviso omnino, quod, si redditus prædictarum terrarum decreverint, quod tamen proportionabiliter quolibet anno diminuatur de stipendiis prædictis usque ad incrementum et completionem summæ octo librarum. Et si contingat aliquem illorum discedere a Collegio, vel dimittere exhibitionem prædictam, vel expelli, ante finem alicujus termini, tunc volo quod nihil recipiat pro illo termino; sed volo quod illa portio distribuatur inter pauperes scholares, vocatos *Demyes*, juxta discretionem et arbitrium prædicti Præsidentis et unius Decani: nisi forte aliquis illorum moriatur; tunc volo quod recipiat tantum de portione secundum ratam temporis qui vixit, et residuum distribuatur modo prædicto. Et in loco cujusque deficientis de prædicto numero octonario, volo quod, infra tres dies proximi termini, deputentur vel deputetur modo et forma superius expressis, usque ad completionem numeri octonarii. Insuper, volo quod nullus Socius vel scholaris in anno probationis deputetur vel assignetur ad prædictam exhibitionem, qui habet hæreditatem aut exhibitionem ultra annuum valorem triginta trium solidorum quatuor denariorum; et quod nullus scholasticus vocatus *Demye* assignetur, qui habet hæreditatem aut exhibitionem ultra viginti solidos. Præterea, volo quod, durante mea vita, omnes prædicti octo eligantur et assignentur et removeantur per me; et, post meam mortem, volo quod prædicti scholares assignentur, ut superius expressum est, ac etiam removeantur, per prædictos electores, suis moribus exigentibus, quoties opus fuerit. Proviso, quod, si aliquis scholasticus vel aliqui scholastici vocati *Demyes* fuerint electus vel electi in prædicto Collegio in annum probationis, tunc volo quod habeat vel habeant prædictam exhibitionem usque ad festum Michaelis proxime sequens, et tunc, in proxima electione post festum Michaelis, assignetur vel assignentur alter scholasticus vel alii scholastici vocati *Demyes* ad exhibitionem, secundum formam superius expressam. Qui quidem Socii et scholastici sic assignati dicent singulis diebus, durante vita mea, ante meridiem, psalmum "Levavi oculos meos" cum "Gloria Patri" "Kirieleyson, Christeeleyson," "Pater noster," "Ave Maria" cum "Et ne nos inducas" et cum "Ostende nobis, Do-

Digitized by Google

mine, misericordiam tuam," "Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te;" "Mitte, Domine, auxilium de sancto, et de Sion tuere eum; esto ei turris fortitudinis a facie inimici; nihil proficiat inimicus in eo; et filius iniquitatis non apponat nocere ei; Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat." "Oremus." "Prætende, Domine, famulo tuo dexteram cœlestis auxilii, ut te toto corde perquirat, et quæ digne postulet assequatur. Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo, et dirige eum secundum clementiam tuam, ut, te donante, tibi placita cupiat, et tota virtute proficiat, per Christum Dominum nostrum, Amen." Et, post meridiem, Psalmum "De profundis," "Clamavi," "Et ne nos inducas," etc., "Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur ut animam famuli tui Gulielmi, et animam famulæ tuæ Isabellæ, et animas famulorum famularumque," etc., "Fidelium Deus, omnium conditor," etc., "per Christum Dominum nostrum." "Animæ famuli tui Joannis, Gulielmi, Isabellæ, parentum dicti Joannis, et animæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace." Ita quod, post mortem meam, præmittatur ante "Inclina," pro anima mea, illa oratio, "Deus, cui soli competit." Dicant etiam singulis mensibus, et quilibet eorum dicat, per se vel cum alio ejusdem exhibitionis, modo feriali, exequias, cum "Placebo" et "Dirige," et commendationibus, vel eodem die vel crastino. Et ulterius, volo quod præfatus Præsidens et singuli Socii, jam in Collegio existentes et imposterum assumendi, in sua admissione, jurabunt quod hanc compositionem et ordinationem meam prædictam, quantum ad eos pertinebit, in forma supradicta observabunt, et facient pro posse suo imperpetuum observari. Et volo quod hæc mea ordinatio et compositio legatur, singulis temporibus electionum Sociorum et scholarium prius assignatorum, coram prædictis electoribus. Et volo quod quilibet electus et admissus ad exhibitionem prædictam jurabit, in admissione sua, coram prædictis electoribus vel majore parte eorundem, quod hanc meam ordinationem prædictam, quantum ad ipsum pertinebit, bene et fideliter observabit. In quorum omnium et singulorum testimonium, uni parti hujus scripti indentati, penes Præsidentem et scholares Collegii Corporis Christi remanenti, nos Præsidens et scholares Collegii Magdalenensis supradicti sigillum nostrum commune apposuimus; alteri vero parti, penes nos remanenti, prædictus Joannes sigillum suum apposuit. Datum Oxoniæ, ultimo die Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo secundo.

Compositio Magistri Roberti Morwente.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos hoc præsens scriptum indentatum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. No-

veritis me Robertum Morwente, nuper Socium Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ, ad honorem Dei, gloriosæque Beatæ Mariæ Virginis, ac sacrosanctæ matris Ecclesiæ sustentationem, concessisse, dedisse, ac manibus meis deliberasse, Magistro Thomæ Knolles, Præsidenti Collegii prædicti, et scholaribus ejusdem Collegii, octoginta libras bonæ et legalis monetæ Angliæ, ad terras et redditus emendos et acquirendos, pro perpetua exhibitione et sustentatione pauperum studentium in dicto Collegio. Cum qua quidem pecunia, præfati Præsidens et scholares emerunt et perquisiverunt sibi et successoribus suis terras et redditus in parochia de Staulake in comitatu Oxoniæ, ad verum annuum valorem quatuor librarum ultra omnes reprisas, habendos et tenendos sibi et successoribus suis imperpetuum. Quos quidem redditus quatuor librarum per annum præfati Præsidens et scholares pronuntient et per præsentes obligant se ac successores suos mihi præfato Roberto quod ipsi et successores sui, singulis annis imperpetuum, colligent, exponent et solvent, vel solvi facient per manus Bursariorum, secundum ordinationes hic inferius subscriptas. Imprimis, ego prædictus Robertus Morwente volo et constituo quod sint quatuor pauperes scholastici, vocati *Demyes*, vel scholares in anno probationis, qui sint de bonis moribus, et sana et incorrupta fide, nec ullorum hæreticorum venenis imbuti vel suspecti, qui et scientia et virtute proficiunt; quorum quilibet recipiet, in fine cujuslibet termini usualis, vel infra octo dies immediate post aliquem terminum, per manus Bursariorum, quinque solidos bonæ monetæ Anglicanæ, etc., de termino in terminum, et de anno in annum imperpetuum. Insuper, volo et ordino quod hi quatuor eligantur et nominentur per Præsidentem, vel eo absente per Vice-Præsidentem, duos Decanos et duos Bursarios, vel per majorem partem eorundem in Universitate tunc præsentium; et hoc intra sex dies, quoties aliquis vel aliqui de numero quatuor prædictorum vacaverint vel vacaverit; quousque ille numerus quaternarius sit completus. Et si major pars eligentium tunc in Universitate, in electione alicujus vel aliquorum deficientium, non concordaverint ante horam duodecimam in ipsa sexta die, tunc ille vel illi pro electo vel electis habeatur vel habeantur, quem vel quos solus Præsidens, vel eo absente Vice-Præsidens, elegerit vel nominaverit. Et volo quod Præsidens, vel eo absente Vice-Præsidens, electores in Universitate præsentes convocet bis ante ipsum sextum diem, si opus fuerit. Et si Præsidens, vel eo absente Vice-Præsidens, non eligit et nominat quotquot desunt de numero prædicto quaternario ante horam sextam pomeridianam in ipso sexto die, tunc pro electo et electis habeatur et habeantur quem vel quos Socius simpliciter senior, in Universitate præsens, elegerit et nominaverit. Præterea, volo quod nullus Socius vel scholaris in anno probationis eligatur aut nominetur ad hanc exhibitionem, qui habet hæreditatem, feodum, pensionem, præbendam, liberamve

capellaniam, aut aliud quodvis, quo possit expendere quadraginta solidos annuatim. Et volo quod nullus scholaris vocatus *Demye* eligatur aut nominetur ad hanc exhibitionem, qui potest aliquo modo prædicto vel aliter expendere ultra viginti solidos. Et si Socius vel scholaris in anno probationis ad hanc exhibitionem electus sit, eandem habeat quousque potest expendere aliquo modo prædicto vel alias quadraginta solidos. Et si scholaris electus sit, maneat in eadem exhibitione quousque potest expendere, aliquo modo prædicto vel alias, viginti sex solidos et quatuor denarios; modo scientia et moribus proficiunt et de nulla pravitate hæretica sunt suspecti. Et in casu quod omnes Socii et scholares in anno probationis possunt expendere quadraginta solidos, et omnes scholares viginti solidos, tunc volo quod eligantur et nominentur aptiores et magis agentes; modo habeant conditiones supradictas, et mores alicujus eorum et doctrina non repugnent statutis Collegii; tunc enim volo quod statim amoveatur ab hac exhibitione per majorem partem eligentium prædictorum, vel, majore parte dissentiente, per Præsidentem, vel eo absente per Vice-Præsidentem. Et si contingat aliquem vel aliquos istorum quatuor sponte vel invito, propter sua demerita, vel aliquo alio modo præterquam per mortem, recedere a Collegio, vel ab hac exhibitione amoveri, vel relinquere, ante finem alicujus termini, tunc pro illo termino nihil recipiet, sed distribuatur vel incarceratis in castro Oxonii vel quibusdam pauperioribus *Dymyei*, secundum discretionem Præsidentis, vel eo absente Vice-Præsidentis, et unius Decani. Ulterius, volo quod, si redditus dictarum terrarum (quod absit!) diminuatur, casu aut prosecutione legis regni, non negligentia, fraude vel dolo, Præsidentis et Sociorum, tunc proportionabiliter decrescat exhibitio, quousque recrescant redditus. Et ut hæc faciant absque negligentia, propter relevamen pauperum studentium et sustentationem fidei, ut autem has meas ordinationes in electionibus et solutionibus inviolabiliter observent et ab aliis observari faciant, eorum conscientias coram Altissimo oneramus. Ulterius etiam, volo quod singuli imposterum assumendi, in sua admissione in perpetuum Socium Collegii Magdalenensis, jurabunt quod hanc meam compositionem, quantum ad eos pertinebit, sub forma prædicta observabunt, et facient, quatenus in eis erit, imperpetuum observari. Et volo quod hæc mea ordinatio et compositio legatur coram electoribus prædictis quoties electiones celebrabunt; et etiam in admissione Sociorum prædictorum. Dicant etiam singuli ad hanc exhibitionem electi et assumpti quotidie, quamdiu vixero, hunc Psalmum, "In te, Domine, speravi," ut habeatur in completorio cum "Kyrieeleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson," "Pater Noster," "Ave Maria," "Et ne nos inducas," "Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam," etc., "Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te; mitte ei, Domine, auxilium de sancto, et de Syon tuere eum.

Nihil proficiat inimicus in eo, et filius iniquitatis non opponat nocere ei. Domine exaudi orationem meam," etc. "Oremus:" "Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo, et dirige eum secundum tuam clementiam, ut, te donante, tibi placita cupiat et tota virtute proficiat, per Christum Dominum nostrum. Amen." Addendo in fine "Jesu, fili David, miserere famuli tui Roberti," et post mortem meam, dicant singuli singulis diebus, vel ad minus quater in septimana, Psalmum, "De profundis clamavi," cum "Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson," et cæteras orationes solitas; cum collecta, "Inclina" pro animabus Willielmi et Katherinæ parentum meorum, et cum oratione pro anima mea "Deus, cui soli competit medicinam præstare post mortem." Et, cum dicant exequias Fundatoris, dicant pro anima mea illam collectam, "Deus, cui soli competit."

Compositio Johannis Claymondi, Johannis Higdeni et Roberti Morewenti, pro dividendo tres libras, primo die Lunæ in Quadragesima.

Cum in rebus humanis nullum majus, nullum firmius, quam veræ amicitiæ vinculum quo vivi obligati fuerimus, ego videlicet Joannes Claymondus, Joannes Higden, et Robertus Morwente, quod ne casus abrumperet ullus aut dissolveret tandem mors, decrevimus vivi aliquod relinquere monumentum, quod in omne permaneat ævum in veri et sinceri amoris testimonium. Dedimus igitur et nostris tradidimus manibus Magistro Thomæ Knolles, Præsidenti Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ, sexaginta libras pecuniæ Anglicanæ, sinceræ et non adulteratæ, ad emendas terras ad annuum trium librarum Anglicanarum valorem, deductis omnibus externis solutionibus universisque oneribus. Emeruntque ipsi in Stanlaco, in comitatu Oxoniæ, manerium, cum pratis, pascuis, aliisque pertinentibus, de domino Morley; pro quorum solutione nostras acceperunt sexaginta libras, ut partiunculam pro tribus libris annuis emendis. Concesseruntque nobis, his suis scriptis suoque sigillo obsignatis, quod singulis annis imperpetuum, ex redditibus dicti manerii cum pertinentibus, infra triduum aut ad summum quatriduum post primam Quadragesimæ Dominicam, pro nobis tribus celebrabunt exequias et missam, more quo solent pro aliis benefactoribus; distribuentque præsentibus Collegiique negotiis duntaxat absentibus hoc modo, Præsidenti sexdecim denarios, unicuique Socio octo denarios, unicuique in anno probationis sex denarios; distribuentque unicuique sacellano sex denarios, unicuique octo clericorum quatuor denarios, unicuique triginta scholarium vocatorum *Dymyes* quatuor denarios, unicuique se-

decim choristarum duos denarios. Permittimus tamen ut, si, eo tempore quo fierent exequiæ et missæ, ita sæviat Oxoniæ pestis ut maxima aut certe magna pars numeri absit a Collegio, congregentur tamen in uno loco, ibique celebrent exequias cum missa quam proxime diei supradicti poterunt ac si Collegio adessent; præsentesque singuli portionem accipiant (ut prænotatum est) habeantque ex portionibus absentium duodecim denarios, ad satisfaciendum ecclesiis ubi celebrent pro cera et vino, et pro campanarum pulsatione, si tantum solverint; præterea, æditiuo Collegii (Sacristam vocant) singulis exequiis viginti denarios, pro cera, potu et tintinnabulorum pulsatione. Ita, ut de his, singulis annis, computum faciat ad usum et emolumentum Collegii. Volumus, præterea, ut singulis annis, tempore congruo et cum necessitas maxime exigat, mancipium aliusve Collegii famulus, Collegii impensis, ad incarceratos Oxoniæ castello emat et inducat stramen ad valorem quatuor solidorum; videlicet in quolibet anno duas bigatas, si eo pretio emi possint. Et quod relictum fuerit ex tribus libris, distributione et cæteris ut supra dispensatis et fideliter solutis, expendantur ad restaurandos et reficiendos, quoties opus fuerit, illos quatuor lectos in domo eleemosynaria vocata *Claymond's bedds*, quos ille ipse emit, voluitque ex pecuniis relictis imperpetuum resarciri ad pauperum solamen. Et quod relictum fuerit, lectis illis reparatis, vel si lecti illi resartione non indigeant, tunc totum residuum ex illis tribus libris distribuatur inter pauperes, maxime inter eos qui intus cubant exireque non possunt, vel incarceratos, vel cæcos, vel debiles et impotentes. Volumus, insuper, quod Vice-Præses, si exequiis et missæ adfuerit, vel, eo absente, Socius maxime senior præsens ad illas, supputet cum Bursariis, intra triduum post earum celebrationem, de numero in eis præsentium et de summa portionum, jure et fideliter, secundum ordinationem præsentium solvenda: et totum quod relictum fuerit recipiat a Bursariis, et disponat et distribuat ad locorum reparationem, vel inter pauperes, vel ad utrumque, intra septimanam si commode potest: habeatque pro suo labore, ut juste ac sincere faciat, duodecim denarios, ultra portionem superius limitatam. Et ut bene et fideliter dispenset et destribuat, in visceribus Jesu Christi obsecramus, et eorum conscientias coram Altissimo oneramus. Volumus, insuper, ut hæc compositio legatur publice in aula, singulis annis, in Septimana Sancta ante Pascha, eodem die quo leguntur statuta. Præterea, ut hæc compositio et ordinatio firma sit et perpetua, nunquam antiquanda, prædictus Præsidens et scholares volunt et concedunt, pro se et successoribus suis, quod si non celebraverint singulis annis exequias et missam, et non distribuerint tres libras, secundum tenorem præsentium, quod tunc, quoties id contigerit, solvent Præsidenti et scholaribus Collegii Corporis Christi in Universitate Oxoniæ, qui pro tempore fuerint, viginti solidos; et, pro non solutione eorundem, volunt et

concedunt per præsentes quod bene licebit præfatis Præsidenti et scholaribus Collegii Corporis Christi, vel eorum attornatis, in manerium suum de Stanlake in comitatu Oxoniæ intrare et distringere, et districtiones sic captas abducere et penes se retinere, quousque illi viginti solidi sint illis soluti et plenarie satisfacti. In cujus rei testimonium, uni parti hujus compositionis indentatæ, remanenti apud Præsidentem et scholares Collegii Corporis Christi, præfati Præsidens et scholares Collegii prædicti Beatæ Mariæ Magdalenensis sigillum suum commune apposuerunt; alteri vero parti, remanenti apud Præsidentem et scholares dicti Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ, Præsidens et scholares Collegii Corporis Christi sigillum suum commune apposuerunt.

Compositio Claymundi [1532].

Ego Joannes Claymondus, in Collegio Magdalenensi a teneris, aiunt, unguiculis educatus, ac postea in eodem Præses, et meam ipsius, dum eram ætatis minoris, ac plurimorum in eodem Collegio perpendens paupertatem et inopiam, qua non pauci bonæ indolis et non parvæ expectationis coacti sunt, relictis omnino bonis literis, ab Academia aufugere, non citra eorum incommodum maximum; cupiensque pro mea facultate eam diminuere aliquantulum inopiam; dedi Magistro Thomæ Knolles, prædicti Collegii Præsidenti, ac scholaribus, et eorum successoribus ejusdem, tenementum meum in Hedyngton in comitatu Oxoniæ, vocatum Hilles, cum una virgata terræ et quarterio, cum omnibus pertinentibus, pratis, pascuis meis, communis, præterquam unum boscum vocatum Hasill Grove; item unum toftum vocatum Welles Close, cum dimidia virgatæ terræ; quæ prædicta emi de Joanne de Slepyngton, clerico. Dedi etiam dicto Thomæ Knolles, Præsidenti dicti Collegii, et scholaribus ejusdem, messuagium sive toftum vocatum Boners, quod adjacet prædicto tenemento, cum medietate unius virgatæ terræ cum suis pertinentibus quod emi de Willielmo Boner de Londino. Dedi insuper præfato Thomæ Knolles, Præsidenti dicti Collegii, et scholaribus ejusdem, unam acram cum dimidia prati et unam dimidiam acram pasturæ, jacentem in campis et pratis de Golder, in parochia de Pixton, in comitatu Oxoniensi, cum communis et omnibus suis pertinentibus; quæ emi de Thoma Clemente de Copcote in comitatu prædicto. Dedi, præterea, dicto Thomæ Knolles, Præsidenti dicti Collegii, et scholaribus ejusdem, omnia illa terras, tenementa mea, prata, pascua, pasturas, communes, redditus, reversiones et servitia, jacentia et existentia in villis et campis de Berwick, Roke, Bensyngton, Newson, et Ewelme, seu alibi infra comitatum Oxoniæ, cum omnibus suis pertinentibus; quæ omnia prædicta emi de Ricardo Peg de Rotherfeld Gray, in comitatu Oxoniæ. Præterea, dedi prædicto Præsidenti et scho-

laribus tenementum clausum, necnon octo acras terræ arabilis, cum omnibus suis pertinentibus, situata et jacentia in villa et campis de Warborowgh in comitatu Oxoniæ, quæ emi de Joanne Berwicke, alias nuncupato Joanne Grove de Warboroughe prædicto. Dedi etiam prædictis tertiam partem unius messuagii, cum viginti septem acris terræ cum suis pertinentibus, situata, jacentia, et existentia in villa et campis de Berwick et Roke, quæ emi de Willielmo Spyndeler de Berwick husbandman, in comitatu Oxoniæ. Dedi etiam dicto Thomæ Knolles, Præsidenti dicti Collegii, et scholaribus ejusdem, totum illud tenementum meum, cum sex acris et dimidiam acram terræ, cum communis et omnibus pertinentibus, situata et jacentia in villa et campis de Somborne Regis in comitatu Sowthampton; quæ quidem prædicta emi de Thoma Smythe de Litle Somborne, in comitatu prædicto. Dedi, insuper, præfato Thomæ Knolles, Præsidenti dicti Collegii, et scholaribus ejusdem, totum illud messuagium meum juxta pontem in parochia de Stockbrygge, in comitatu Sowthampton, ac omnia terras, prata, pascua, pasturas, communas, redditus, reversiones et servitia, cum suis pertinentibus, jacentia et existentia in villis et campis de Stockbrygge et Long Stoke, in comitatu prædicto; quod quidem messuagium et cætera prædicta nuper emi de Joanne Smythe de Somborn et Johanna uxore ejus, una filia et hærede Walteri Sole, de Roberto Purnell et Editha Colman, vidua, ut plenius patet per cartas inde confectas. Concedo et hoc meo scripto confirmo antedicto Præsidenti et scholaribus dicti Collegii unum pratum vocatum Purtoken, et aliud pratum vocatum Chapelweke, continens per æstimationem viginti unam acras et dimidiam, ut ex sorte acciderit, ac pasturam et boscum vocatum Chappellweke Mershe, cum omnibus suis pertinentibus, in parochia de Asshebury, in comitatu Berk; quorum omnium reversionem antea dedi, ut patet per meam cartam inde confectam Joanni Higdon, Præsidenti dicti Collegii et scholaribus ejusdem Collegii Magdalenensis; quæ quidem omnia ego Joannes Claymondus una cum Ricardo Pygot acquisivimus de Willielmo Weks, et Johanna uxore ejusdem. Nec illud omittendum, has terras in Asshbury majoris esse valoris quam jam dimittuntur. Illud annotavimus, ut in proxima locatione adnotetur emolumentum scholasticorum indigentium. Quæ quidem omnia tenementa, prata, pascua, pasturas, communas, cum suis pertinentibus, ad valorem octo librarum; et ita hoc anno dimittuntur, ut patet per rentale inde factum et huic compositioni annexum; volo, et sine revocatione penitus constituo, quod Præsidens et scholares jam existentes, et successores sui, habeant, teneant et possideant, bene et pacifice, sibi et successoribus suis imperpetuum, ad implendam et persolvendam quandam annuam exhibitionem, modo ut persequitur.

Imprimis, volo et statuo ut persolvant Bursarii, singulis anni quarteriis, celebranti aut celebrantibus missam de Requiem in Collegio, ad augmentationem stipendii, quinque solidos; ea con-

ditione, ut celebrans quotidie dicat in missa, pro anima mea et parentum meorum, Joannis et Aliciæ, et pro anima Joannis vitrici mei, collectam, "Inclina, Domine, aurem tuam," etc., cum duabus consequentibus, ordine suo; devoteque, in memoria pro defunctis, misericordiæ Dei prædictas quatuor commendent animas. Volo, insuper, ut singulis annis, circiter finem cujuslibet quarterii, intra decem dies ante vel post, persolvant quatuor Sociis ejusdem Collegii pauperioribus, et quos existimabunt in suis conscientiis magis indigere, cuilibet eorum quinque solidos, et tribus scholaribus magis indigentibus, vocatis vulgariter *Demyes*, cuilibet eorum quadraginta denarios pecuniæ Anglicanæ, in fine cujuslibet termini. Quorum præfectionem et paupertatis existimationem, post meum obitum, volo et ordino ad Præsidentem, Vice-Præsidentem, et theologiæ Decanum, aut ad majorem partem eorundem; aut eisdem tribus dissentientibus et singulis diversos nominantibus, neque intra duodecim unius diei horas concordantibus, tunc eo casu præficiatur exhibitioni ille quem solus Præsidens nominaverit. Nec prohibemus quin, si non inveniantur quatuor Socii indigentes, sed sufficienter aliis exhibitionibus sunt ad tempus sustentati, tunc scholastici vocati *Demyes* suppleant et perficiant loca Sociorum, æquis acceptis salaribus. Nec volumus quemquam e septem pauperioribus legitime electis et nominatis, quamdiu præficientium judiciis indigeat, nisi ob flagitium vel grave crimen, ut prædictorum eligentium vel saltem duorum eorundem indignus judicetur et approbetur, suo privari salario. Et quotiescunque contigerit aliquem e septem privari, ejusve locum alio modo vacare, tunc volumus ut, si prædicti eligentes alium non intra decem dies substituerint, ut portio salarii quæ daretur Socio aut scholari, pro temporis computatione, detur incarceratis Oxoniæ, aut cæcis, aut debilibus qui circumvagare non possunt, donec unum pluresve, si desint, eligantur et sufficiant. Quod si prædictæ terræ et tenementa cum pertinentibus in annuo valore decrescant, ita ut non perveniant anni redditus ad eam summam pro qua jam dimittuntur, tunc secundum æquam portionem fiat diminutio salarii vel salariorum, prout videbitur magis congruum prædictis eligentibus, aut majori parti eorundem, aut, eis discordantibus, soli Præsidenti. Rogamus, præterea, neque eos astringi volumus juramento, ut singuli e septem vocatis *Claymond's Scholers*, quando audiunt missam, et præcipue in diebus dum elevatur Corpus Christi, aut paulo post, ac etiam dum elevatur ejusdem sanguis, aut saltem ante eorum receptionem, dicant, "Domine Jesu Christe, qui redemisti animam Joannis Claymondi, suscipe eam ad æternam beatitudinem." Adjiciant etiam, si meminerint, his duobus collectis, "Omnipotens, sempiterne Deus," et, "Deus, qui inter Apostolicos," hanc tertiam, "Absolve, quæsumus, Domine, animam famuli tui Joannis Claymondi, et animas parentum, parochianorum ac benefactorum ejusdem, ac animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delic-

torum; ut in resurrectionis gloria inter Sanctos et electos tuos resuscitati respirent:" quam etiam collectam deprecamur ut, quoties dicant exequias pro Fundatore, adjungant collectæ "Deus qui inter Apostolicos" et collectæ "Deus cujus non est numerus," etc. Ac eodem modo dictam apponant collectam, quoties pro me exequias dicent; id quod ut faciant oro singulis quarteriis, intra tres dies ante vel post exequias terminabiles illius Collegii, quando eis commodius et opportunius ad deprecationem et devotionem videbitur tempus. Et quoniam dedi antea, ut patet per meam cartam inde confectam, cujus datum est penultimo die Julii, anno regni Regis Henrici Octavi nono, Magistro Joanni Higdono, Præsidenti Collegii Sanctæ Mariæ Magdalenæ, et scholaribus ejusdem, unum clausum sive toftum jacens in Astwicke in comitatu Northampton, et tres acras terræ et dimidiam eidem clauso sive tofto adjacentes, cum communis et aliis omnibus pertinentibus; et præterea reversionem unius tenementi in Evenley in prædicto comitatu, vocati Newstede alias Wallcrofts, et unum clausum eidem annexum, et undecim acras et unam rodam terræ eidem pertinentes; quæ omnia prædicta emi a Rogero Arden de Westbury, in comitatu Bucks; nunc declaro meum propositum quod est ut annuus redditus dictorum tenementorum et exterorum expendatur singulis annis in Dominica Ramis Palmarum inter Præsidentem, et Socios, et alios scholares inhabitantes; ita ut Præsidens si domi fuerit, duodecim habeat denarios pro sua portione. Dedi insuper antedicto Præsidenti et scholaribus decem libras, ad emendos decem solidorum annuos redditus; de quibus, ut vigilantius, firmius et inviolabilius, observetur hæc nostra compositio, Præsidens singulis annuis tres solidos et quatuor habeat denarios, Vicepræses et theologiæ Decanus totidem, inter se divisos. Tertia pars relicta, videlicet tres solidi et quatuor denarii, quicquid ex redditibus superfuerit, omnibus, ut præmittitur solutis, servetur in cista Claymondi, ad reparationes faciendas, cum necesse fuerit. Et, ut cognosci possit quantum relinquitur, volo ut præfatus Præsidens, Vice-Præsidens, et theologiæ Decanus, singulis annis ante finem computi Bursariorum, computent cum illis de summa redditum receptorum et solutorum; et quod reliquum erit servetur in cista ad usum prædictum. Insuper, volo ut hæc compositio mea legatur publice in aula, singulis annis, in Septimana Sancta ante Pascha, eodem die quo leguntur statuta Collegii. Has omnes prædictas terras præfato Præsidenti et scholaribus dedi, et hoc scripto meo sigillo meo signato confirmavi, ut habeant et gaudeant pacifice imperpetuum; lege ut observent hanc meam ordinationem, et distribuant et solvant earum redditus secundum usum prænotatum. Quod si neglexerint (quod absit!) et non observaverint hanc meam ordinationem, tunc volo et ordino per præsentes quod Præses Collegii Corporis Christi in Universitate Oxoniensi et scholares ejusdem, qui pro tempore fuerint, intrabunt in omnes prædictas terras, ut habeant et gau

deant sibi et successoribus suis imperpetuum, et solvant et distribuant earum redditus scholasticis studiosis indigentibus in hac Universitate studentibus. Et ut hæc sincere et fideliter distribuant aut distribui faciant, eorum conscientias coram Altissimo onerabo. In cujus rei testimonium, alteri parti hujus compositionis indentatæ Præsidens et scholares Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ suum apposuerunt commune sigillum; alteri vero parti Præsidens et scholares Collegii Corporis Christi sigillum suum commune apposuerunt. Datum Oxoniæ, ultimo die mensis Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo secundo.

Quod filii nobilium non aliter existent in Collegio, nisi prius habeant aliquos Sociorum vel stipendiariorum Collegii in tutores suos, per quos ad certum diem satisfiat Collegio [1547].

Cum felicis memoriæ Fundator noster, in statuto quodam inscripto, "De extraneis non introducendis ad onus Collegii," ad specialem quandam contemplationem nobilium et valentium personarum, sui Collegii amicorum, horum etiam filios, ultra numerum alioqui debitum et statutis suis præfinitum, recipi permiserit in Collegium suum, pro arbitrio Præsidentis, usque ad vicenarium numerum; sub hac tamen lege et conditione, ut ex suo Collegio habeant creditores tutores et fidejussores, qui cum bonis literis et probis moribus hos instruant, tantum etiam nomine istorum spondeant, ne quid detrimenti patiatur Collegium suum. Auctoritate venerabilis et discreti viri Owini Oglethorp, sacræ theologiæ Professoris, et Præsidentis, ac unanimi consensu tredecim seniorum, ægre ferentium dispendium passum per aliquot jam præterlapsos annos (cujus quidem dispendii alia ratio reddi non potuit quam quod, juxta statutorum exigentiam, non astringebantur aliqui Sociorum vel stipendiariorum Collegii pro expensis filiorum nobilium) statutum, decretum et ordinatum est, ne deinceps aliquis ex hoc vicenario numero admittatur in Collegium, aut in eodem existat, nisi prius habeat idoneum creditorem, vel Sociorum vel stipendiariorum quempiam Collegii nostri, qui sponderet se soluturos Collegio quicquid hujusmodi sui discipuli impendant. Quam quidem solutionem fieri decretum est intra unum mensem post diem Veneris proxime præcedentem festum Purificationis Divæ Mariæ, Philippi et Jacobi Apostolorum, Petri ad Vincula, et ad summum intra viginti dies post Veneris diem proxime præcedentem festum Sancti Martini Episcopi, sub pœna amotionis a Collegio horum nobilium filiorum in hac parte deliquentium; et harum impensarum nomine mulctæ exigendarum ab hujusmodi discipulorum tutoribus pro quarterio quocunque sic contra hanc constitutionem elapso.

Digitized by Google

Decretum pro felici continuatione Scholarium Magistri Thomæ Philips.

Et cum vir pius Thomas Philips, quondam Socius Collegii nostri, singulari quodam affectu ductus, huic Collegio, in subsidium quorundam Sociorum hic indigentium, terras quasdam nuper contulerit, quarum redditum imperpetuum distributum iri voluit juxta discretionem Præsidentis et officiariorum; nos Owinus Oglethorpe, Præsidens, et reliqui officiarii, tanta benigni viri clementia moti, tum insignem conatum ejus effectu spoliari non passi sumus, nec defunctum sua extrema voluntate fraudari, sed mandatum ejus ad effectum producere conantes, et pium factum, decretum firmandum judicantes; convocavimus seniores reliquos nostri Collegii (penes quos omnis decreti auctoritas est), quorum omnium assensu et consensu id actum, decretum et ordinatum est, ut redditus dictarum terrarum convertatur in usum et commodum sex Sociorum deinceps assignandorum (quamprimum aliquis horum locus quocunque modo vacaverit, aut ad summum intra sex dies) pro arbitrio solius Præsidentis pro tempore existentis, si domi sit. Cui etiam absenti hoc privilegii tributum est, ut si ante triduum reversus sit, reditus ejus tantisper et non diutius expectetur, illius nominatio integra servetur. Sin vero is abfuerit, nec infra triduum redierit, tunc decretum est ut, ante tres alios dies proxime sequentes, officiarii domi existentes, vel saltem major pars eorundem in Universitate præsentium, aliquem Sociorum maxime pauperum in hujusmodi locum vacantem sufficiant. Quibus etiam ex æquo dissidentibus, eam partem prædictorum officiariorum prælatum iri decretum est in qua simpliciter gradu senior extiterit. Scholares vero hoc modo designati singulis annis recipient viginti solidos; videlicet pro singulis integris anni quarteriis, per quæ hoc salario gavisi sunt, quinque. Nihilominus perspectum est his solis, qui ex honesta causa recedunt a Collegio ante finem alicujus quarterii completi; nimirum, ut secundum ratam temporis quo manserint Socii Collegii accipiant sui salarii justam ac proportionalem partem; reliqua vero pars annumeranda relinquitur alteri substituendo Socio. In aliis autem casibus et conditionibus quibuscunque, auctoritate prædicta cautum est ut, qui noviter suffectus est in hunc scholarium numerum, ad anni usitata quarteria, aut intra octo dies, integrum et non diminutum suum percipiat salarium, licet eodem per integram anni quarteriam non gavisus fuerit. Acta sunt hæc in æde divæ Magdalenæ sacra, nono Decembris, anno Domini 1547; in præsentia et ex edicto venerabilis viri Magistri Owini Oglethorpe, Præsidentis, Magistri Joannis Vicaris, Vice-Præsidentis, Magistri Thomæ Caponhurst, Decani theologiæ, Magistrorum Jacobi Bonde et Henrici Bull, Decanorum ad facultates, Magistrorum Simonis Parret, Gulielmi Standisshe et Joannis Redman, Bursariorum, et aliorum sex seniorum, videlicet Gulielmi Reding, Ricardi Lillye, Thomæ

Gardiner, Ricardi Slithurst, Gulielmi Webbe, et Thomæ Bickley, in artibus Magistrorum.

Et ego præfatus Gulielmus Standisshe, Magister artium, Lincolniensis diœcesis, publicus auctoritate regia notarius, quia superioribus decretis edendis et constituendis omnibus et singulis præmissis, dum . . . . . anno Domini, mense et loco . . . . . cum . . . . . præsens perso . . . . . sic fieri et . . . . . vidi et audivi eorundemque . . . . . fui, ideo hoc præsens . . . . . instrumentum manu mea scripsi [et in] hanc publicam formam redegi, ac signo . . . . . consuetis signavi, in fidem ac testimonium præmissorum.

[*Decree of Bishop White, respecting the election as President of a person not in holy orders*, 1558.]

Dilectis in Christo Vice-Præsidenti et Scholaribus Collegii nostri Beatæ Mariæ Magdalenæ in Oxonia. Dilecti nobis in Domino filii, salutem, gratiam et benedictionem. Bene facitis in rebus . . . . . ad nos potius (penes quos interpretatio statutorum vestrorum est) confugientes quam privatis dissidiis domi indulgentes. Vos enim quieta appellatione ad nos referre: id est nos dictationes et dubitationes vestras auctoritate et æquitate dirigere debemus. Sane quæstio illa, super cujus explicatione judicium sententiamque nostram exquiritis, hujusmodi est: An persona nondum sacris initiata sit nominabilis in Præsidentem. Nam hujusmodi personam in nuperrimo isto delectu esse de facto a vobis nominatam, idque per majorem partem fatemini. Nos igitur, tam ex literis vestris quam ex internuntiis quibusdam, diligenter collocuti fuimus, illud quod est controversiæ istius caput jam penitus intelligentes. Statuta insuper et scita Collegii nostri, quæ bonæ memoriæ Willielmus Waynfletus, prædecessor noster, vobis conscripta et observanda tradidit, considerantes, in finienda controversia et explicanda quæstione hanc viam sequimur, ut nominationem de non sacerdote factam, magis quam nominatores ipsos, probemus. Nam illi dum in tanta digne eligendorum turba in unum aliquem consenserunt, qui non sit sacris initiatus, errasse, nominatus tamen ex illorum errore jus sibi acquisivisse, nobis videtur. Multa facta tenent quæ facienda non fuerunt, et accipiens interdum bene accipit quod donans male donavit; id quod ut appositione exempli clarius fiat. Cautum est statutis vestris ne rectorias ultra decennium ad firmam dimittatis: quas tamen si per errorem ad quadraginta annos dimiseritis, qui accipit bonæ fidei possessor, vos malæ fidei locatores eritis. Et in hoc casu judex opinor dimissionem probabit, dimittentes condemnabit. Item nuptias in tertio ac quarto gradu fieri leges prohibent, factas tamen judices tolerant et defendunt. Nos igitur in simili re similem

Digitized by Google

sententiam ferimus, et nominationem ipsam de non sacerdote jam factam (quoniam nullum verbum in statuto illo de modo dicendi missas, etc , aut alibi palam et expresse hujusmodi nominationi adversatur) approbamus, faciendam tamen non fuisse pronuntiamus. Ac ne de cætero talis nominatio non sacerdotis in Præsidentem fiat, decernimus mandamusque, quod reliquum est, quicunque erit electionis vestræ exitus, nos curabimus ut nemo a nobis in Præsidentem admittatur, aliasve privilegio statutorum admissus, Præsidentiæ jure diu gaudeat, qui non prius in sacerdotem sit ordinatus, aut saltem quam citissime licet fieri ordinandus. Nam hoc leges et consuetudines ecclesiasticas velle, hoc locatorem nostri Collegii illius voluisse, hoc pro honore nostro et utilitate vestra facere, constanter credimus. Has vero literas nostras in registra vestra referri, et in rei memoriam asservari mandamus. Valete. Datum in Castro nostro de Farnham, sexto die Augusti, anno Domini 1558, et translationis nostræ secundo.

Jo. Winton.

Compositio Simonis Perot, alias Parret [1579].

Omnibus Christi fidelibus, ad quos hoc præsens scriptum pervenerit, nos Laurentinus Humfrye, Præsidens Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ, et scholares ejusdem Collegii, salutem in Domino sempiternam. Cum Alicia Perot, vulgariter vocata Parret, nuper de parochia Sancti Petri in Oriente Oxoniæ, vidua, ac bonæ memoriæ matrona, ejusque testamenti unicus executor Simon Perot, alias Parret, generosus, nuper dicti Collegii Socius, propter affectionem in præfatum Collegium, inter se dederint, et manibus suis propriis tradiderint, partim Owino Oglethorpo, partim Thomæ Covenye, nuper Præsidenti dicti Collegii, et scholaribus ejusdem Collegii, centum viginti et quatuor libras bonæ et legalis monetæ Angliæ, ad emendas et perquirendas terras et redditus ad verum annuum valorem sex librarum ultra omnes reprisas, ut vocant ; habendas et tenendas præfatis Præsidenti et scholaribus Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ, et horum successoribus in perpetuum, ad effectus quosdam pios infrascriptos ; præcipue vero pro duabus perpetuis exhibitionibus in dicto Collegio fundandis, et aliis non minus piis quam necessariis sustentationibus pauperum scholarium studentium in dicto Collegio. Quam summam centum viginti et quatuor librarum dicti Præsidentes et scholares erogaverunt in emptionem terrarum de Roberto Radborne in Stanlake in comitatu Oxoniensi. Quos quidem redditus sex librarum per annum nos Laurentius Humfrye Præsidens et scholares dicti Collegii permittimus et per præsentes obligamus nos et successores nostros, ad specialem requisitionem præfati Simonis Perot, alias Parret, Præsidenti, Sociis et scho-

laribus Collegii Sanctæ et Individuæ Trinitatis in Universitate Oxoniæ et eorum successoribus, quod nos et successores nostri deinceps pro perpetuis futuris temporibus colligemus, exponemus et solvemus, vel solvi faciemus, per manus bursariorum dicti Collegii, in hunc qui sequitur modum. Imprimis, promittimus et per præsentes spondemus et obligamus nos et successores nostros quod, deinceps imperpetuum, erit unus Sociorum dicti Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ verbi minister, bonæ conversationis, qui recipiet in fine cujuslibet anni termini decem solidos de prædictis sex libris, videlicet in toto per annum, et sic de anno in annum, quadraginta solidos; et unus scholaris vocatus *Demie*, qui recipiet in fine cujuslibet anni termini quinque solidos de prædictis sex libris, videlicet in toto per annum, et sic de anno in annum, viginti solidos. Quorum electio erit penes Præsidentem dicti Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ pro tempore existentem, si domi fuerit, vel si infra mensem ad dictum Collegium redierit, post recessum, decessum, obitum, resignationem vel deprivationem, dicti Socii vel scholaris sic ad hanc exhibitionem admissi. Quod si Præsidens ultra mensem abfuerit a dicto Collegio, tunc penes Vicepræsidentem erit novum sufficere verbi ministrum vel scholarem in vacantis locum, juxta tenorem hujus compositionis. Proviso semper, quod, si fuerit aliquis Socius vel scholaris dicti Collegii de consanguinitate dicti Simonis Perot, alias Parret, et capax hujus exhibitionis, illi præferantur ad has exhibitiones, quotiescunque vacare contigerint. Tenebiturque quilibet admittendus ad hanc exhibitionem, eodem die, aut saltem inter tres dies immediate sequentes ejus admissionem, hanc compositionem legere. Tenebiturque prædictus verbi minister sic electus, per se aut per suum deputatum, publice concionari singulis annis imperpetuum in Collegio prædicto, die Sancti Marci, Evangelistæ. Quod si prædicta concio per negligentiam ministri prædicti fuerit omissa, tunc, quoties id contigerit, dictus minister mulctabitur pœna viginti solidorum de prædicto stipendio quadraginti solidorum. Insuper, nos præfati Præsidens et scholares obligamus nos et successores nostros ad celebrandam commemorationem singulis annis imperpetuum, die Lunæ proxime præcedente dictum festum Sancti Marci, et ad id distribuendum viginti solidos inter Præsidentem dicti Collegii et Socios ejusdem annuatim, qui interfuerint dictæ commemorationi solummodo: nisi forte Præsidens aut Sociorum aliquis ægrotaverit, vel abfuerit in negotiis Collegii, in quo casu nolumus eorum aliquem sua fraudari portione. Necnon ad solvendum choristis dicti Collegii, vel eorum locum tenentibus, quinque solidos et quatuor denarios, et præceptori eorum sexdecim denarios, singulis annis imperpetuum; quia Robertus Perot, alias Parret, pater dicti Simonis, fuit olim præceptor choristarum in dicto Collegio. Et ulterius permittimus quod, eodem die quo celebrabitur commemoratio, viginti sex solidi et

Digitized by Google

octo denarii insumentur in uberiorem refectionem Præsidentis et scholarium prædictorum, prout fuerit consuetum in commemorationibus aliorum benefactorum dicti Collegii. Tenebiturque dictus scholaris, vocatus *Demie,* publicam habere orationem memoriter, singulis annis imperpetuum, eodem die, in communi aula dicti Collegii, immediate post prandium. Quod si prædicta oratio fuerit omissa, tunc, quoties id contigerit, dictus scholaris mulctabitur pœna decem solidorum de prædicto stipendio viginti solidorum, distribuendorum inter omnes et singulos scholares vocatos *Demies*. Residuum sex librarum prædictarum maneat ad opus et usum dicti Collegii imperpetuum. Postremo, ut hæc compositio et præsens ordinatio firma sit et perpetua, nullisque injuriis antiquanda, nos præfati Præsidens et scholares concedimus per præsentes, pro nobis et successoribus nostris imperpetuum, quod si per nos, præfatos Præsidentem et scholares, vel successores nostros, steterit quominus hæc ordinatio fuerit satisfacta, sed incuria vel culpa nostra, vel exhibitiones non solvantur, vel commemoratio aut distributiones non fiant, vel minister et scholares non admittantur ad has exhibitiones, juxta formam hujus compositionis, vel culpa ministri concio omittatur, tunc, quoties id contigerit, licebit Præsidenti, Sociis et scholaribus, Collegii Sanctæ et Individuæ Trinitatis in Universitate Oxoniæ, ex fundatione Thomæ Pope, militis, imperpetuum, in omnes terras nostras nuper perquisitas de præfato Roberto Radborne in Stanlack prædicto intrare et distringere, districtionesque sic captas licite asportare, abducere, effugare et penes se obtinere, ac ad eorum usum recipere et habere, ex districtione sic capta, ad valorem et summam viginti solidorum; et hoc toties quoties acciderit. Concedimus, præterea, quod hæc compositio erit palam lecta in communi aula ante Pascham, singulis annis imperpetuum, eo tempore et die quo leguntur statuta Fundatoris dicti Collegii. In cujus rei testimonium, uni parti hujus scripti, penes nos præfatos Præsidentem et scholares, Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ et successores nostros remanenti, Præsidens, Socii et scholares Collegii Sanctæ et Individuæ Trinitatis in Universitate Oxoniæ, ex fundatione Thomæ Pope, militis, sigillum suum commune apposuerunt. Et alteri parti hujus scripti, penes præfatos Præsidentem, Socios et scholares, Collegii Sanctæ et Individuæ Trinitatis in Universitate Oxoniæ, ex fundatione Thomæ Pope, militis, et successores eorum, remanenti, nos præfati Præsidens et scholares Collegii Beatæ Mariæ Magdalenæ in Universitate Oxoniæ sigillum nostrum commune apposuimus. Datum primo die Decembris, anno regni serenissimæ nostræ principis dominæ Elizabethæ, Dei gratia Angliæ, Franciæ et Hiberniæ, Reginæ, fidei defensoris, etc., vicesimo secundo, 1579.

STATUTES OF BRASENOSE COLLEGE,
OXFORD.

Digitized by Google

PREFACE.

The Statutes which govern Brasenose College were given in 1521 by Sir Richard Sutton, one of its two joint founders, after the death of William Smyth, Bishop of Lincoln, the other founder. This code, with other important documents relating to the College, has been printed by the Society for the use of its Fellows; and the present text is derived from one of these printed copies, found in the Bodleian Library.

Digitized by Google

PATENT OF FOUNDATION.

PATENTS, 3 HEN. VIII. p. 3. m. (12.)

De Collegio fundando per episcopum Lincolniensem et alium.

REX archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, justitiariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, majoribus, ballivis, constabulariis, et omnibus subditis et ligeis nostris quibuscunque, salutem. Sciatis quod nos, ad nostræ mentis oculum reducentes quod ex arborum herbarumque radicibus flores et fructus procedunt, ex quibus nutriuntur parentum nati, sic omnes et singuli in sacra theologia studere optantes, ex facultatibus scientiarum sophistriæ, logicæ, et philosophiæ florescunt, per quos decus et honor Divinæ Majestatis, exaltatio Christianæ fidei, necnon sanctæ Matris Ecclesiæ, ac totius regni nostri, clerique ejusdem, principium et fulcimentum habere dinoscuntur, et procul dubio roborantur; de gratia nostra speciali, ac ex certa scientia et mero motu nostris, dedimus, concessimus, ac pro nobis, hæredibus et successoribus nostris, quantum in nobis est, damus et concedimus, reverendo in Christo patri Willielmo Lincolniensi episcopo et Ricardo Sutton armigero, quod ipsi et eorum alter, hæredes, executores et assignati sui, unum Collegium de et in uno messuagio, hospitio sive tenemento, in Universitate Oxoniensi, in comitatu Oxoniensi, vulgariter nunc nuncupato Brasen Nose, ad laudem, gloriam et honorem, omnipotentis Dei et Beatæ Mariæ Virginis, de uno Principali et scholaribus, in dictis scientiis sophistriæ, logicæ, et philosophiæ, necnon et præcipue postea sacræ theologiæ, erudiendis, ad numerum sexaginta scholarium et ultra, secundum facultates et exigentias suas, de novo fundare, creare, incorporare, erigere, unire, ordinare et stabilire, per nomen Principalis et scholarium Aulæ Regiæ et Collegii de Brasen Nose in Oxonia extunc semper nuncupandum, possent, et quilibet eorum posset, juxta ordinationes eorundem episcopi et Ricardi, hæredum, executorum et assignatorum suorum, et eorum cujuslibet, fiendas, regendum et gubernandum, perpetuis futuris temporibus duraturum, pro bono statu nostro ac Katerinæ præcarissimæ consortis nostræ, necnon pro bono statu prædictorum episcopi et Ricardi, dum agimus in humanis, ac pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, ac pro animabus omnium fidelium defunctorum imperpetuum deprecaturis. Et quod dictum collegium sic erectum Collegium Aulæ Regiæ et collegii de Brasen Nose vocetur,

Digitized by Google

nominetur, et imperpetuum nuncupetur. Et quod dicti Principalis et scholares in eodem collegio præfixi, assumpti sive electi, et successores sui imperpetuum, per nomen Principalis et scholarium Aulæ Regiæ et Collegii de Brasent Nose essent, nominentur, et vocentur. Et quod iidem venerabilis pater, et Ricardus, ipsorumque executores et assignati, necnon dicti Principalis et scholares prædictæ aulæ sive collegii, et eorum successores, per se, vel per aliam personam quamcunque, vel per alias personas quascunque, omnes et omnimodas literas, et bullas apostolicas, et alias literas quascunque, eis et eorum cuilibet, tam pro erectione, ordinatione et stabilimento, aulæ sive collegii prædicti, quam pro aliis præmissis et eorum quolibet, ac confirmatione eorundem, juxta eorum, vel alicujus eorum, seu consilii sui, discretiones, qualitercumque necessarias et opportunas, a domino Summo Pontifice, et successoribus suis, prosequi, et eas recipere, acceptare, legere, publicare, notificare et exequi valeant, et quilibet eorum valeat, licite et impune, absque actione, impetitione, perturbatione, molestatione, impedimento seu gravamine, nostri vel hæredum nostrorum, justitiariorum, escaetorum, vicecomitum, coronatorum, et aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum, vel hæredum nostrorum quorumcunque, imperpetuum. Nolentes quod præfati episcopus et Ricardus, nec eorum alter, aut executores vel assignati sui, aut præfati Principalis et scholares aulæ sive collegii prædicti, vel successores sui, vel aliqua alia persona, vel aliquæ aliæ personæ, in prosecutione, receptatione, acceptatione, lectione, publicatione, notificatione seu executione, literarum prædictarum, per nos vel hæredes nostros, aut alios quoscunque, ratione vel occasione quorumcunque statutorum de Provisoribus editorum, de cætero occasionentur, impetentur, perturbentur, molestentur, impediantur in aliquo, seu graventur, nec eorum aliquis occasionetur, impetatur, perturbetur, molestetur, impediatur in aliquo seu gravetur: aliquibus hujusmodi statutis de Provisoribus editis, aut aliquibus aliis statutis seu ordinationibus ante hæc tempora superinde editis sive factis, non obstantibus. Et quod dicti Principalis et scholares et successores sui, pro tempore existentes, sint in re, facto et nomine, ac in lege, unum corpus et una communitas perpetua et incorporata imperpetuum, habeantque successionem perpetuam, ac commune sigillum pro negotiis suis communibus serviturum. Et quod ipsi et eorum successores sint personæ habiles et capaces in lege imperpetuum ad impetranda, recipienda, perquirenda et acquirenda, terras, tenementa, redditus, reversiones, servitia, proficua, advocationes ecclesiarum, hæreditamenta et possessiones, temporalia et spiritualia, tam de nobis, hæredibus et successoribus nostris, quam de aliis personis ecclesiasticis, tam sæcularibus quam regularibus, quibuscunque, eis terras, tenementa, redditus, reversiones, servitia, proficua,

advocationes, seu alia hæreditamenta, dare volentibus; habenda et tenenda eisdem Principali et scholaribus, et successoribus suis imperpetuum, licet de nobis. hæredibus aut successoribus nostris. immediate seu mediate, aut de aliquo alio, tenentur. Et quod ipsi Principalis et scholares, et successores sui, per prædictum nomen Principalis et Scholarium Aulæ Regiæ et Collegii de Brasen Nose, placitare et implacitari possint, et prosequi omnes et omnimodas causas et querelas, actiones reales, personales et mixtas, cujuscunque generis fuerint vel naturæ, ac respondere et defendere, responderi et defendi in eisdem, tam coram nobis quam coram quibuscunque justitiariis nostris et judicibus, ecclesiasticis et sæcularibus. Ac insuper, sciatis quod nos, de gratia nostra speciali, ac ex certa scientia et mero motu nostris, dedimus, concessimus, ac per præsentes damus et concedimus, pro nobis, hæredibus et successoribus nostris, quantum in nobis est, præfatis episcopo et Ricardo, quod ipsi, hæredes, executores et assignati sui, et eorum quilibet, postquam prædicta aula, sive prædictum collegium, in forma prædicta erectum, factum sive stabilitum fuerit, dare possint et possit et concedere prædictis Principali et scholaribus, et successoribus suis, prædictum messuagium, hospitium sive tenementum, cum curtilagiis et gardinis cæteris eidem adjacentibus sive pertinentibus. Necnon, quod iidem episcopus et Ricardus, hæredes, executores et assignati sui, aut eorum aliquis vel aliqui, sive aliæ personæ quæcunque, seu quæcunque alia persona, terras, tenementa, redditus, reversiones et servitia, pensiones, portiones, apportiamenta, annuitates, hospitalia, prioratus, liberas capellas, ac alia beneficia ecclesiastica quæcunque, necnon omnia et omnimoda hæreditamenta, et alias possessiones quascunque, ac advocationes ecclesiarum, capellarum, cantariarum, et aliorum beneficiorum quorumcunque, ad annuum valorem trecentarum librarum ultra reprisas, tam de feodo suo proprio quam alieno, licet de nobis in capite, vel aliter aut aliquo alio modo, sive de aliquibus aliis personis seu aliqua alia persona, teneantur, præfatis nunc Principali et scholaribus, et successoribus suis, dare et concedere, appropriare, annectere et unire, possit aut possint, ac eisdem Principali et scholaribus et successoribus suis, terras, tenementa, redditus, reversiones et servitia, pensiones, portiones, apportiamenta, annuitates, hospitalia, prioratus, liberas capellas, ac alia beneficia quæcunque, necnon omnia et omnimoda hæreditamenta, et alias possessiones quascunque, advocationesque ecclesiarum, capellarum, cantariarum, et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, ad dictum annuum valorem trecentarum librarum, a præfatis episcopo et Ricardo, aut aliquibus aliis personis, seu quacunque alia persona, ea eis dare vel concedere, appropriare, consolidare, annectere et unire, volentibus vel volenti, perquirere, recipere possint, et tenere sibi et successori-

bus suis prædictis imperpetuum, tenore præsentium similiter licentiam dedimus, ac damus et concedimus specialem; absque impedimento nostri, hæredum vel successorum nostrorum, justitiariorum, escaetorum, vicecomitum, ballivorum seu aliorum ministrorum nostrorum, hæredum vel successorum nostrorum quorumcunque: statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis, aut aliquo alio statuto, actu, ordinatione, restrictione sive provisione, facto, edito sive ordinato, seu aliqua alia causa, re vel materia quacunque, non obstante: et absque fine et feodo, vel aliquo alio, nobis aut hæredibus nostris, in Cancellaria nostra seu in Hanaperio Cancellariæ nostræ, aut aliter qualitercunque, pro præmissis seu aliquo præmissorum, solvendo aut reddendo; et absque aliqua inquisitione seu aliquibus inquisitionibus, prætextu alicujus brevis nostri, seu aliquorum brevium nostrorum, hæredum vel successorum nostrorum, de "Ad quod damnum," seu alicujus commissionis, mandati seu præcepti nostri, hæredum vel successorum nostrorum, in hac parte aliqualiter fiendis vel capiendis, aut in Cancellariam nostram, hæredum seu successorum nostrorum, seu alibi, retornandis; et absque aliquibus aliis literis nostris patentibus, brevibus aut mandatis nostris, hæredum seu successorum nostrorum, de, in, sive pro, præmissis, aut de vel pro aliquo præmissorum, quovismodo fiendis. Aliquibus statutis, actubus, ordinationibus sive restrictionibus, ante hæc tempora factis sive editis, non obstantibus: aut eo quod expressa mentio de vero valore annuo, aut aliquo valore sive certitudine præmissorum, vel eorum alicujus, aut de aliquibus aliis donis vel concessionibus, per nos, progenitores vel prædecessores nostros, præfatis episcopo et Ricardo, hæredibus, executoribus et assignatis suis, sive eorum alicujus, ante hæc tempora factis, in præsentibus minime facta existit, aut aliquo statuto, actu, ordinatione sive restrictione, incontrarium inde facto sive ordinato, aut aliqua alia materia, re vel causa quacunque non obstante. Hiis testibus, &c., ut supra. Datum per manum Regis, apud Westmonasterium, 15 die Januarii.

Per ipsum Regem, et de data, &c.

BRASENOSE COLLEGE, OXFORD.

TITLES OF CHAPTERS.

Cap.		Page
I.	De numero Scholarium	1
II.	De electione Principalis	2
III.	Juramentum Principalis	4
IV.	De potestate et officio Principalis	6
V.	De Principalis, si opus fuerit, amotione	7
VI.	De electione Sociorum	8
VII.	Juramentum Sociorum	10
VIII.	De admissione Scholarium non Sociorum in Collegium nostrum	12
IX.	De Vice-Principalis electione, et de ejus officio	13
X.	De electione Bursariorum, et eorum Officio	14
XI.	De electione Lectoris et ejus officio	15
XII.	De electione supervisoris jocalium et ornamentorum nostræ capellæ	17
XIII.	De senioritate Sociorum	17
XIV.	In quibus Socii obedire debent Principali et Vice-Principali	18
XV.	De officiis divinis per Scholares, Socios et non Socios, celebrandis, et orationibus per eosdem dicendis	18
XVI.	De disputationibus	20
XVII.	De communis et emolumentis Sociorum	22
XVIII.	De numero Sociorum, si necesse fuerit, diminuendo	23
XIX.	De Seneschallo communis aulæ	23
XX.	De lectura hora prandii legenda, et silentio debito servando	24
XXI.	De indumentis Sociorum	25
XXII.	De pace inter Socios et non Socios observanda	25
XXIII.	De armis non portandis, et de impedimentis studii removendis	27
XXIV.	De concordia Sociorum et non Sociorum in electionibus officiariorum Universitatis	27
XXV.	De absentia Principalis et Sociorum	28
XXVI.	De Sociis Collegii promotis, et de causis amotionis et recessus eorundem	29
XXVII.	De servientibus Collegii	31
XXVIII.	De expensis Sociorum in Collegii negotiis extramissorum	33
XXIX.	De extraneis non introducendis	33
XXX.	De dispositione camerarum	34
XXXI.	De portis et ostiis claudendis	34

Digitized by Google

Cap. Page

XXXII. De custodia jocalium, ornamentorum, librorum, et aliorum bonorum 35

XXXIII. De possessionibus non alienandis, et de beneficiis, maneriis et tenementis, ad firmam dimittendis . . . 36

XXXIV. De supervisione maneriorum et terrarum, et computis Bursariorum et firmariorum 37

XXXV. De visitatione Episcopi Lincolniensis, per se vel per commissarios suos 38

XXXVI. De lectura statutorum 41

XXXVII. *De admittendo uno presbytero habente beneficium non compatibile cum statutis* 41

XXXVIII. *De non faciendis aliis statutis; et de amotione Rolandi Messynger; cum confirmatione statutorum per Dominum Fundatorem SUTTON* 41

Digitized by Google

STATUTA AULÆ REGIÆ ET COLLEGII DE BRASENOSE IN OXONIO.

Preface.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus Sancti, ac beatissimæ Dei Genetricis Mariæ, Virginis gloriosæ, Sanctorumque Hugonis et Ceddæ Confessorum, nec non Sancti Michaelis Arch-Angeli. Nos Willielmus Smith, permissione divina Lincolniensis Episcopus, et Richardus Sutton, Armiger, de summi Creatoris ope confisi, qui vota cunctorum in eo fidentium cognoscit, dirigit ac disponit, de bonis quæ in hac vita, non nostris meritis sed de suæ plenitudinis gratia, accepimus abundanter, unum perpetuum Collegium pauperum et indigentium scholarium in Universitate Oxoniensi, in philosophia ac sacra theologia studere ac proficere debentium; *The King's Haule and Colledge of Brasennose in Oxford*, vulgariter nuncupatum; ad laudem, gloriam et honorem, omnipotentis Dei, gloriosæ Virginis Mariæ, Sanctorumque Hugonis et Ceddæ Confessorum, Sancti Michaelis Arch-Angeli, et omnium Sanctorum, et ad sustentationem et exaltationem fidei Christianæ, Ecclesiæ Sanctæ profectum, et divini cultus augmentum, auctoritate regia fundamus, instituimus et stabilimus, prout in chartis et literis Regis desuper confectis plenius continetur. Unde nos, volentes aliqua statuere et ordinare, quæ dicto nostro Collegio ac personis in ipso degentibus, nec non possessionibus et bonis ejusdem Collegii, salubri quoque regimini eorundem, necessaria et utilia reputamus, et quæ doctrinæ incrementum et profectum respicere credimus (Christi nomine primitus invocato), ad futuram et perpetuam rei memoriam, ad ea procedimus in hunc modum.

Capitulum Primum.—*De numero scholarium.*

Number of Scholars.

Imprimis, præfatum nostrum Collegium in honorem summæ et individuæ Trinitatis, Gloriosæ Virginis Mariæ, Sanctorumque Hugonis et Ceddæ Confessorum, ac Sancti Michaelis Arch-Angeli, in et de numero unius Principalis et duodecim scholarium Sociorum ibidem in philosophia ac sacra theologia studere debentium, subsistere ac (Deo propitio) perpetuo permanere statuimus, ordinamus et volumus. Qui quidem Principalis,

To be natives of the diocese of Coventry and Lichfield; and preference to natives of Prescot and Prestbury.

et scholares Socii antedicti, omnes et singuli, in diœcesi Coventriæ et Lichfieldiæ nati existant, ita tamen quod præferantur illi qui nati fuerint in comitatibus Lancastriæ et Cestriæ, et maxime nati in parochia de Prescot in comitatu Lancastriæ, et nati in parochia de Prestbury in comitatu Cestriæ, si qui nati ibidem habiles moribus et scientia reperti fuerint, secundum conditiones in statuto de electione Sociorum expressas. Et si forte in dicta diœcesi, in sufficienti numero, tempore electionis, in Universitate Oxoniensi reperiri non poterunt, volumus et ordinamus quod in eorum defectum assumantur et eligantur

Diocese of Lincoln.

nati in diœcesi Lincolniensi, dummodo sint idonei; quibus etiam deficientibus, de aptioribus et habilioribus qui in Universitate prædicta reperiri poterunt. Nihilominus si quisquam in futurum, spiritu piæ devotionis ductus, numerum Sociorum prædictum, seu communias aut salarium eorundem

Augmentation of Scholarships.

ampliare, aut aliud quodcunque beneficium in scholares nostri Collegii, Socios sive non Socios, conferre voluerit, dummodo bonis ad hoc sufficientibus prædictum nostrum Collegium dotaverit, facultatem ei concedimus specialem, ipsumque ad hoc devotissime rogantes, ac cum gratiarum actione acceptantes. Proviso tamen, quod statuta per nos edita, et quælibet particula in iis contenta, salva permaneant et illæsa: et quod in omni electione sint tres saltem seniores Socii de diœcesi Coventriæ et Lichfieldiæ reputati et acceptati de numero eligentium; statuto de senioritate Sociorum aut alio quocunque per nos edito non obstante.

Capitulum II.—*De electione Principalis.*

Qualifications for the Principal.

Quoniam vero dictum Principalem omnibus aliis in nostro Collegio degentibus præesse volumus, ideirco statuimus et ordinamus quod sit vir bonæ conversationis et honestæ, scientia et bonis moribus approbatus, in spiritualibus et temporalibus discretus, providus et circumspectus, Doctor in theologia aut Bacchalaureus in eadem facultate, vel ad minus Magister in artibus, sacræ theologiæ studio deditus, ac presbyter triginta annorum ætatem habens. Cujus quidem electionem

Manner of electing him.

perpetuis futuris temporibus fieri volumus sub hac forma; videlicet, quod intra duos dies naturales postquam hujusmodi officium per mortem, cessionem, amotionem, aut quocunque alio modo vacare contigerit, et hoc cognitum fuerit, omnes Socii dicti Collegii in Universitate præsentes, per Socium seniorem præsentem præmoniti, simul conveniant in capella dicti nostri Collegii, de die electionis futuri Principalis tractaturi. Quam quidem electionis diem dictus senior Socius tunc præsens statuat et præfigat per literas citatorias et monitorias, in ostio Capellæ dicti Collegii figendas. Proviso tamen, quod, priusquam ad futuri Principalis electionem ulterius procedatur, Socii absentes per duodecim dies dictam præmonitionem

immediate sequentes expectentur. Quibus hujusmodi duodecim diebus exactis, in crastino ante meridiem, hora per Socium seniorem præsentem limitata, conveniant in capella Collegii dicti septem seniores Socii præsentes. Exposita vero per Socium seniorem præsentem causa conventionis prædictæ, videlicet pro electione futuri Principalis; deinde celebrata missa de Spiritu Sancto per eundem Socium seniorem, vel alium Socium per ipsum assignatum; statim legatur hoc præsens statutum plane et perfecte per Socium seniorem, in audientia prædictorum Sociorum. Postea ad electionem futuri Principalis (expectatorum ut præmittitur absentia non obstante) in forma subscripta procedatur. Imprimis, jurabunt omnes et singuli septem seniores prædicti, quod, postpositis omnimodis amore, favore, odio, timore, invidia, partialitate, affectione consanguinitatis, affinitatis, nec non acceptione personarum et patriæ, et occasione quacunque precis vel pretii, cum omni celeritate qua poterint, eligent unum de Sociis ipsius Collegii, vel de illis qui aliquando fuerunt Socii et ex causis honestis recesserunt, quem ex eorum conscientiis credunt, secundum qualitates in præsenti statuto expressas, esse aptiorem et magis idoneum ad officium Principalitatis gerendum, quoad bonum et salubre regimen et diligentem curam ipsius Collegii; et quoad personarum, statutorum ac bonorum, terrarum, possessionum ac reddituum, spiritualium et temporalium, et jurium eorundem, conservationem, plus posse proficere et velle. Jurabunt insuper Socius senior præsens cum proximo sibi seniore (quos scrutatores in ipsa electione esse volumus) quod vota singulorum eligentium in ipsa electione diligenter et fideliter examinabunt: coram quibus scrutatoribus videntibus et auscultantibus cæteri eligentes (ut præmittitur) examinati, vota sua secreto, simpliciter et sigillatim, emittere, et ea manibus propriis in scripta redigere, teneantur. Ad quod dictos etiam scrutatores, per duos seniores post eos proximos modo quo præfertur examinandos arctari volumus. In quo quidem scrutinio, inter dictos scrutatores communicato et fideliter examinato, si contingat unam personam vota omnium eligentium vel majoris partis eorundem habere, pro electo habeatur, et senior dictorum scrutatorum ipsum scrutinium mox de persona electa publicet, et pronuntiet in communi. Majorem vero partem intelligimus in ista electione, et in omnibus aliis electionibus et negotiis nostri Collegii, eam in qua est major numerus eligentium consentientium; vel si in aliquibus partibus sit æqualis numerus eligentium consentientium, tunc inter ipsas partes major censeatur illa in qua est consensus senioris illarum partium eligentium. Proviso etiam, quod nullus dictorum eligentium nominabit seipsum, directe vel indirecte, per se vel per alium: quod in cæteris quoque singulis electionibus nostri Collegii observari volumus. Facta vero pronuntia-

Oath of Electors.

Scrutiny of votes.

tione prædicta de hujusmodi electo, quam cito commode fieri poterit ei intimetur electio; quam si acceptaverit, statim si præsens fuerit, aut si absit quam primum venerit, coram altari, convocatis prius omnibus Sociis in Collegio præsentibus, genuflectat Vice-Principalis, vel ipso in Principalem electo senior Socius, sic dicens: "Salvum fac servum tuum, Domine;" "Deus meus, sperantem in te:" "Dominus vobiscum;" "Et cum spiritu tuo." Oratio. "Actiones nostras quæsumus Domine," &c. Et statim scribantur literæ sub sigillo communi nostri Collegii domino Lincolniensi Episcopo, vel suo vicario generali, in casu quo dictus Episcopus sit extra diœcesin, aut custodi spiritualitatis Lincolniæ, sede episcopali vacante; et mittantur per unum seniorem Socium ipsius Collegii, per majorem partem prædictorum eligentium assignandum; quibus quidem literis, absque probatione aliqua, plenam fidem volumus adhiberi. Ipse vero Episcopus Lincolniensis sive ipsius vicarius generalis, aut custos spiritualitatis, cui dictam præsentationem fieri continget, personam sic electam, absque mora, et sine processu judiciario, et absque impugnatione electionis prædictæ, in Principalem dicti Collegii extrajudicialiter præficiat. Si vero dominus Episcopus supradictus, aliusve ex prædictis personis ad quem dictam præsentationem fieri continget, et ad quem dicti Principalis præfectionem spectare volumus ut præfertur, per quinque dies a tempore præsentationis prædictæ sibi factæ continuo numerandos, noluerit personam in forma prædicta electam præficere in Principalem dicti nostri Collegii, sit præfectus vigore hujus statuti, et pro vero, legitimo ac perpetuo, Principali inibi habeatur. Principalem vero hujusmodi quemcunque, statim post præfectionem suam, in præsentia omnium Sociorum dicti Collegii tunc præsentium in Universitate Oxoniensi, antequam quomodolibet administret, tactis et inspectis per eum sacrosanctis Evangeliis, subscriptum volumus præstare juramentum.

Presentation of Principal elect to the Bishop of Lincoln

Capitulum III.—*Juramentum Principalis.*

Oath of the Principal.

"Ego N. in Principalem Aulæ et Collegii Regalis de Brasennose in Oxonio nominatus et electus, juro, tactis et inspectis per me istis sacrosanctis Evangeliis, quod dictum Collegium, omnia beneficia, terras, tenementa, possessiones, redditus spirituales et temporales, jura, libertates, privilegia, et bona ejusdem quæcunque, regam, custodiam et gubernabo, vel per alios regi, custodiri et gubernari, faciam; et administrationi omnium bonorum et rerum, ad ipsum Collegium qualitercunque pertinentium, fideliter et diligenter intendam. Item, lites, placita et jurgia quæcunque, ipsius Collegii defendam; necnon omnia et singula negotia ipsum Collegium qualitercunque concernentia prosequar diligenter, ac possessiones, libertates, privilegia et jura quæcunque, ipsius Collegii manutenebo viriliter et defendam,

Protection of College property, &c.

et faciam ab aliis manuteneri et defendi. Ita tamen quod causas, placita, aut lites graves, in quibus verti poterit ipsius Collegii exhæreditatio aut grave præjudicium, sine sex seniorum Sociorum, vel majoris partis eorum, maturo et deliberato consilio et assensu, non incipiam, nec inchoari aut manuteneri faciam quovismodo. Item, omnes et singulos scholares dicti Collegii, juxta statuta et ordinationes ejusdem, absque personarum, generis ac patriæ, acceptione quacunque, regam et per alios regi faciam juxta posse, nec, contra justitiam, caritatem ac fraternitatem, gravamina vel molestias alicui inferam vel inferri faciam; sed, quantum in me fuerit, correctiones, punitiones et reformationes debitas, de quibuscunque delictis, criminibus et excessibus scholarium et Sociorum dicti Collegii, quoties, ubi, quando et prout opus fuerit, juxta negotii qualitatem, et vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum dicti Collegii, postpositis omnimodis prece, pretio, amore, timore, odio, invidia, favore, necnon affectionibus consanguinitatis, affinitatis et patriæ, diligenter et indifferenter faciam, aut ea per alios fieri procurabo juxta posse. Et si hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, ut præfertur, debite facere non potero, propter metum, et potentiam aut multitudinem delinquentium; ipsorum nomina et cognomina, cum qualitate et quantitate delictorum et excessuum hujusmodi, extunc quam cito potero, et hoc infra mensem, domino Episcopo Lincolniensi, qui pro tempore fuerit, sive, ipso in remotis agente, ejus vicario in spiritualibus generali, vel, sede episcopali vacante, custodi spiritualitatis ejusdem, denuntiabo, et per eos, hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, juxta statuta et ordinationes prædictas, in omnibus solerter et celeriter fieri procurabo. Item, officiarios et ministros ejusdem Collegii, in quibuscunque officiis et ministeriis deputatos et deputandos, diligenter intendere faciam juxta posse. Item, si ab officio meo ob culpam meam, vel etiam propter causam aliquam, me amoveri contingat, vel forsitan cedam eidem; si bona aliqua dicti Collegii post amotionem aut cessionem hujusmodi recepero, ipsa omnia, et ea quæ per me prius recepta fuerint, successori meo Principali dicti Collegii, et eidem Collegio, ad usum et utilitatem ejusdem, integre restituam, absque contradictione aut diminutione quacunque. Nec aliquod hujusmodi bonorum mihi aut usui meo appropriabo, præter illa quæ mihi, pro hujusmodi officio exequendo, in dicti Collegii statutis et ordinationibus disponuntur. Item non ero provocans invidiam, iram, odium, discordias, contumelias, rixas et jurgia, seu qualescunque comparationes, quæ odiosæ sunt, verbo aut facto, inter scholares ejusdem Collegii, Socios vel non Socios, expresse vel occulte. Item nullas conspirationes, confæderationes aut pactiones aliquas, alicubi infra regnum Angliæ, vel extra, ordinationes et statuta dicti Collegii concernentia, vel contra ipsius Collegii utilitatem, com-

Consent of Senior Fellows to suits of importance.

Government of Scholars.

Surrender of College property, in case of removal.

Personal conduct.

modum et honorem, illegitime faciam; nec ipsa procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, quomodolibet in futurum; seu facientibus ipsa vel eorum aliquod dabo consilium, auxilium, vel favorem, aut eisdem interesse præsumam, nec ipsis consentiam tacite vel expresse. Item, officio Procuratoris Universitatis non utar, durante officio meo Principalitatis. Item, de veris et perpetuis Sociis in dictum Collegium eligendis et admittendis fidele consilium tribuam, ut de bonis personis, castis et modestis, honestis et aptis, et ad studendum et proficiendum in artibus scholasticis habilibus et idoneis, ac proficere volentibus, juxta formam statutorum, provideatur eisdem. Item, non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta, et contra ordinationes et statuta dicti Collegii, aut ipsorum aliquod, nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte procurabo, directe vel indirecte. Et si aliquam dispensationem hujusmodi impetrari vel gratis offerri contigerit, cujuscunque fuerit autoritatis, seu sub quacunque forma verborum concessa, non utar, nec eidem consentiam quovismodo. Et si contingat me in posterum propter demerita mea, seu causas in præsentibus ordinationibus et statutis contentas, juxta ordinationem et formam statutorum dicti Collegii, ab officio meo expelli seu amoveri; pure, sponte, simpliciter et absolute, omni actioni occasione expulsionis seu amotionis hujusmodi, contra ipsius Collegii Socios vel Socium quemcunque instituendæ, appellationique et querelæ in ea parte faciendæ, ac quarumcunque literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, necnon et quibuscunque curiæ ecclesiasticæ vel sæcularis, ac omnibus aliis remediis juris et facti, per quas aut per quæ petere possem me reconciliari, vel in integrum restitui, contra præmissa, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio, sicut Deus me adjuvet, et sacrosancta Dei Evangelia." Volumus insuper, quod de juramento prædicto statim fiat instrumentum publicum, signo et subscriptione alicujus notarii publici munitum, ipsius juramenti diem et formam, ac nomen et cognomen Principalis sic jurati, ac cujus diœcesis existat, continens, quod in Thesauraria communi dicti Collegii nostri perpetuo remaneat sub custodia diligenti.

Renuntiation of office of Proctor.

Election of Fellows.

Dispensation from oath, &c.

Renuntiation of appeal in case of expulsion.

Capitulum IV.—*De potestate et officio Principalis.*

Power and duties of Principal.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod Principalis, qui pro tempore fuerit in dicto Collegio nostro, omnibus et singulis scholaribus, officiariis et ministris, ac aliis quibuscunque personis in dicto nostro Collegio degentibus, præsentibus et futuris, præsit et præemineat, eosque juxta ordinationes et statuta dicti Collegii regat, corrigat et castiget, secundum nostrorum statutorum et ordinationum vim, formam et

effectum. Idemque Principalis felici et salubri regimini atque curæ nostri Collegii antedicti, Scholarium et aliarum personarum ejusdem, omnium terrarum, possessionum, redditum spiritualium et temporalium, et administrationi rerum et bonorum quorumcunque ad ipsum Collegium qualitercunque pertinentium, fideliter et diligenter intendat, ac alios ejusdem Collegii nostri officiarios et ministros diligenter intendere ad utilitatem et honorem dicti Collegii faciat; bonaque omnia et singula supradicta in commodum et utilitatem dicti Collegii et scholarium ejusdem, prout necessitas evidens exegerit, et ordinationes et statuta nostra hac in parte plenius dictaverint, faciet et procurabit utiliter dispensari et in omnibus administrari. Ea vero quæ residua fuerint et excrescent, ad incrementum dicti Collegii et commodum ejusdem fideliter conservari faciat et procuret. Statuimus etiam, ordinamus et volumus, quod omnia placita tam realia quam personalia, dictum nostrum Collegium et possessiones ejusdem acquisitas et acquirendas qualitercunque concercentia, in quibuscunque curiis moveantur, dictus Principalis qui pro tempore fuerit, in ipsius Principalis et scholarium Aulæ Regiæ et Collegii de Brasennose in Universitate Oxoniensi nomine, prosequatur et denfendat. Volumus tamen, ordinamus et statuimus, quod in majoribus ipsius Collegii negotiis, videlicet in conditionibus firmarum per sigillum commune, beneficiorum ecclesiasticorum et maneriorum ipsius Collegii, in præsentationibus quoad beneficia quorum advocationes vel jus patronatus ipsi jam possident, in posterumve possidebunt, in causis, controversiis, placitis, litibus gravibus, et in omnibus literis communi sigillo sigillandis, ac aliis consimilibus seu majoribus negotiis ipsius Collegii aggrediendis seu inchoandis, sex Socii seniores, tempore quo hujusmodi negotia imminent præsentes, ad vocationem et præmonitionem dicti Principalis, in capellam, vel alium locum honestum infra dictum Collegium competentem, una cum Principali invicem conveniant, ad communiter tractandum et deliberandum super hujusmodi negotiis; et quod in præmissis per majorem partem dictorum sex Sociorum seniorum cum consensu Principalis convenientem deliberatum fuerit et concessum, roboris habeat firmitatem. Volumus insuper et statuimus, quod dictus Principalis, quo diligentius suum officium exequatur, præter communias hebdomadarias, centum solidos de bonis Collegii annuatim percipiat.

To prosecute suits.

To consult with the six Senior Fellows in matters of importance.

His salary.

CAPITULUM V.—*De Principalis, si opus fuerit, amotione.*

Præterea, cum propter Principalis negligentiam aut vitæ inhonestatem possent eidem Collegio facile imminere dispendia, aut grave scandalum, statuimus, ordinamus et volumus, quod dictus Principalis qui pro tempore fuerit, propter dilapidationem seu alienationem terrarum, tenementorum, redditum,

Causes for removal of the Principal.

possessionum spiritualium seu temporalium, aut destructionem vel alienationem illicitam bonorum et rerum ipsius Collegii, propter incontinentiam gravem, aut negligentiam intolerabilem, homicidium voluntarium, aliamve causam consimilem quamcunque, ipsum Principalem omnino reddentem irregularem vel aliter inhabilem; necnon propter infirmitatem contagiosam incurabilem, cujus prætextu non poterit absque gravi scandalo hujusmodi officium occupare; ab officio suo penitus amoveatur. Ad cujus amotionem ita procedatur: videlicet, ante processum alium quemcunque contra ipsum faciendum, per Vice-Principalem, assistentibus sibi quinque aliis Sociis senioribus tunc præsentibus, primitus moneatur ad sponte et gratis cedendum suo officio; quod si facere noluerit, tunc Vice-Principalis, de consensu, assensu, et sub testimonio omnium Sociorum dicti Collegii, vel ad minus majoris partis eorundem, tactis sacrosanctis Evangeliis juratorum, ipso Vice-Principali primitus juramentum præstante subscriptum, et deinde consimile juramentum ab omnibus aliis Sociis recipiente; quod non propter invidiam, malitiam, odium, timorem, vel propter conspirationem æmulorum, aut propter confæderationem sive procurationem alicujus, nec prece, pretio, aut alio quocunque modo illicito inducti, sed solummodo pro bono zelo et utilitate Collegii prædicti, et pro salubri et meliori regimine et honore ejusdem, ipsum Principalem expellere conantur; et tale testimonium perhibeant domino Lincolniensi Episcopo qui pro tempore fuerit, vel, ipso in remotis agente, ipsius in Spiritualibus vicario generali, seu, sede Episcopali vacante, custodi spiritualitatis, denuntiet seu insinuet per duos ipsius Collegii seniores Socios, cum literis sigillo communi ipsius Collegii aut alio sigillo autentico sigillatis, ac signo ac subscriptione alicujus Notarii publici munitis, causas, defectus, crimina vel excessus, Principalis continentibus. Episcopus vero prædictus, vel, ipso in remotis agente, ejus vicarius generalis, aut, sede Episcopali vacante, custos spiritualitatis prædictæ, de causis, criminibus, excessibus et defectibus, contra eum propositis, summarie, de plano, et extrajudicialiter cognoscens, si per sufficientes informationes ministratas hujusmodi suggesta, quæ ad ejus amotionem sufficere debeant, reperit esse vera, statim ipsum ab officio suo et ab administratione sua amoveat indilate; dictique Collegii Sociis denuntiet et injungat, ut ad electionem novi Principalis extunc libere procedere valeant et debeant, juxta formam statutis et ordinationibus nostris superius annotatam; cessantibus appellationis et quærelæ, ac cujuscunque alterius juris et facti, remediis, per quæ hujusmodi amotio valeat impediri.

Manner of proceeding in a removal.

Capitulum VI.—*De electione Sociorum.*

Item, ut numerus duodecim scholarium per nos superius

limitatus, secundum formam statutorum nostrorum, per Dei gratiam integer in perpetuum conservetur; statuimus, ordinamus et volumus, quod postquam per mortem, cessionem, promotionem, recessum totalem seu privationem, aut quovis alio modo locum alicujus Socii a Societate et communiis in Collegio nostro prædicto vacare contigerit, absque omni dolo et fraude, intra quadraginta dies de pleno termino (prætermissa vacatione) semper numerandos, in eundem locum alius eligatur. Proviso semper quod omnis electio fiat in termino, die aliquo per Principalem, aut ipso absente Vice-Principalem, assignato, et cæteris electoribus per biduum ante futuram electionem insinuato: sed ante septimum diem post hujusmodi loci vacationem nullus omnino eligatur. Statuentes, præterea, quod nullus in Socium dicti Collegii eligatur, nisi sit Baccalaureus in artibus, qui in eadem facultate probabiliter determinaverit, si talis in Universitate tunc reperiri poterit; sin autem, Baccalaureus in artibus qui non determinavit; quo in Universitate non invento, scholarem eligi volumus. Proviso semper, quod quilibet prædictorum eligendus, sit de aptioribus et habilioribus, quoad mores et scientias, qui in Universitate reperiri poterunt; habita semper ratione diœcesium et cæterarum conditionum superius expressarum. Adveniente vero electionis die, Principalis et sex Socii seniores, vel, Principali impedito, septem Socii seniores in Universitate præsentes conveniant ad capellam nostri Collegii, hora per primum seniorem assignata, statimque legatur hoc præsens statutum plane et perfecte per primum seniorem in audientia prædictorum. Deinde jurent singuli electores per ordinem, quod, postpositis omnimodis amore, favore, odio, invidia, acceptione personæ et patriæ, prece et pretio, cæterisque coloribus, occasionibus et causis quibuscunque, in nullum alium eligendum consentiant, nisi quem præsens statutum significare et apertius describere eorum conscientia judicabit. Moxque duo primi seniores, postquam sua vota manu propria scripserint, vota reliquorum eligentium manu propria scribentium secrete et privatim scrutentur. Ita quod, in tempore ipsius scrutinii, dicti scrutatores nullo modo revelent scribentibus nomina prius scripta. Quo quidem scrutinio fideliter examinato, ille, in quem major pars eligentium consenserit, pro electo habeatur, et sic per seniorem scrutatorem immediate pronuntietur. Et sic electus, ad omne ultimum intra mensem, si sese offerat, in annum probationis et communias Sociorum admittatur; prius tamen præstito juramento in præsentia Principalis et sex Sociorum seniorum, et Principali absente in præsentia septem Sociorum seniorum, quod non habeat patrimonium, feodum, annuam pensionem, aut beneficium ecclesiasticum perpetuum quodcunque, de quo sibi constat unde potest expendere annuatim ultra quatuor libras de claro; et omnia et singula statuta et ordinationes nostri Collegii, quatenus ipsum concernunt, fideliter observa-

Of the election of Fellows.

Candidates must be Bachelors in Arts.

Manner of election.

Oath of electors.

Scrutiny of votes.

Oath of the Fellow Elect.

bit. Præterea, si contingat ipsum juxta exigentiam statutorum præsentium a Collegio nostro expelli seu amoveri, nunquam ipsum Collegium, Principalem seu alium quemcunque in hujusmodi expulsione seu amotione interesse habentem, occasione expulsionis seu amotionis hujusmodi, prosequetur, molestabit seu inquietabit, per se, alium vel alios, quocunque modo; sed omni actioni sæculari et canonicæ, appellationique et querelæ, et quarumcunque literarum impetrationi, precibus et instantiis principum, prælatorum, procerum, magnatum, et aliorum quorumcunque, ac quibuscunque juris vel facti remediis per quæ petere possit se in integrum restitui seu reconciliari, in vim pacti renuntiet expresse in præsenti, et renuntiabit in scriptis si exactus fuerit in sua expulsione. Si vero intra mensem hujusmodi electus se non offerat, tunc absque mora per Principalem, vel ipso absente Vice-Principalem, ejus locus declaretur vacuus, et infra quadraginta dies modo et forma prædictis alius eligatur.

Year of probation.

Quemlibet vero sic electum per unum annum in eodem Collegio stare volumus, antequam in verum et perpetuum Socium ejusdem Collegii admittatur, quo probari possit si moribus et scientia aptus fuerit et idoneus ad Societatem dicti Collegii. Quo quidem probationis anno durante, eum nec consiliis interesse, aut officium aliquod ipsius Collegii gerere vel exercere, nec Socium haberi volumus quovismodo. Completo vero probationis anno prædicto, Principalis et sex Socii seniores præsentes ad Capellam nostri Collegii conveniant; ubi Principalis, vel primus Sociorum seniorum ipso absente, vota aliorum sex seniorum tunc præsentium palam et publice pro quolibet scholari, qui annum probationis compleverit, nominatim inquirat. Qui, si juxta conscientiam et discretionem ipsius Principalis, et sex vel septem seniorum ipso absente, vel majoris partis eorundem, aptus fuerit inventus et idoneus, in verum et perpetuum Socium ipsius Collegii et ad omne jus Socii admittatur; statimque hujusmodi admissum subscriptum volumus præstare juramentum. Et si per prædictos seniores idoneus non inveniatur, tunc omnino a Collegio nostro expellatur per prædictos, vigore præsentis statuti.

Admission to Fellowship.

Capitulum VII.—*Juramentum Sociorum.*

Oath of a Fellow.

"Ego N. juro ad hæc sacrosancta Dei Evangelia per me corporaliter tacta, quod omnia statuta et ordinationes hujus Collegii, ac omnia et singula in eisdem contenta, quatenus personam meam concernunt vel concernere poterunt, secundum planum, literalem et grammaticalem, sensum et intellectum, inviolabiliter observabo, et, quantum in me fuerit, ab aliis observari faciam; interpretationibus cum declarationibus et expositionibus per reverendos in Christo patres Lincolnienses Episcopos, successores domini Fundatoris hujus Collegii, de et super dubiis statutorum faciendis, obediam et cum effectu

Interpretation of Statutes.

Digitized by Google

parebo. Item ego juro, quod nulla alia statuta seu ordinationes aut mutationes prædictis ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero sensui et intellectui eorundem, repugnantia vel repugnantes, derogantia vel derogantes, contraria vel contrarias, per quemcunque alium seu quoscunque alios quam per reverendissimum in Christo patrem et Ricardum Sutton Fundatores nostros edita et edenda, editas et edendas, quomodolibet acceptabo, vel ad ea consentiam. Item, secreta dicti Collegii in damnum sive præjudicium ejusdem nemini revelabo. Item, Principali, Vice-Principali, et aliis meis superioribus in dicto Collegio, in licitis et honestis, et maxime dicti Collegii negotiis et factis, obediam, assistam, et reverentiam debitam ipsis impendam. Item, ad dicti Collegii meliorationem et augmentationem, bonorum, terrarum, possessionum, reddituum et jurium ejusdem, conservationem et defensionem, et quorumcunque negotiorum dicti Collegii celerem expeditionem, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem et honorem, in posterum me devenire contigerit, in sanis consiliis, favoribus et auxiliis, si requisitus fuero, diligenter intendam et instabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, fidelis ero et diligens in quocunque officio et negotio, ad quod me in eodem Collegio deputari contigerit, et fideliter implebo. Et si contingat me in posterum, propter contemptum, rebellionem, inobedientiam, malos mores, seu propter alias causas in præsentibus statutis et ordinationibus contentas, corrigi, puniri, aut a Collegio, sustentatione et societate ejusdem, juxta formam statutorum et ordinationum dicti Collegii, ejici, expelli, privari, excludi vel amoveri; ex certa mea scientia, pure, sponte et simpliciter, omni actioni occasione correctionis, punitionis, expulsionis, privationis, exclusionis seu amotionis hujusmodi, contra Principalem, Socium aut scholarem quemcunque dicti Collegii, conjunctim vel divisim, quomodolibet instituendæ, appellationique et querelæ in ea parte faciendis, et quarumcunque impetrationi literarum, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum, et aliorum quorumcunque, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in his scriptis. Item, non impetrabo dispensationem aliquam contra hæc mea juramenta vel contra aliquam particulam eorundem, per me, alium vel alios, publice vel occulte. Et si aliquam dispensationem hujusmodi impetrari, vel gratis offerri seu concedi, mihi contigerit, cujuscunque fuerit auctoritatis, vel sub quacunque forma verborum concessa fuerit, ipsa non utar quovismodo; sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia." Volumus etiam, quod quilibet sic juratus statim scribat totum tenorem juramenti sui manu propria, ac etiam annum et diem sui juramenti, ac nomen et cognomen suum, et cujus comitatus fuerit et diœcesis, et idem signabit sigillo suo; quod remanebit penes Principalem et Socios dicti Collegii custodiendum.

College secrets.

Obedience to Principal, &c.

Protection of College property, &c.

Submission in case of expulsion.

Dispensation from oath.

Subscription of oath.

Capitulum VIII.—*De admissione scholarium non Sociorum in Collegium nostrum.*

Admission of Scholars not Fellows.

Statuimus, ordinamus et volumus, quod Principalis et Vice-Principalis admittant scholares non Socios in Collegium nostrum prædictum secundum capacitatem cubiculorum; et quod idem Principalis nullum scholarem in nostrum Collegium admittet nisi ex consensu Vice-Principalis, et quem credit fore honestum et ad studendum aptum, et qui habeat ad suum tutorem unum Sociorum nostri Collegii, vel alium ejusdem Collegii non Socium, judicio Principalis et Vice-Principalis convenientem, qui pro suis expensis et mulctis respondebit.

Preference of natives of Lichfield diocese, and parishes of Prescot and Prestbury.

Et quod quilibet scholaris sic admissus habebit cameram suam, lecturam, lotricem, barbitonsorem, mancipium et coquum, de expensis Collegii nostri prædicti. Proviso semper, quod scholares de diœcesi Lichfieldiæ et Coventriæ, et præcipue de parochiis de Prescot in comitatu Lancastriæ, et Prestbury in comitatu Cestriæ, præferantur et recipiantur ad Collegium nostrum prædictum et ad commoda prædicta.

Not to hold a benefice or estate above a certain yearly value.

Volumus etiam, quod nullus scholaris admmittatur ad commoditates prædictas, habens beneficium, cantariam, annuam pensionem, patrimonium vel feodum, ultra decem marcas de claro communibus annis. Et si contingat aliquem prædictorum scholasticorum, qui modo prædicto sunt admissi, promoveri ad aliquod beneficium prædictorum ad annuum valorem duodecim marcarum, tunc a Collegio nostro prædicto omnino infra annum

Exception of sons of the nobility.

recedat vel amoveatur. Proviso, quod filii et consanguinei nobilium et magnatum, habentes promotionem ultra summam prædictam, ad Collegium nostrum modo prædicto admittantur. Et intelligimus per filios nobilium non quoscunque filios, sed hæredes nobilium, qui habent patrimonium, vel post mortem patrum suorum habebunt patrimonium, ad annuum valorem quadraginta librarum, aut promotionem aliquam ecclesiasticam ad annuum valorem summæ prædictæ, et filios dominorum quoscunque legitime procreatos, dummodo numerus eorum non

To have a tutor.

excedat numerum senarium. Et quilibet eorum habeat tutorem, videlicet Principalem vel aliquem Sociorum Collegii nostri antedicti; qui erit fidejussor pro eorum expensis ac mulctis quibuscunque pro eorum delictis, juxta ordinationes et statuta nostri Collegii inflictis. Et concedimus Principali et Vice-Principali potestatem dispensandi cum eisdem pro observatione statutorum, quæ ab ipsis convenienter observari non possunt,

To wear a surplice in chapel.

judicio Principalis et Vice-Principalis. Et quilibet prædictorum, ac aliorum quorumcunque scholarium in nostro Collegio degentium, habebit infra mensem superpellicium post admissionem suam, et idem vel aliud conservabit quamdiu in Collegio prædicto morabitur, sub pœna trium solidorum et quatuor denariorum; et utetur eodem, quotiescunque limitatus fuerit ad

serviendum Deo in choro capellæ nostri Collegii prædicti, sub pœna denarii. Volumus etiam, quod quilibet prædictorum scholarium non Sociorum, habens sexdecim annorum ætatem, jurabit ante suam admissionem, quod observabit omnia statuta nostri Collegii prædicti, quatenus personam ejus concernunt.

A Scholar's oath.

Capitulum IX.—*De Vice-Principalis electione, et de ejus officio.*

Cum nonnunquam propter diversa Collegii negotia dictum Principalem abesse oportebit, et Principali aliquando destitui dictum Collegium continget; ac etiam ne ipse Principalis, dum præsens fuerit, nimio onere prematur: statuimus, ordinamus et volumus, ut in præfato nostro Collegio, sub domino Principali, sit semper unus de senioribus, discretioribus et maturioribus Sociis, scientia et moribus approbatus, qui Vice-Principalis nuncupetur; cujus electionem fieri volumus singulis annis sub hac forma. Videlicet, Principali et sex Sociis senioribus in loco conveniente congregatis, singuli per ordinem, tactis sacrosanctis Evangeliis, corporale præstent juramentum, quod nullum ad Vice-Principalis officium nominabunt, nisi quem ad hujusmodi officium exercendum meliorem et aptiorem ejusdem eligentis conscientia judicabit, affectione et partialitate postpositis quibuscunque. Consimile etiam juramentum in omnibus aliis officiariorum nostri Collegii electionibus ab ipsis electoribus præstari volumus. Deinde inquirat Principalis palam et publice vota singulorum; et ille in quem major pars eligentium consenserit, pro electo habeatur, sicque per Principalem illico pronuntietur. Qui Vice-Principalis in nostro Collegio teneatur continue residere, nisi ex magna et urgenti causa ad dicti Collegii negotia eum transmitti, vel ex alia rationabili causa abesse, contingat. Interim vero, dum abest Vice-Principalis, senior Socius qui præsens fuerit ejus officium gerere et diligenter exercere in omnibus teneatur. Qui etiam Vice-Principalis, absente aut nullo existente Principali, vices ipsius gerat, exerceat et in omnibus diligenter suppleat; (exceptis majoribus nostri Collegii negotiis, cum quibus, nisi imminente periculo damni sive præjudicii Collegio prædicto, nolumus ipsum quovismodo, absente Principali, intermittere;) illique tanquam Principali, ab omnibus pareatur. Principali etiam præsente, circa omnia dicto Collegio ac personis ejusdem necessaria et utilia, eidem solerter assistat; negligentias quoque, excessus et defectus, necnon crimina et delicta, quæ a scholaribus Sociis sive non Sociis, aut servientibus nostri Collegii, aut serviente alicujus existentis in Collegio, noverit esse commissa; præter ea quæ a Magistris in artibus committuntur, et quæ expulsionem aut amotionem requirunt (nisi absente vel nullo existente Principali) et ea quæ a lectore sunt punienda: post-

Of the Vice-Principal.

Manner of electing him.

His residence.

His duties and authority.

positis omnino amore, favore, timore, odio, invidia, et affectionibus quibuscunque consanguinitatis affinitatis et patriæ, necnon prece et pretio; secundum statuta et ordinationes Collegii prædicti, et alia in ipsis statutis et ordinationibus non comprehensa, secundum discretionem suam, corrigat, puniat, et reformet. Volumus etiam, quod, Principali præsente, quilibet eorum dicto Vice-Principali obediat in omnibus licitis et congruis injunctionibus, sub pœna secundum ipsius discretionem infligenda. Cui circa prædicta, si opus fuerit, ipsum Principalem volumus esse adjutorem, et roboris præbitorem. Et si prædictus Vice-Principalis nimis austerum vel facilem in corrigendo se præstiterit, judicio Principalis et duorum Sociorum seniorum corrigatur, et juxta discretiones eorundem ipsa pœna ab ipso inflicta augeatur vel minuatur. Idemque singulis hebdomadis die Sabbati, vel alio die convenienti, observabit correctiones, omnibus Baccalaureis et scholasticis non graduatis congregatis, inquirendo de delictis prædictorum illa hebdomada commissis. Cui correctioni omnes prædictos interesse volumus a principio usque ad finem, sub pœna duorum denariorum toties quoties abfuerint; et quilibet prædictorum subeat officium sibi assignatum per prædictum Vice-Principalem, sub pœna quatuor denariorum pro qualibet vice sic neglecta. Ad quæ omnia et singula, quantum ad ipsum pertinet, bene et fideliter facienda et observanda, Vice-Principalis prædictus statim post electionem ipsius, tactis sacrosanctis Evangeliis, in præsentia dictorum eligentium præstet corporaliter juramentum. Volumus, etiam, quod dictus Vice-Principalis, quo libentius et diligentius suum exequatur officium, ultra communias et cætera Sociorum emolumenta, viginti sex solidos et octo denarios singulis annis de manibus bursariorum pro stipendio percipiat.

His stipend.

CAPITULUM X.—*De electione bursariorum et eorum officio.*

Election of two Bursars.

Item, ut bona ipsius Collegii securius conserventur et melius dispensentur, statuimus, ordinamus et volumus, ut de Sociis ipsius Collegii, per Principalem et sex Socios seniores, secundum modum et formam electionis Vice-Principalis, eligantur et assumantur duo Socii aptiores, fideliores et magis circumspecti, ad bursariorum officium exercendum. Qui redditus et proventus beneficiorum, maneriorum, firmarum, terrarum, possessionum ipsius Collegii, de manibus œconomorum, ballivorum, procuratorum et firmariorum ac aliorum quorumcunque, per indenturas inter dictos bursarios et solventes summas hujusmodi faciendas, recipiant. Quibus quidem receptis, magnas indenturas facere teneantur, quarum unam partem habeat Principalis, vel in ejus absentia Vice-Principalis; alteram vero penes dictos Bursarios remanere volumus. Taliter etiam recepta in thesauraria dicti Collegii, in

Their duties.

Indentures of accompt.

quadam cista communi tres claves habente, et ad hoc deputata, per visum et sub testimonio Principalis, Vice-Principalis aut alterius Socii senioris, securius reponant. Dictarumque clavium unam custodiat Principalis, et duas alias habeant bursarii inter se divisas. De quibus quidem pecuniis ipsi bursarii certas rationabiles summas, ad communias Sociorum et scholarium et alias quotidianas et minutas expensas utiles et necessarias, juxta discretionem et consilium Principalis, vel eo absente Vice-Principalis, habeant, custodiant, et in usus prædictos convertant ac fideliter dispensent. Qui etiam bursarii emptiones et provisiones septimanales quascunque victualium, et solutiones faciendas, diligenter curent, et de ipsis disponant, prout eis melius videbitur expedire pro commodo et honore ipsius Collegii. Quoties vero dictorum bursariorum aliquem extra Universitatem proficisci contigerit, clavem dictæ cistæ in custodia alicujus Socii discreti, pro quo ipse bursarius suo periculo respondere voluerit, propter causas necessarias quæ forsan contingere poterunt, dimittat. Insuper, ne per oblivionem seu negligentiam ipsorum bursariorum expensæ aliquæ per eosdem expositæ aut receptiones minutæ forsan omittantur, in damnum seu præjudicium nostri memorati Collegii aut saltem dictorum bursariorum, volumus quod singulæ receptiones et solutiones in Collegio faciendæ fiant in domo officio eorundem deputata, et quod scribant singulis septimanis in uno registro sive libro communi omnes minutas expensas per ipsos in eadem septimana expositas, bene et fideliter, sub pœna perditionis earundem. Jurabunt præterea dicti bursarii statim post eorum admissionem, in præsentia dictorum eligentium, tactis sacrosanctis Evangeliis, quod sua officia fideliter et diligenter exercebunt, et computum fidelem reddent tempore per statuta assignato; et omnes pecunias Collegii, ab ipsis receptas et non expositas infra septimanam post dictum computum, Principali et bursariis pro illo anno solvant et deliberent. Volumus etiam quod uterque bursariorum prædictorum, pro stipendio sui officii, tredecim solidos et quatuor denarios, ultra communias et alia Sociorum emolumenta, de bonis ipsius Collegii annuatim percipiat.

Keys of money chest.

To hold money for daily expenses.

Absence from the University.

Weekly entries of receipts and expenses.

Oath of Bursars.

Capitulum XI.—*De electione Lectoris, et ejus officio.*

Quia diligentem et assiduam informationem scholarium non graduatorum nostri Collegii, eorumque in sophistria et logica celerem expeditionem, ferventi cordis desiderio affectamus, statuimus et volumus, quod, secundum formam electionis Vice-Principalis eligatur in Lectorem unus de numero Sociorum quem eligentes credunt ipsis scholaribus posse magis et velle prodesse. Qui quidem Lector, diebus, horis et locis, per Principalem et sex Socios seniores assignatis, omnibus scholaribus non graduatis nostri Collegii lecturas numero et captui audi-

One of the Fellows to be Lecturer.

His duties.

Digitized by Google

entium sufficientes, per se, alium vel alios, providebit. Aderit præterea per se, vel per alium vel alios, scholasticis in sophismatibus, recitationibus et dubiis, a principio usque ad finem, eos diligenter auscultando, ac cum opus fuerit instruendo; ipsosque omnes et singulos corripiat et puniat, si vel tarde venerint, vel absentes fuerint, vel præsentes non diligenter attenderint. Quod si quis prædictorum scholarium ad lecturam, sophisma, recitationes seu dubia, tarde venerit, et ante medietatem, quadrante; si post medietatem, obolo; si vero per universum abfuerit, denario mulctabitur. Si quis etiam prædictorum in opponendo, respondendo aut replicando, cursum suum seu ordinem neglexerit; aut si Lectorem suum diligenter et attente non auscultaverit; sive ad sophisma, recitationes seu dubia, male præmeditatus accesserit; præterea, si tempore et loco eorum eruditioni assignatis ludat, rideat, fabuletur, rabiat, garrulat, aut clamorem, plausum, strepitum seu tumultum, faciat, aut extra locum suum vagetur; si etiam aliquod verbum opprobriosum seu derisorium in aliquem suorum condiscipulorum proferat, ejus scientiam, ingenium, rationem, mores, personam, patriam vel genus, depravando; aut comparationem aliquam odiosam faciat; aut si prædictorum quisquam tempore et loco eorum eruditioni assignatis Anglice loquatur, aut Lectori vel ejus assignatis in licitis et honestis non obediat, aut alio quovismodo doctrinæ impedimentum afferat; quilibet talis, quotiescunque in aliquo prædictorum deliquerit, secundum discretionem Lectoris puniatur, et hoc pœna pecuniaria; alioquin virga corrigatur. Et ut dictus Lector officium suum et diligentius et libentius exequatur, eidem viginti solidos de bonis Collegii singulis anni quarteriis per manus bursariorum solvi volumus. Emolumenta quoque præsentationum et accumulationem scholasticorum et Baccalaureorum ipsi concedimus, in usus suos, dummodo labores et onera ei incumbentia per se vel per alium subire voluerit. Veruntamen si Lector ipse nimis asperum vel nimis facilem in corrigendo se præstiterit; aut si Lectores minus eruditos seu negligentes substituerit; vel si officium suum juxta hanc præsentem ordinationem non exequatur; judicio Principalis et Vice-Principalis reformetur; quod si ter per eosdem monitus sese emendare noluerit, volumus quod per Principalem et sex Socios seniores vel maximam partem eorundem ab officio suo amoveatur, statimque alius secundum formam prædictam in ejus locum eligatur. Volumus etiam quod omnes scholares non graduati intersint Parviso, postquam legerunt medietatem artis sophistriæ, sub pœna Vice-Principali reservata. Item, quod quilibet scholaris nostri Collegii studeat tribus annis in sophistria et logica, antequam gradum Baccalaureatus suscipiat; et quilibet Baccalaureus tribus annis in philosophia, antequam Magistratus suscipiat; nisi Principalis et quilibet sex Sociorum seniorum, pro causa rationabili, illi vel illis, si

Fines for late attendance at Lecture.

Disorderly conduct at Lecture.

Stipend and emoluments of Lecturer.

Neglect of duty of Lecturer.

The Parvise; and study of sophistry, logic, and philosophy.

plures sint, licentiam concedat: et quod non consumat in susceptione gradus Baccalaureatus pro cœna ultra quinque solidos; et Magister artium in prandio ultra viginti solidos. Volumus, etiam, quod quilibet Baccalaureus nostri Collegii, Socius et non Socius, a Lectore requisitus ad legendum in aula, teneatur legere in aula, et alia facere pro eruditione scholarium, secundum ordinationem Principalis, Vice-Principalis et Lectoris; recipiendo pro laboribus suis secundum discretionem, assignationem et determinationem eorum; nisi habeat aliquam lecturam infra Collegium vel extra, quæ secundum judicium Principalis, Vice-Principalis et Lectoris, videatur esse ei magis utilis. Item volumus, quod nullus nostri Collegii, Socius vel non Socius, aliquem ejusdem Collegii vel alterius, aut aliquem alium, ad aliquem gradum præsentet, nisi prius fuerit ad hoc admissus vel licientiatus per Principalem, Vice-Principalem et Lectorem, et hoc sub pœna expulsionis ipso facto.

Bachelors of the College to lecture and teach the Scholars, upon requisition.

Against presenting a member of the College for a degree.

Capitulum XII.—*De electione supervisoris jocalium et ornamentorum nostræ capellæ.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod unus Sociorum prædictorum nostri Collegii sit supervisor jocalium et ornamentorum pertinentium ad capellam nostri Collegii prædicti, electus quolibet anno, modo et forma quibus bursarii et Lector eliguntur. Et ut diligentius officium suum exequatur, concedimus ei sex solidos et octo denarios de bonis Collegii solvendos per manus unius bursariorum nostri Collegii antedicti.

Overseer of jewels, &c.

Capitulum XIII.—*De senioritate Sociorum.*

Item, cum sæpius in statutis et ordinationibus nostris mentio fiat de senioribus qui in omnibus Collegii negotiis præcipue habeant interesse; et forsan aliquibus in dubium venire posset qui forent censendi et reputandi seniores; de nostra intentione fore declaramus quod, post Principalem, singulis aliis senior reputetur Vice-Principalis, cujuscunque status aut gradus fuerit. Deinde seniores aliis censeantur qui in gradibus sublimioribus sublevati sunt; ut, puta, imprimis sacræ theologiæ Doctores, post quos in sacra theologia Baccalaurei, post hos in artibus Magistri, deinde artium Baccalaurei, ac postremo scholares. Sic etiam quod, inter eos qui ejusdem gradus existunt, aliis seniores censeantur qui ipso gradu diutius insigniti fuerint. Inter scholares vero senior reputetur qui diutius Socius fuerit. Proviso semper, quod nullus scholaris nostri Collegii, Socius sive non Socius, aliquem gradum assumat, nec incœptor fiat, nisi per Principalem et sex Socios seniores convocatos, et per eosdem vel per majorem partem ipsorum, prius, saltem per sex hebdomadas, fuerit licentiatus, sub pœna expulsionis a dicto Collegio; et quilibet sic licientiatus conditiones suæ licentiationis compleat sub eadem pœna.

Of seniority of Fellows.

Against taking a degree without licence.

Digitized by Google

CAPITULUM XIV.—*In quibus Socii obedire debent Principali et Vice-Principali.*

Obedience to the Principal.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes et singuli scholares, Socii ac non Socii, et officiarii ac ministri ejusdem Collegii dicti vel existentes quicunque, Principali qui pro tempore fuerit, aut eo absente Vice-Principali ejusdem Collegii, in omnibus licitis et honestis injunctionibus et mandatis obedire teneantur, et debeant etiam intendere cum effectu. Siquis vero in præmissis vel eorum aliquo rebellis vel inobediens fuerit repertus, per evidentiam facti, per testes juratos, aut per confessionem propriam coram Principali vel Vice-Principali, volumus quod sex solidis et octo denariis pro qualibet vice mulctabitur. Nihilominus, si ultra tres dies in hujusmodi rebellione vel inobedientia perduraverit, extunc ipso facto a nostro Collegio memorato sit expulsus. Statuentes, præterea, quod ad vocationem Principalis vel Vice-Principalis quilibet scholaris nostri Collegii, Socius sive non Socius, mature veniat. Et quod nullus eorum Principali vel Vice-Principali resistat, quin habeat liberum introitum in quodcunque cubiculum et quemcunque locum nostri Collegii, sub pœna expulsionis ab eodem Collegio, nisi ejus causa per Principalem et sex Socios seniores vel majorem partem eorundem fuerit approbata. Volumus, etiam, quod Principalis nostri Collegii, cum consensu Vice-Principalis et unius bursariorum sive lectoris, habeat potestatem inhibendi et prohibendi quemcunque scholarem non graduatum, Socium sive non Socium, ab ingressu domus cujuscunque laici, et domorum quorumcunque laicorum infra præcinctum Universitatis; quam facultatem concedimus etiam Principali prædicto cum consensu prædictorum super Baccalaureos omnes prædicti Collegii, quotiescunque sibi videatur opportunum. Et in causa urgente super Magistros consimilem potestatem eidem Principali, cum consensu prædictorum, concedi decernimus.

Power to the Principal to prohibit entrance to a layman's house.

CAPITULUM XV.—*De officiis divinis per scholares, Socios et non Socios, celebrandis, et orationibus per eosdem dicendis.*

Attendance on divine service.

Præterea statuimus, ordinamus et volumus, quod quolibet die Dominico, necnon die festo quocunque, quilibet scholaris nostri Collegii, Socius et non Socius, (si in Universitate præsens fuerit) sit in capella nostri Collegii ad primas vesperas et secundas ante initium secundi Psalmi; ad matutinas vero ante initium primi Psalmi; et ad altam missam ante primum Kyrieleison; et quod nullus eorum recedat a prædictis divinis officiis, nisi ex causa rationabili per Vice-Principalem approbanda. Exceptis tamen Magistris in Artibus circa negotia Universitatis impeditis, et presbyteris, dum missam celebrant

aut ad ipsam se disponunt. Siquis vero in præmissis deliquerit, pro quacunque tarditate, obolo; pro quolibet recessu, denario; et pro qualibet absentia, duobus denariis; mulctabitur, quotiescunque sic deliquerit; vel virga corrigatur, prout Principali magis videbitur conveniens. Et volumus, quod illa particula, scilicet "vel virga corrigatur," conformiter intelligatur in omnibus aliis statutis pœnalibus pœna pecuniaria. Proviso insuper, quod Principalis omni festo principali sit executor officiorum prædictorum, et omnibus majoribus festis duplicibus Vice-Principalis, nisi aliter impediti fuerint, vel alter eorum suppleat vicem alterius. Quibus quidem, Principali scilicet et Vice-Principali, concedimus potestatem dandi licentiam scholaribus, Sociis et non Sociis, ut pro causa rationabili poterint abesse, tarde venire, vel recedere a divinis officiis, disputationibus, et aliis quibus tenentur interesse. Omnia vero alia, quæ ad Dei cultum et ordinem chori pertinent, fiant secundum limitationem Vice-Principalis. Ejus quidem limitationi omnes et singulos scholares nostri Collegii, Socios et non Socios, parere volumus, et officia eis assignata diligenter exercere, sub pœna duorum denariorum; et hoc quotiescunque aliquis eorum in aliquo præmissorum deliquerit. Et etiam volumus, quod quilibet scholaris nostri Collegii, Socius et non Socius, existens in Universitate, quotidie missam audiat vel celebret, vel ad minus intersit majori parti missæ: et quod etiam dicat officia Beatæ Mariæ, nisi causa per Principalem, vel ipso absente Vice-Principalem, vel per Socium seniorem præsentem, approbanda illud impediri contigerit. Volumus etiam, quod omnes scholares non graduati nostri Collegii, Socii et non Socii, in Universitate præsentes, et non rationabiliter impediti, quolibet die profesto intersint primæ missæ vel alii missæ, secundum limitationem Vice-Principalis, et quod post ipsam missam similiter dicant istas orationes, *Deus, in nomine; Deus misereatur;* et *Miserere* generalem, cum antiphona *Te Deum Patrem*, et versiculum *Benedicamus Patrem*, cum orationibus, *Domine, Sancte Pater, Sancta Maria Mater*, et antiphona Beatæ Mariæ, et *De profundis;* cum istis orationibus, *Deus, qui inter Apostolicos;* et *Inclina*, pro animabus Fundatorum et Benefactorum nostri Collegii, et pro animabus eorum pro quibus dicti Fundatores eos orare voluerint, vel aliquis eorum eos orare voluerit. Et si quis eorum ab aliqua tali missa vel precibus post missam abfuerit, volumus quod denario mulctabitur; si vero tarde venerit vel recedat, sive a missa sive a precibus, obolo; nisi ejus causa a Vice-Principali fuerit approbata. Ulterius volumus, quod quilibet Socius nostri Collegii quotidie dicat quinquies orationem Dominicam, in honorem quinque vulnerum Domini nostri Jesu Christi; et quinquies salutationem Angelicam, in honorem quinque gaudiorum Beatæ Mariæ Virginis; et symbolum Apostolicum, in honorem duodecim

Punishment by the rod.

Performance of divine service, &c.

Attendance on masses.

Prayers for souls of Founders.

Daily prayers.

Digitized by Google

Apostolorum; et psalmum *Miserere* generalem cum antiphona Beatæ Mariæ Virginis, et *De profundis*, cum orationibus, *Deus qui inter Apostolicos*, et *Inclina*, pro animabus antedictis. Et quod quilibet eorum quolibet die Dominico, vel saltem semel qualibet hebdomada, dicat psalterium Beatæ Mariæ Virginis. Et etiam quod quilibet eorum qui est presbyter, quolibet die Dominico et aliis duobus diebus hebdomadæ, vel saltem qualibet hebdomada, ter missam celebret, si in Universitate præsens fuerit et non rationabiliter impeditus; et quod, in qualibet missa quam celebraturus est infra Universitatem, orabit pro animabus antedictis, cum istis orationibus *Deus, qui inter Apostolicos*, et *Inclina*; exceptis tamen missis celebrandis in festis principalibus et majoribus duplicibus; ac etiam missis quas aliquis eorum habet cantare, cum est executor officii, vel aliter secundum limitationem vel licentiam Principalis vel Vice-Principalis. Ulterius volumus, quod quilibet scholaris nostri Collegii, Socius et non Socius, in omnibus suis sermonibus specialiter orabit pro animabus antedictis, si ejus memoriæ tunc occurrere contigerit. Volumus etiam, quod, ad prandium et ad cœnam quotidie, omnes Socii et scholares nostri Collegii præsentes in aula dicant gratias, cum *De profundis; Deus, qui inter Apostolicos;* et *Inclina;* pro animabus antedictis. Item ordinamus et volumus, quod Principalis et omnes scholares nostri Collegii, Socii et non Socii, annuatim in perpetuum solenniter cantent exequias pro animabus nostris et utriusque nostrum, tali die quo Deo placuerit nos vel alterum nostrum ab hac luce migrare; et, die sequente, solennis missa de Requie cum nota celebretur pro animabus nostris et utriusque nostrum. Et quod quilibet Socius et scholaris nostri Collegii, in Universitate præsens, intersit ipsis exequiis ante secundum psalmum, et missis ante Kyrieleison, sub pœna duorum solidorum pro quibuscunque exequiis et missis sic omissis, quæ computetur in communiis Sociorum ejusdem hebdomadæ; quibus Sociis et scholaribus præsentibus concedimus annuatim decem solidos de bonis Collegii prædicti, ad eorum communias in hebdomada illa ampliandas, in perpetuum. Et etiam volumus, quod quilibet presbyter nostri Collegii, existens in Universitate, et non rationabiliter impeditus, dicat missam eodem die in Collegio nostro prædicto pro animabus antedictis; et si non sint viginti quinque presbyteri de Collegio nostro prædicto præsentes, volumus quod compleatur numerus prædictus de presbyteris alterius aulæ vel Collegii; et quilibet eorum viginti quinque presbyterorum habebit pro labore suo quinque denarios de bonis Collegii nostri antedicti.

Other prayers and masses.

Exequies for souls of Founders.

Capitulum XVI.—*De Disputationibus.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, pro uberiori exercitio

studii et profectus scholastici, quod, singulis hebdomadis pleni termini in perpetuum, a festo Sancti Dionysii usque ad festum Sancti Petri quod dicitur ad Vincula, et etiam extra terminum a septimo die Julii* usque ad festum Sancti Petri prædicti, (præterquam in Quadragesima) omnes Baccalaurei in artibus nostri Collegii, Socii et non Socii, teneantur inter se duobus diebus, quibus congruentius fieri poterit, in capella nostri Collegii, quæstiones, dubia seu problemata, disputare; ita videlicet, quod uno die problema seu dubium logicale, alio die quæstionem, disputent; incipiendo post festum Sancti Dionysii primum librum Physicorum super dubia ibidem mota, et sic cursorie per libros naturalis philosophiæ usque ad Quadragesimam; nisi impedimentum aliquod interveniat, ut vesperiæ, sive aliquod aliud per Principalem vel ipso absente Vice-Principalem approbatum. In Quadragesima vero, propter labores Baccalaureorum in scholis publicis, unica disputatio in una hebdomada, videlicet in morali philosophia, sufficiat Volumus etiam et ordinamus, quod, si numerus Baccalaureorum in artibus usque ad quinarium vel infra minuatur, Magistri Regentes in eadem facultate suis vicibus cum illis Baccalaureis disputando numerum senarium, incipiendo a junioribus, compleant, donec ad senarium ipsorum Baccalaureorum numerus iterum augeatur. Quas quidem disputationes, quoad initium et continuationem, et debitam ordinationem in oppositionibus, responsionibus et replicationibus, Vice-Principalem per se vel per alium regulare volumus, nisi pro tempore quo Principali interesse placuerit. Quibus quidem disputationibus omnes Baccalaurei nostri Collegii a principio usque ad finem, diligenter eis intendendo, interesse teneantur, nisi ex urgente causa licentia Principalis vel Vice-Principalis, aut ejus vicem gerentis, petita et obtenta. Magistros etiam in artibus iisdem disputationibus interesse et replicare, secundum ordinem a Principali limitatum, Lectorem vero in singulis disputationibus replicare volumus. Volumus etiam, quod aliam disceptationem theologicam faciant inter se Collegii nostri Magistri theologiæ intendentes, in loco prædicto, singulis hebdomadis pleni termini extra Quadragesimam, a festo Sancti Dionysii usque ad septimum diem Julii†; dum tamen sex, præter Principalem et Vice-Principalem, ejusdem facultatis præsentes existant, qui admissi fuerint per Principalem et sex Socios seniores ad studendum et disputandum in eadem facultate; quam disputationem volumus regulari modo et forma prædictis, sic quod omnes theologi iisdem disputationibus teneantur interesse, ac modo et forma prædictis disputare. Si quis vero in præmissis vel in aliquo præmissorum deliquerit, pro tarditate vel recessu, octo denariis unaquaque vice mulctabitur; pro absentia, duodecim denariis; et pro transgressione ordinis in

Of disputations of Bachelors in Arts.

The theological disputation.

* Originally written, "a festo Sancti Thomæ."
† Originally "festum S. Thomæ Martyris."

disputando, respondendo seu replicando, viginti denariis mulctabitur; nisi ejus causa per Principalem et Vice-Principalem fuerit approbata; et si Principalis abfuerit, tunc per Vice-Principalem et Lectorem. Volumus etiam, quod quilibet in artibus Magister nostri Collegii, post primum annum suæ regentiæ completum, ad lecturas theologiæ admittatur; et post duos annos immediate sequentes prædictam admissionem, ad disputandum in eadem facultate admittatur, vel prius, si Principali, Vice-Principali, et sex Sociis senioribus, vel majori parti eorundem, videatur conveniens. Volumus etiam, quod omnes Baccalaurei nostri Collegii intersint disputationibus Magistrorum in scholis communibus a principio usque ad finem; et quod sint præsentes in scholis quolibet die determinabili in Quadragesima, et quod non recedant quamdiu ibidem continuaverint disputationes, nisi ejus causa per Principalem vel Vice-Principalem fuerit approbata; sub pœna per ipsos taxanda. Item statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes Magistri Regentes, nostri Collegii Socii, disputent in scholis, et intersint Scholis tempore Quadragesimali, secundum limitationem Principalis et Vice-Principalis; sub pœna secundum discretionem eorundem taxanda.

Admission of Masters in Arts to theological lectures and disputations.

Bachelors to attend Masters' disputations.

Masters Regents to dispute in the Schools.

Capitulum XVII.—*De communiis et aliis emolumentis Sociorum.*

Lautitiam magnam in mensis clericorum et præsertim studentium minus congruam arbitramur; quare, scholaribus nostri Collegii moderamen dictæ indicentes, statuimus et ordinamus hebdomadales nostri Collegii communias pro uno ultra duodecim denarios se non debere extendere, præter principales hebdomadas Nativitatis Domini, Paschæ et Pentecostes, in quarum qualibet ad duos solidos; præter etiam hebdomadas Epiphaniæ, Ascensionis, Sanctæ Trinitatis, Sancti Michaelis Archangeli, et omnium Sanctorum; præter etiam quinque hebdomadas Beatæ Mariæ Virginis, hebdomadam etiam Depositionis Sancti Hugonis et Sancti Ceddæ secundo die Martii, dedicationis capellæ, et Carnisprivii; in quarum qualibet ad sexdecim denarios, et non ultra, communias volumus ampliari, si possessiones ad hoc sufficiant. Cum præmissis tamen, de taxatione communiarum hebdomadalium ad duodecim denarios, et ad plures in festis majoribus et duplicibus, ut prædictum est, dispensandi licentiam concedimus Principali cum majori parte Sociorum, in tempore caristiæ duntaxat: quam caristiam intelligimus, quando quarteria frumenti pro duodecim solidis vel ultra in publico foro venditur. Nullusque Sociorum, imo nec Principalis, in sua absentia aliquid percipiat pro communiis, nec alteri assignabit, nisi tempore pestis; quo casu, Principali et Sociis absentibus, et in aliquo honesto loco simul commorantibus, ex consensu Principalis et sex Sociorum seniorum, vel majoris partis

Of weekly commons.

Commons not allowed in absence.

eorum eligendo, et studio incumbentibus, communias concedimus secundum ratam superius annotatam. Habebunt præterea omnes Socii et scholares, dum in Collegio præsentes fuerint, libere et gratis, omnium servientium obsequia, ex sumptibus Collegii. Volumus etiam, quod prædicti servientes habebunt suas communias, limitatas secundum discretionem Principalis, Vice-Principalis et duorum bursariorum nostri Collegii. Præterea, ne detrimentum fiat Collegio nostro vel scholaribus prædictis in communiis suis, statuimus et volumus quod nullus scholaris nostri Collegii non graduatus, nec Baccalaureus, Socius vel non Socius, nisi fuerit ad officium senescalli assignatus, intret promptuarium, panarium vel coquinam, sub pœna denarii pro qualibet vice, nisi habuerit licentiam specialem a Vice-Principali, vel ejus causa ab eodem approbetur; et quod nullus Magistrorum, per Principalem prohibitus intret promptuarium vel coquinam, sub eadem pœna.

Servants' commons.

Against entrance to buttery, pantry, &c.

Capitulum XVIII.—*De numero Sociorum, si necesse fuerit, diminuendo.*

Quia in statutis nostris facta est specialis ordinatio de uno Principali et duodecim Sociis; si decrescente fortuna redditus non sufficiant, ad onera supportanda, subtractio fiat de numero Sociorum ad numerum denarium; et si major subtractio fiat, urgente necessitate, tunc numerus denarius diminuatur ad octonarium vel septenarium sive minorem numerum, facultatibus Collegii congruentibus. Sed, quia accepimus, in Universitate Oxoniensi in quibusdam Collegiis, Socios eorundem, Deum præ oculis non habentes, in fraudem Fundatorum, et illorum grande periculum, suæ fundationis in Sociorum numero secundum facultates et bona eorum minime adimplere, ut ipsi lautius vivant secundum carnem; igitur, ne, occasione licentiandi Principalem et Socios ad diminuendum numerum fundationis nostræ, adversis casibus occurrentibus, torpor seu malus animus iisdem obstet, sole prosperitatis fulgente ad numerum defalcatum recuperandum firmiter injungimus, et sub pœna anathematis ordinamus, ut secundum quod bona fortunæ occurrunt et accrescunt, numerus Sociorum, præcipue si possibile sit ad numerum primarium, videlicet Principalis et duodecim Sociorum, ut in præcedentibus memoratum est, accrescat.

Reduction of number of Fellows from diminution of income.

Capitulum XIX.—*De senescallo communis aulæ.*

Item, ut quotidianæ expensæ nostri Collegii quoad victualia, quatenus communiis Sociorum et scholarium concernunt, utilius et discretius fiant; statuimus et volumus, quod, pro qualibet septimana, unus dicti Collegii graduatus vel presbyter, seriatim in ordine suo, sit victualium omnium pro hebdomada illa emendorum supervisor, cum supervisione et provisione et dispositione unius bursarii. Qui senescallus parcellas

A seneschal to overlook purchases of victuals, &c.

omnium et singularum emptionum, provisionum et expensarum quarumcunque, pro septimana illa, et præsentium et extraneorum, scribat vel scribi faciat, et Senescallus pro illa hebdomada nuncupetur; quemque cibaria Principali, Vice-Principali, Sociis et scholaribus, dicti Collegii, in aula communi sedentibus, administrare, et ad singulas mensas coram iisdem apponere, volumus. Quod quidem onus quemlibet graduatum vel presbyterum nostri Collegii vice sua assumere et subire volumus, Vice-Principali, Doctoribus et in sacra theologia Baccalaureis, ac bursariis, duntaxat exceptis. Idemque senescallus, cum bursariis et dispensatore, coram Principali vel Vice-Principali seu ejus vicem gerente, in fine cujuslibet septimanæ, die Veneris, post prandium, si commode fieri possit, sin autem, die Sabbati immediate sequente, fideliter computet de omnibus emptionibus et expensis sigillatim quolibet die factis, sub pœna Principali reservata.

His accompt.

CAPITULUM XX.—*De lectura hora prandii legenda, et silentio debito servando.*

Reading the Bible during dinner.

Sit etiam in Collegio nostro hora prandii competens lectura Bibliæ, vel alicujus alterius utilis libri, per discretionem Principalis, vel in ejus absentia Vice-Principalis, quando et quamdiu videbitur expediens. Cui lecturæ omnes Socii et scholares, Socii et non Socii, sub silentio epulantes, diligenter et reverenter intendant, audientiamque hujusmodi lecturæ per verbositates, confabulationes, murmurationes, clamores, risus, aliosve tumultus, non impediant quovismodo; sed tam in aula, mensa, cameris et capella, quam alibi infra dicti Collegii præcinctum, modesto et urbano modo absque strepitu seu clamore loquantur. Volumus etiam, quod nullus Sociorum vel scholarium a mensa recedat, nisi prius dictis gratiarum actionibus, et aliis suffragiis dici consuetis, absque licentia Principalis vel senioris Socii in mensa sedentis petita et obtenta. Dictisque gratiarum actionibus et aliis suffragiis, recedat unusquisque Sociorum et scholarium ab aula, non longam ibidem faciendo moram, nec in aliquo loco publico infra præcinctum ejusdem Collegii; nisi extraneorum præsentia, aut alia rationabilis causa, per Principalem, vel eo absente Vice-Principalem, aut ipsis absentibus per locum-tenentem, approbanda, aliter exposcat. Siquis vero præmissis sive alicui præmissorum contravenire præsumpserit, pro qualibet vice duobus denariis mulctabitur; quod si sæpius in ea parte culpabilis repertus fuerit, pœna juxta Principalis discretionem, seu ipso absente Vice-Principalis, et majoris partis sex Sociorum seniorum, augeatur. Præterea volumus, quod quilibet scholaris nostri Collegii, Socius et non Socius, nullo alio idiomate loquatur quam Latino, in aula et capella, ac cæteris locis publicis infra præcinctum nostri Collegii prædicti, nisi in præsentia

Grace after dinner.

Remaining in hall after dinner.

Speaking in Latin.

extraneorum; post primam monitionem sub pœna oboli, quotiescunque sic deliquerit; et si secundo moneatur, sub pœna denarii, quotiescunque post ipsam monitionem offenderit.

Capitulum XXI.—*De indumentis Sociorum.*

Quia clerus populo esse debet tanquam lucerna ardens, et gravitatis exemplum præbens, et ne clericus a laico propter habitus indecentiam haud discerni queat; statuimus, ordinamus et volumus, quod Principalis ac omnes et singuli scholares, Socii nostri Collegii, nullis indumentis aliis quam quæ statui sacerdotali, sacris canonibus, et discretionibus Principalis et Vice-Principalis, congruere et convenire videbuntur, infra Universitatem vel extra quovismodo utantur. Et quod nullus prædictorum Sociorum inordinatos crines nutriat, aut ipsos in collo vel in fronte nimis protensos habeat; et quod coronam deferant eorum gradui et statui congruentem. Statuentes præterea, quod nullus prædictorum liripipio publice in Universitate utatur, vocato *Tippet*, nisi ad beneficium fuerit promotus ultra valorem cum statutis et ordinationibus nostris compatibilem, vel proficiscendo ab Universitate, vel redeundo. Nullus etiam prædictorum extra Collegii præcinctum mantello utatur, nisi in casu infirmitatis, et præhabita Principalis, vel eo absente Vice-Principalis, licentia. Statuimus præterea, quod omnes et singuli prædicti togis longis in parte anteriori consutis infra Universitatem utantur, et quod nullus eorum pelluris pretiosis et sumptuosis vulgariter dictis *Sabills* sive *Matrons*, pannove de velvet, damasco, sattin, aut chamblet, in suis vestibus, internis sive externis, aut earum fimbriis sive extremitatibus, vel in eorum liripipiis, in Universitate quoquo modo utatur. Et si quis in præmissis seu aliquo præmissorum culpabilis sive transgressor inveniatur, et super his convictus fuerit, pro prima vice octo denariis mulctabitur. Qui si quarto deliquerit, et rebellis aut obstinatus existat, ab ipso Collegio præsentis statuti vigore ipsum exclusum decrevimus ipso facto. Et quod scholares nostri Collegii non Socii non utantur aliis indumentis quam quæ statui eorum sunt decentia; et hoc secundum judicium Principalis et Vice-Principalis, sub pœna prætaxata.

Of the clothes of the Fellows.

Capitulum XXII.—*De pace inter Socios et non Socios observanda.*

Item, ut pax et tranquillitas studentium in nostro Collegio melius conservetur, et scandalum evitetur, statuimus, ordinamus et volumus, quod si quis non Socius aliquem alium non Socium intra præcinctum Collegii nostri violenter percusserit, si id fiat pugno, manu, pede, vel quovis alio instrumento naturali consimili, tribus solidis et quatuor denariis mulctabitur. Quod si baculo aut alio instrumento artificiali consimili aliquem

Penalties for striking or wounding.

prædictorum percusserit, et hoc citra sanguinis effusionem, sex solidis et octo denariis. Et si aliquis levaverit aliquod instrumentum artificiale ad aliquem percutiendum, vel jactaverit lapidem intendere, eadem pœna prædicta mulctabitur: si vero usque ad sanguinis effusionem, tredecim solidis et quatuor denariis mulctabitur. Veruntamen, siquis non Socius aliquem Socium violenter percusserit, si primo modo fiat, sex solidis et octo denariis; si secundo modo, tredecim solidis et quatuor denariis; si vero tertio modo, viginti solidis, mulctabitur. Consimili quoque modo quemlibet Socium puniri volumus, si aliquem non Socium violenter percusserit. Volumus etiam, quod, præter pœnas prædictas, semper fiat satisfactio parti læsæ, judicio Principalis et Vice-Principalis. Statuentes ulterius, quod si aliquis prædictorum aliquod verbum opprobriosum alteri objecerit, vel de altero dixerit unde verisimile est quod contentio seu briga oriatur, octo denariis mulctabitur; quam summam volumus augeri si opus fuerit, secundum discretionem Principalis et Vice-Principalis. Et si contingat aliquem scholarem non Socium esse negligentem in studio, post trinam monitionem per Principalem aut Vice-Principalem factam; vel si homicidium, furtum, adulterium, rapinam, perjurium, sacrilegium, vel simoniam, seu gravem lapsum carnis, vel aliam notam turpitudinis (quod absit!) incurrere contigerit; aut si fuerit noctivagus, vel scandat muros dicti Collegii, aut aliud grave delictum commiserit, per quod grave scandalum in dicta domo sive extra domum fuerit suscitatum; aut si quis eorum rixosus sive jurgiorum inter Socios vel scholares suscitator creber extiterit; a Collegio prædicto amoveatur. Si vero de aliquo præmissorum modo legitimo non constiterit, sed de aliquo prædictorum probabiliter secundum judicium Principalis sit suspectus; tunc Principalis injungat ei purgationem, inducendo secum duos sociorum suorum de tali delicto non suspectos, qui secum jurabunt, tactis per ipsos et ipsorum quemlibet sacrosanctis Evangeliis, quod ipsum delictum, de quo sit ipsa suspicio, non commiserit; quod si non fecerit, a Collegio nostro prædicto amoveatur. Si tamen aliquis eorum levi fama alicujus delicti de præmissis, vel alterius transgressionis aut excessus gravis, repertus fuerit; vel inobediens erga Principalem seu alios superiores dicti Collegii, leviterve murmurans, aut leve jurgium vel contentionem habens cum sociis suis vel cum Socio aliquo, repertus fuerit; trina monitione super eodem genere delicti corrigatur per dictum Principalem, vel in ejus absentia Vice-Principalem; primo, videlicet, inter corripientem et ipsum; secundo, adhibitis duobus tribusve testibus de societate prædicta: tertio, si corripientem non audierit, coram societate tota dictorum Sociorum, ad hoc, quatenus adhiberi poterunt, congregata, moneatur: et si sic emendare noluerit, a dicto Collegio extunc sit omnino expulsus. Si vero aliquem non Sociorum incurabili morbo

Opprobrious language.

Offences to be punished by expulsion.

Purgation from suspected offences.

Minor offences.

Infectious diseases.

infectivo et horribili, ut lepra, vel consimili (quod absit!) infici contigerit, ne cæteri Socii læsionem vel infectionem per eum patiantur, a Collegio amoveatur.

CAPITULUM XXIII.—*De armis non portandis, et de impedimentis studii removendis.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus Socius vel scholaris nostri Collegii arma quæcunque invasiva seu defensiva infra Universitatem deferre præsumat, publice vel occulte, nisi devillando aut redeundo, aut ex alia causa per Principalem et ipso absente Vice-Principalem et duos Socios seniores approbata vel approbanda. Statuentes præterea, quod nullus Sociorum aut scholarium vel servientium dicti Collegii ad taxillos, aleas, chartas aut pilam, ludat, nec aliquem alium ludum noxium, inhonestum seu illicitum, infra dictum Collegium vel alibi infra Universitatem Oxoniensem, exerceat quovismodo. Permittimus tamen, quod, tempore Natalis Domini, chartas seu alium ludum honestum secundum judicium Principalis, vel eo absente Vice-Principalis, publice in aula exercere valeant. Si quis autem huic statuto, aut alicui particulæ ejusdem, contravenire præsumpserit, cujuscunque gradus aut conditionis fuerit, pro prima vice octo denariis, pro secunda vice sexdecim denariis, et pro tertia vice, si super hoc convictus fuerit, sex solidis et octo denariis, mulctabitur. Et si deinceps in ea parte culpabilis repertus fuerit, juxta discretionem Principalis, vel eo absente Vice-Principalis, et sex Sociorum seniorum vel majoris partis eorundem, pœna graviore puniatur, vel a Collegio amoveatur. Præterea vero statuentes, quod nullus Sociorum aut scholarium, sive servientium, aliquem canem sive avem qualemcunque sive aliud quodcunque animal, infra dictum Collegium vel extra, ad damnum seu detrimentum ejusdem, sive ad nocumentum, inquietationem aut perturbationem alicujus Sociorum vel scholarium ejusdem Collegii, nutriat seu custodiat. Nec etiam cantu, clamore, vociferatione, instrumento musico, aut quovis genere tumultus, Socium aut scholarem quemcunque dicti Collegii, quo minus studere aut dormire valeat, quoquo modo impediat. Nullus denique prædictorum extra Collegii præcinctum solus incedat, si convenienter comitem habere poterit, nisi ad scholas vel ad lecturam se contulerit. Nec ullus etiam prædictorum seniorem suum contemnat, sed tam domi quam foris, in capella, mensa et vicis, illi cedat. Si quis vero in aliquo præmissorum deliquerit, pro prima vice duobus denariis mulctabitur, pro secunda quatuor denariis, et pro tertia vice, judicio Principalis et sex Sociorum seniorum, majore pœna corripiatur.

Carrying arms.

Games of dice, cards, &c.

Keeping dogs, birds, &c.

Walking alone out of the College.

Behaviour to seniors.

CAPITULUM XXIV.—*De concordia Sociorum et non Sociorum in electionibus officiariorum Universitatis.*

Ne occasio discordiæ inter scholares nostri Collegii pro

Agreement of Fellows and non-Fellows in elections of University officers.

electione officiariorum Universitatis Oxoniensis oriri contigerit, idcirco statuimus et ordinamus, quod si non omnes scholares nostri Collegii, Socii et non Socii, in electione Cancellarii sive alterius officiarii Universitatis Oxoniensis, ipsi electioni interesse habentes, consenserint; tunc cuicunque sive quibuscunque major pars scholarium Sociorum cum majori parte non Sociorum consenserint, nullus prædictorum ipsi electioni dissentiat, sub pœna expulsionis a Collegio nostro memorato. Sed si major pars scholarium non Sociorum in electione prædicta non conveniet cum majori parte Sociorum, tunc judicio Principalis cum majori parte sex Sociorum seniorum in ipsa electione vel in ipsis electionibus conveniant, vel ad minus non dissentiant, sub pœna prætaxata.

CAPITULUM XXV.—*De absentia Principalis et Sociorum.*

Allowance of absence to Principal and Fellows.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod Principalis nostri Collegii, qui pro tempore fuerit, ultra mensem in pleno termino nullatenus se absentet, præterquam in negotiis Collegii, nisi causa suæ absentiæ discretione Principalis et majoris partis sex Sociorum videatur approbanda, et infra tres menses de facto approbetur; cujus contrarium si fecerit, eo facto suo officio sit privatus. In magna tamen vacatione, per duos menses ipsum abesse bene licebit. Nemini vero Sociorum liceat in pleno termino ultra mensem abesse, sub pœna expulsionis perpetuæ a dicto Collegio, nisi causa suæ absentiæ per Principalem, vel ipso absente Vice-Principalem, et sex Socios seniores, vel majorem partem eorundem, approbetur. In causa tamen minoris absentationis, Principali et in ejus absentia Vice-Principali potestatem committimus dispensandi. Concedimus tamen cuilibet Socio nostri Collegii per octo septimanas, et non ultra, in magna vacatione, liberam facultatem se absentandi, ita quod ultra octo hebdomadas continuas sive discontinuas (non computando diei absentiam quo recesserit, nec diei quo redierit) nullus Socius in uno et eodem anno se absentet, nisi ejus causa modo prædicto approbetur. Hujusmodi vero annum incipere volumus immediate post magnum computum bursariorum, et electionem officiariorum; quo quidem tempore nec Principalem nec Sociorum aliquem nostri Collegii absque urgente causa se absentare volumus. Nunquam vero pauciores Socii quam sex in ipso Collegio, etiam tempore vacationis magnæ, remaneant, nisi forte ingruente peste vel alia consimili infirmitate contagiosa; quo casu, de licentia Principalis et sex Sociorum seniorum, vel majoris partis eorum, se poterunt absentare. Proviso tamen, quod, in tali tempore, quatuor saltem Socii ipsius Collegii discreti in eodem permaneant, pro rebus et bonis ipsius Collegii conservandis, judicio Principalis et duorum Sociorum seniorum nominandi et deputandi; pro quorum communiis parandis et aliis necessariis, etiam communes

Number of Fellows required to be always in the College.

servientes in ipso Collegio remanere volumus. Ordinamus præterea, quod nullus scholaris nostri Collegii, Socius vel non Socius, ex quavis causa in patria existens, coquum, mancipium, aut alium servitorem vel alios servitores, ex sumptibus Collegii habeat. Proviso semper, quod nullus Socius aut scholaris nostri Collegii se absentet absque licentia Principalis vel Vice-Principalis petita et obtenta, sub pœna quatuor denariorum. Nolumus, tamen, quod Principalis aut Vice-Principalis, in hujusmodi licentia concedenda, se reddat difficilem, nisi ex causa per ipsum et sex Socios seniores vel majorem partem eorum approbanda. Proviso etiam, quod nullus Sociorum aut scholarium nostri Collegii infra præcinctum Universitatis Oxoniensis extra Collegium pernoctet, nisi ex licentia Principalis vel, eo absente, Vice-Principalis petita et obtenta, sub pœna duorum solidorum pro prima vice, et pro secunda vice quatuor solidorum, et pro tertia vice sex solidorum et octo denariorum; et si quarto deliquerit, volumus ipsum expelli: nec ultra duas refectiones continuas se absentet, nisi licentia Principalis, vel in ejus absentia Vice-Principalis, petita pariter et obtenta, sub pœna quatuor denariorum.

Fellows in the country to have no allowance for servants.

Passing the night out of College.

Capitulum XXVI.—*De Sociis Collegii promotis, et de causis amotionis et recessus eorundem.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod quilibet Socius dicti Collegii, habens patrimonium, feodum, annuam pensionem, præbendam, liberam capellam, aut aliud beneficium ecclesiasticum perpetuum quodcunque, cum cura vel sine cura, quod summam decem marcarum de claro communibus annis excedat, aut [qui] vicariam perpetuam cujuscunque valoris, aut cantariam aliquam, extra Universitatem, obtinuerit, Societatem et jus Socii ejusdem amittat. Infra tamen Universitatem, in misericordia nostra, cum ipsis Sociis, quo melius libros emere et alia necessaria sibi providere valeant, dispensamus; et permittimus ut cum Collegio beneficium quodcunque, etiam vicariam perpetuam, vel cantariam, quod summam decem marcarum non excedat, aut sine beneficio cantariam, pensionem vel feodum, annuale servitium pro vivis vel pro defunctis, usque ad summam decem marcarum, retinere valeant. Proviso semper, quod nullum beneficiorum, cantariarum, aut cæterorum præmissorum, obliget recipientem ad aliquam observantiam impeditivam nostræ ordinationis in statutis nostris observandæ: et quod habens hujusmodi servitium non minus corditer nec minus efficaciter quotidiana vota Domino fundat pro animabus nostris, et aliorum Benefactorum ejusdem Collegii; et quod, ratione ejusdem servitii, non impediatur ab officiis divinis diebus festis in capella nostri Collegii celebrandis. Et ad hanc ordinationem inviolabiliter observandam, unusquisque Sociorum sic promotus, ad evitandum

Forfeiture of Fellowship by promotion to a benefice above a certain yearly value, &c.

omnem dolum, fraudem, simulationem et cautelam, quæ circa hanc materiam aliquo modo poterunt imminere, coram Principali, vel in ejus absentia Vice-Principali, et sex Sociis senioribus tunc præsentibus, post hujusmodi suam promotionem, de annuo valore sui beneficii, secundum suam existimationem, juramentum præstabit corporale: quod juramentum Principalis, vel eo absente Vice-Principalis, cum primum de ipsius Socii promotione sibi constiterit, a sic promoto infra tres dies, si ipse promotus præsens fuerit, sin autem, si fuerit absens, infra duos menses, exigere teneatur. Cuilibet tamen Socio ut præfertur promoto annum, immediate sequentem a tempore suæ promotionis computandum, ad percipiendum communias et alia Collegii emolumenta, concedimus gratiose. Proviso, quod subeat labores et correctiones in statutis nostris limitatas; et quod actualiter Socius in ipso gratitudinis anno existat. Principalem vero dicti Collegii propter aliqua beneficia ecclesiastica, redditus vel proventus, spirituales vel temporales, cujuscunque valoris existant, per ipsum obtenta vel in posterum obtinenda, ab officio Principalitatis moveri nolumus; dum tamen in dicto Collegio resideat, et officium suum juxta statutorum exigentiam gerat et exequatur. Præterea, si quis Sociorum prædictorum religionem intraverit, uxoremve duxerit, vel ad aliquod obsequium se transtulerit, per quod a studio in Universitate Oxoniensi impediatur, vel ab ipso Collegio animo studium deserendi recesserit, trahendo moram ultra octo hebdomadas continuas sive non continuas eodem anno, nisi ejus causa secundum modum prædictum fuerit approbata, aut in ipso Collegio studendi diligentiam neglexerit, ad moram ulteriorem faciendam in ipso Collegio, et ad societatem Sociorum prædictorum, necnon ad exhibitionem supradictam ulterius recipiendam, totaliter reputetur indignus, et a dicta Societate removendus. Et id idem observetur, si quemcunque Socium dicti Collegii homicidium, furtum, adulterium, rapinam, perjurium, sacrilegium, vel simoniam, seu gravem lapsum carnis, vel aliam notam turpitudinis (quod absit!) incurrere contigerit; aut si fuerit noctivagus, vel scandat muros dicti Collegii, aut aliud grave delictum commiserit, per quod grave scandalum in dicta domo sive extra domum fuerit suscitatum; aut si quis eorum rixosus, sive jurgiorum suscitator inter Socios vel scholares creber, extiterit; vel si Socius aliquem Socium dicti Collegii violenter purcusserit, sive aliter intolerabilis in Collegio prædicto existat; cum de aliquo præmissorum per facti evidentiam, confessionem propriam, testes idoneos, seu quovis alio modo, legitime constiterit, transgressor hujusmodi a Societate et Collegio prædictis amoveatur. Si vero de aliquo præmissorum modo legitimo non constiterit, sed de aliquo prædictorum probabiliter secundum judicium Principalis sit

Exception in favour of Principal.

Other causes of forfeiture of Fellowship.

Purgation from suspected offences.

suspectus: tunc Principalis injungat ei purgationem, inducendo secum duos Sociorum de tali delicto non suspectos, qui cum eo jurabunt, tactis per ipsos et ipsorum quemlibet sacrosanctis Evangeliis, quod ipsum delictum de quo sit ipsa suspicio non commiserit; quod si non fecerit, a Collegio nostro prædicto amoveatur. Si tamen aliquis eorum levi fama alicujus delicti de præmissis, vel alterius transgressionis aut excessus gravis, repertus fuerit, vel inobediens erga Principalem vel alios superiores dicti Collegii, leviterve murmurans, aut leve jurgium vel contentionem habens cum Socio vel non Socio, repertus fuerit: trina monitione super eodem genere delicti corrigatur per dictum Principalem, vel in ejus absentia Vice-Principalem; primo, videlicet, inter corripientem et ipsum; secundo, adhibitis duobus tribusve testibus de Societate prædicta; tertio, si corripientem non audierit, coram Societate tota dictorum Sociorum, ad hoc, quatenus adhiberi poterint, congregata, moneatur; et si sic emendare noluerit, a dicto Collegio extunc sit omnino expulsus. Si vero aliquem Sociorum incurabili morbo infectivo et horribili, ut lepra, vel consimili (quod absit!) infici contigerit, ne cæteri læsionem vel infectionem per eum patiantur, a cohabitatione Sociorum, quocunque voluerit, se divertat, et pro jure Societatis, dummodo caste vixerit, et non fuerit promotus ad summam decem marcarum per annum, quadraginta solidos annuatim percipiat, et non ultra, de bonis Collegii; ita quod in nullis electionibus aut negotiis Collegii interesse habeat. Item, si quis Sociorum nostri Collegii, infra septem annos postquam susceperit gradum Magistratus, sacros ordines non habuerit, volumus ipsum a nostro Collegio amoveri. Et si ordinem Diaconatus* ante sextum annum non susceperit, volumus quod ad nullum officium in nostro Collegio admittatur. Volumus, insuper, quod quilibet percutiens Principalem, Vice-Principalem vel ejus vicemgerentem, ipso facto a Collegio sit expulsus; nisi Principalis et quilibet sex Sociorum seniorum judicaverint ipsum aliter puniendum, et non expellendum: et quod, ultra hoc, incurrat pœnam pecuniariam in statutis nostri Collegii limitatam. Item quod nullus, semel a nostro Collegio expulsus, iterum in idem, tanquam Socius vel scholaris aut serviens, recipiatur vel admittatur. Et etiam, quod nullus recedens a nostro Collegio, et admissus in aliud Collegium vel Aulam, iterum in nostrum Collegium recipiatur, tanquam Socius vel non Socius; nisi per Principalem et sex Socios seniores, vel majorem partem eorundem, in illud fuerit admissus.

Punishments of minor offences.

Infectious diseases.

Fellows to take holy orders.

Striking the Principal or Vice-Principal.

Against readmission after expulsion, or withdrawal to another College.

Capitulum XXVII.—*De servientibus Collegii.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod in dicto nostro Collegio sit semper unus honestus, fidelis, et ad legendum

Of the Bible reader.

* In other MSS. written "Subdiaconatus."

Digitized by Google

aptus, qui quotidie in prandio Bibliam vel aliquem utilem librum, secundum discretionem Principalis, vel eo absente Vice-Principalis, assignatum, distincte et aperte leget, quando et quamdiu seniori præsenti videbitur expediens; et tam in prandio quam in cœna, omnibus in mensa sedentibus, præterquam dictæ lectionis tempore, diligenter ministrabit. Idemque omnia vestimenta, calices, libros, et alia omnia ornamenta ad capellam dicti Collegii pertinentia, præcipue ea quæ sunt quotidiano usui necessaria, diligenter et fideliter, cum supervisione unius Socii dicti Collegii ad hoc assignati, custodiat, eademque cum opus fuerit exportabit, ac tempore congruo reponet; et ostia omnia et seras dictæ Capellæ temporibus congruis claudet et aperiet; et ad officia divina pulsabit, luminaria accendet et extinguet, panem, vinum et aquam, et alia circa dictam capellam necessaria, secundum discretionem et jussionem Vice-Principalis parabit. Sit etiam in Collegio nostro prædicto unus dispensator sive mancipium, qui, cum supervisione bursariorum et senescalli, singulis septimanis de victualibus septimanalibus emptiones et provisiones faciat; tamque in prandio quam in cœna omnibus in mensa sedentibus, una cum senescallo et lectore Bibliæ, diligenter serviet; in quorum adjutorium duos vel plures servientes ex scholaribus, non presbyteris nec graduatis, secundum discretionem Vice-Principalis, singulis hebdomadis deputari volumus. Sit etiam in promptuario nostri Collegii unus subdispensator sive promus, qui in dicto promptuario nostri Collegii ad serviendum Principali, Sociis et scholaribus, ejusdem Collegii, jugiter debeat horis congruis permanere: cui dictum mancipium, ad panem in biberiis distribuendum, et ad omnia ex promptuario deliberata, cum fuerit opus, scribenda, adesse volumus. In coquina vero volumus quod sit unus coquus superior, qui mancipio prædicto in emptionibus victualium assistet; sub quo unum vel plures, prout Principali et bursariis melius videbitur, esse volumus, etiam de bonis Collegii exhibendis. Volumus etiam quod sit unus janitor, qui portis et ostiis communibus dicti Collegii claudendis et aperiendis temporibus debitis assidue intendat. Qui etiam in dicto Collegio barbitonsoris officium exerceat, et circa Principalem, Socios, scholares et servientes, dicti Collegii, officium suum diligenter exequatur: aliis vero temporibus Principali diligenter intendat. Illud autem ordinamus ac in perpetuum observari præcipimus, quod singula ministeria dicto Collegio ac personis ejusdem competentia, præsertim infra præcinctum ejusdem, (ut quælibet sinistra suspicio evitetur) per masculos exerceantur; nisi forte sit mapparum et aliorum usualium vestimentorum lotrix, quæ singula sic lavanda ad portas recipiat et deliberet; quam ætatis talis talisque conditionis esse volumus in qua omnis suspicio sinistra evitetur. Quos omnes et singulos servientes prædictos annuatim percipere volumus, pro suis salariis

Of the Steward or Manciple.

Of the Under-Steward or Butler.

The Cook, Porter, and Barber.

The Laundress.

Digitized by Google

et stipendiis, prout Principalis, Vice-Principalis et senior bursarius, cum eisdem melius convenire poterunt.

Capitulum XXVIII.—*De expensis Sociorum in Collegii negotiis extra missorum.*

Item statuimus et volumus, quod Sociis qui in negotiis Collegii ad extra missi fuerint, et ea occasione extra studium egerint, expensæ de bonis Collegii utiles ac necessariæ, prout justum fuerit, juxta negotiorum procurandorum qualitatem, loci distantiam et temporis exigentiam, arbitrio Principalis et bursariorum, et aliorum duorum seniorum, vel, Principali absente, Vice-Principalis et bursariorum et prædictorum duorum seniorum dicti Collegii, ministrentur et finaliter allocentur. Ipsique Socii sic missi ad reddendum coram personis prædictis fidelem computum de hujusmodi expensis factis, quod tradent pecunias alteri bursariorum, si quas receperint, infra tres dies postquam redierint, in virtute juramenti ipsorum dicto Collegio præstiti, eorum conscientiis sint præsentis auctoritate statuti arctius onerati, et sub pœna omnium illarum expensarum amissionis. Ab illis vero Sociis qui de licentia in negotiis propriis absentes fuerint, communiæ concernentes eosdem pro tempore absentiæ suæ hujusmodi sint abstractæ, et ad incrementum et sustentationem dicti Collegii, ut alia bona ejusdem, communiæ permaneant et cedant.

Expenses of Fellows engaged in College business.

Commons of Fellows absent on private business.

Capitulum XXIX.—*De extraneis non introducendis.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus Sociorum aut scholarium nostri Collegii extraneum vel extraneos, unum vel plures, in nostrum Collegium introducendo, cuiquam Sociorum vel scholarium prædictorum profectus studii scholastici præstet impedimentum, vel sit in Collegio Sociis vel scholaribus ejusdem onerosus, præjudicialis, vel quomodolibet damnosus. Si tamen alicujus Sociorum vel scholarium prædictorum pater, frater, nepos, consanguineus, propinquus, amicus, vel extraneus, ad eorum aliquem venerit, per præsens nostrum statutum non intendimus prohibere quin talem venientem, ex Principalis, vel eo absente Vice-Principalis, licentia, possit in camera vel in aliquo locò conveniente suis sumptibus propriis, sine onere Collegii cæterorumque impedimento, recipere et pascere, ut placet, duobus vel tribus diebus, et non ultra. Ita quod nullus dictorum extraneorum infra Collegium hospitetur aut pernoctet; illis tamen exceptis, qui ejusdem Collegii Socii vel scholares prius extiterunt, et inde ex causis honestis recesserunt, una cum eorum servientibus, quos ibidem, ex licentia Principalis, vel eo absente Vice-Principalis, pernoctare posse permittimus. Si quis vero dicti Collegii aliquem extraneum ad pernoctandum infra prædictum Collegium contra formam hujus statuti admiserit, vel pernoctationis

Introduction of strangers.

Strangers not to pass the night in College.

ejusdem causam dederit, pro prima vice sex denariis, pro secunda vice duodecim denariis, et pro tertia vice viginti denariis, mulctabitur. Et si postea in ea parte culpabilis repertus fuerit, pœna contra ipsum aggravetur, secundum discretionem Principalis, vel eo absente Vice-Principalis, et bursariorum dicti Collegii. Permittimus tamen, quod Principalis, et in ejus absentia Vice-Principalis, pro duabus vel tribus noctibus et non ultra, extraneum ad se venientem in dicto Collegio sinat pernoctare.

Capitulum XXX.—*De dispositione camerarum.*

Respecting chambers.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod in singulis cameris superioribus nostri Collegii tres de numero Sociorum et scholarium prædictorum, in singulis vero cameris inferioribus quatuor, locentur et ponantur, si numerus scholarium ad hoc sufficiat, et longitudo et latitudo cameræ judicio Principalis id permittant: exceptis tamen turri et cameris Principalis, una cum camera inter aulam et coquinam pro computo bursariorum ac firmariorum reservata, vel alia camera magis conveniente juxta discretionem Principalis. Quas quidem cameras omnes et singulas Sociis et scholaribus ac aliis quibuscunque personis nostri Collegii, secundum modum prædictum, per Principalem, vel eo absente Vice-Principalem, deputari et assignari volumus: quorum deputationi et assignationi stari et obtemperari præcipimus. Ita tamen, quod Socii nostri Collegii soli in singulis lectis, absque causa rationabili per Principalem approbata, cubare debent. Alios vero quoscunque non Socios solos vel cum aliis, prout Principali et Vice-Principali melius et convenientius videbitur, cubare permittimus. Insuper volumus, quod Socii nostri Collegii moribus et profectui scholastico scholarium in suis cameris locatorum effectualiter superintendant; et eorum defectus et excessus, cum requisiti fuerint, sub vinculo juramenti Collegio præstiti, Principali denuntient. Insuper volumus, quod camera superior ac etiam inferior inter aulam et vicum scholarum sint pro filiis nobilium, secundum discretionem Principalis.

For sons of noblemen.

Capitulum XXXI.—*De portis et ostiis claudendis.*

Of closing gates.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod omnia ostia et portæ nostri Collegii immediate post horam nonam ad noctem per janitorem claudantur et serentur; clavesque ad Principalem vel ipso absente Vice-Principalem deferantur, sub pœna quatuor denariorum: et quod iterum non aperiantur ante horam quintam diei subsequentis, nisi ex aliqua causa rationabili per Principalem, vel ipso absente Vice-Principalem, approbanda, sub pœna prædicta. Et si quis scholarium, Sociorum vel non Sociorum, nostri Collegii, post horam prædictam,

portam dicti Collegii pulsaverit, duobus denariis mulctabitur; nisi ejus causa per Principalem vel Vice-Principalem approbetur.

CAPITULUM XXXII.—*De custodia jocalium, ornamentorum, librorum, et aliorum bonorum.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod omnia vestimenta, calices et jocalia, aliaque ornamenta quæcunque a nobis vel ab aliis ad usum ipsius Collegii, et capellæ ejusdem, ad divina in eadem magis honorifice dicenda, pia largitione collata aut conferenda, aut ex bonis ejusdem Collegii sive aliunde quæsita seu quærenda, in aliqua secura et forti domo infra Collegium prædictum ad illum finem disponenda et reservanda, tutius reponantur et conserventur; exceptis iis quæ ad usum quotidianum pertinent: quæ omnia et singula, ullo unquam tempore, quocunque alienationis titulo, in alium usum transferri seu impignorari districtius prohibemus; aut eadem extra Collegii præcinctum quocunque modo deferri, nisi eadem resarciendi vel reparandi gratia, vel alia ardua et necessaria causa, per Principalem, vel in ejus absentia Vice-Principalem, et majorem partem sex Sociorum seniorum dicti Collegii, approbanda. Libros vero quarumcunque facultatum, quos, de voluntate donatoris ac dispositione Principalis et majoris partis sex Sociorum seniorum, ad usum communem Sociorum ibidem apponi et non catenari contingant, Sociis Collegii ejusdem indigentibus ad eorum particularem usum accomodari volumus, per viam novæ electionis annuatim faciendæ. Proviso, quod Socii quicunque dicti Collegii, antequam libros prædictos mutuo accipiant, in parvis indenturis scribant, seu scribi faciant, se recepisse de manibus Principalis, seu in ejus absentia Vice-Principalis, de bonis Collegii prædicti libros sic accommodatos. In quibus etiam indenturis libros hujusmodi scribant per initium secundi folii cujuslibet libri. Quas indenturas in custodia Principalis seu Vice-Principalis remanere volumus. Statuentes præterea, quod nullus liber dicti Collegii ullo modo vendatur, donetur, permutetur, impignoretur, seu alio quovis titulo vel colore alienetur, nec alicui alteri quam dicti Collegii Socio etiam infra Collegium commodetur; nec alicui de Collegio aut extra Collegium quaternatim tradatur pro copia describenda, nec per Principalem nec aliquem alium extra Collegium, nisi ad scholas, portetur. Ita quod nullus liber de nocte remaneat extra Collegium prædictum ullo modo, nisi fuerit ligandus, vel necessario reparandus seu emendandus, quo casu quo citius fieri poterit ligetur, reparetur vel emendetur, et ad Collegium illico reportetur. Insuper volumus, quod quilibet Socius, accedens ad librariam ipsius Collegii, libros quos inspexerit, et fenestras quas aperuerit, ante recessum suum claudat, sub pœna duodecim denariorum ad usum Collegii applicandorum. Et qui ultimus in dicta libraria fuerit, ostium ipsius dictæ librariæ post se

Custody of vestments, plate, etc.

Loans of books.

Alienating or pawning books, etc.

Use of library.

diligenter claudat, sub eadem pœna. Statuentes præterea, quod nullus non Socius ejusdem Collegii dictæ librariæ clavem penes se retinebit, absque licentia Principalis vel ipso absente Vice-Principalis, sub eadem pœna. Insuper statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes libri, omnia vestimenta, calices, jocalia et alia ornamenta capellæ et aulæ dicti Collegii, jam collata et in posterum conferenda, in uno registro, ad hoc specialiter de membranis facto, conscribantur. In quo quilibet liber per initium secundi folii, et alia quæcunque prædicta per suas qualitates, distincte et separate, una cum nominibus donatorum suorum, conscribantur; quod registrum in cista communi dicti Collegii reponatur. Inscribantur insuper in secundo folio cujuslibet libri, vel ubi commodius fieri poterit, nomina donatorum eorundem librorum, cum hujusmodi clausula, videlicet. *Liber Aulæ Regiæ et Collegii de Brasennose ex dono N.*, adjectis nomine et cognomine donatoris. Proviso semper, quod in omni donatione librorum vel aliarum rerum quarumcunque, per vivos seu in ultima voluntate facienda, donatoris hujusmodi voluntas seu dispositio (præsenti statuto non obstante) in omnibus observetur. Si quis vero librum sive aliquod prædictorum bonorum perdiderit, consimile vel ad valorem ejusdem restituat, vel ad minus secundum discretionem Principalis solvat, sub pœna perditionis communiarum quousque satisfecerit.

Register of books, vestments, plate, etc.

CAPITULUM XXXIII.—*De possessionibus non alienandis, et de beneficiis, maneriis, et tenementis ad firmam dimittendis.*

Against alienating advowsons, lands, etc., in fee, or for life.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod maneria, advocationes, patronatus ecclesiarum, terra, tenementa, redditus, servitia, nativi, solum vel area bosci seu terra in qua boscus crescit, prata, pascuæ vel pasturæ, seu alia bona immobilia quæcunque dicti Collegii, sive sint spiritualia sive temporalia, aut etiam mixta quæcunque, nullo tempore in feodum vel ad terminum vitæ alienentur seu impignorentur; nec maneria ultra terminum triginta annorum, seu ecclesiæ appropriatæ ultra terminum duodecim annorum, ad firmam nec alio modo tradantur seu dimittantur. Permittimus, tamen, quod terræ, tenementa, messuagia et tenuræ quæcunque, cum eorum pertinentibus, quæ solebant teneri a tenentibus, tam in civitatibus et villis quam in maneriis suis vel ecclesiis eis appropriatis, et aliis locis quibuscunque, ad prædictum Collegium qualitercunque spectantia, et quæ ad manus prædictorum Principalis et scholarium per escaetatem et defectum hæredum vel tenentium seu alio modo quocunque devenerint, concedi vel tradi poterunt per fines et copias rotulorum curiarum, juxta consuetudinem maneriorum in ea parte antiquitus usitatam. Concedimus etiam potestatem Principali et sex Sociis senioribus, cum consensu Episcopi Lincolniensis, qui pro tempore fuerit,

Grant by copy of Court Roll.

alienandi terras, tenementa, et cætera præmissa; sic quod ipsa alienatio non fiat ad detrimentum nostri Collegii antedicti. Statuentes præterea, quod Principalis et Socii dicti Collegii pensiones annuas vel cantarias perpetuas, aut corrodia aliqua, nullo modo concedant, nec ad alia onera, spiritualia vel temporalia, dictum Collegium in perpetuum vel ad terminum quadraginta annorum obligent quovismodo; nisi redditus, terras et possessiones, ad hujusmodi onera supportanda sufficientes, similiter recipiant. Statuimus præterea, quod nullum manerium nec tenementum nostri Collegii Principali vel alicui Sociorum ejusdem ad firmam dimittetur.

Against granting annual pensions, corrodies, etc.

Leases to Principal or Fellows.

Capitulum XXXIV.—*De supervisione maneriorum et terrarum, et computis bursariorum et firmariorum.*

Item, ne per negligentiam supervisionis terrarum tenementorumque, et proper defectum reparationis maneriorum et tenementorum, nostrum Collegium in suis bonis damnum vel detrimentum patiatur statuimus. ordinamus et volumus, quod singulis annis, post festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, quo citius commode fieri poterit, fiat circuitus et progressus per unum Socium fidelem et discretum, a Principali, vel ipso absente Vice-Principali, et sex Sociis senioribus electum, cum collectore reddituum sive clerico computi, ad omnia maneria, beneficia, terras, tenementa, hæreditamenta, boscos, ac quæcunque alia ædificia ad ipsum Collegium spectantia, supervidenda; (nisi prius aliquod prædictorum fuerit visitatum per Principalem vel aliquem Socium ejusdem Collegii eodem anno); necnon ad pecunias Collegio debitas, una cum arreragiis, exigendas, colligendas et recipiendas. In quibus quidem supervisionibus maneriorum aliorumque omnium ædificiorum, et in quaruncunque receptionum temporibus, volumus quod fiant de et super omnibus et singulis summis sic receptis mutuæ indenturæ inter receptores ex parte Collegii et firmarios et cæteros quoscunque solventes; ac quod receptores hujusmodi, infra sex dies postquam ad Collegium redierint, tradant bursariis dicti Collegii omnes et singulas summas sic receptas, cum indenturis earum receptionum, in præsentia quatuor Sociorum seniorum tunc præsentium; eisque expensæ rationabiles, secundum discretionem dictorum quatuor seniorum, finaliter allocentur, et per dictos bursarios solvantur. Et si novæ ædificationes vel aliquæ magnæ reparationes maneriorum vel domorum contigerint faciendæ, illæ incipiantur in mense Martii proxime futuri, et ante festum Simonis et Judæ conterminentur: ædificationibus et reparationibus, quæ absque dispendio differri non poterunt, duntaxat exceptis Volumus etiam, quod, in prædicto circuitu, per prædictum Socium præmoneantur omnes et singuli ballivi, præpositi, firmarii, et alii ministri

Yearly progress to inspect lands, etc., and collect debts.

Indentures of receipt with farmers.

Buildings and repairs of manors.

quicunque ad computandum astricti, quod sint parati ad certum diem infra mensem Novembris, per Principalem et Sex Socios seniores præsentes, vel per majorem partem ipsorum, limitatum et assignatum, et per Socium prædictum ballivis, firmariis, ac aliis ministris, denuntiatum, pro suis computis in Collegio nostro apud Oxoniam reddendis; vel tunc coram illo Socio computum faciant, et pecunias Collegio debitas cum omnibus arreragiis eodem tempore solvant. Statuimus præterea, quod per Principalem et sex Socios seniores et clericum computi audiatur computus supradictorum ballivorum, firmariorum, et omnium aliorum ministrorum extrinsecorum, tempore prædicto, statimque finalis computus omnium communiarum et aliarum expensarum dicti Collegii, qualitercunque factarum, per bursarios fideliter, complete reddatur, et per prædictos auditores audiatur et debite ingrossetur. Et quod omnes libri et rotuli computi hujusmodi et aliorum memorandorum in thesauraria ponantur, et securius custodiantur in una cista ad hoc per Principalem et auditores prædictos deputata; ut exinde evidentiæ sufficientes, tam pro defensione ecclesiarum et jurium maneriorum suorum, quam de valore annuo eorundem, de tempore in tempus haberi valeant in futurum; et quod singulis annis patere poterit status nostri Collegii supradicti. Ulterius statuentes, quod, immediate post computum bursariorum completum, et modo prædicto ingrossatum, omnia jocalia nostri Collegii et pecuniæ in thesauraria existentia demonstrentur, et a Principali et sex Sociis senioribus, videantur; ita quod non sit indiscreta pecuniarum devastatio, et quod jocalia non perdantur, impignorentur nec permutentur; ac iterum in tuta custodia reponantur. Quo facto, sine mora aliqua, Vice-Principalis, bursarii, cæterique Socii officiarii, omnes et singuli, claves officiorum suorum Principali tradere, et suis officiis cedere, teneantur, ipso Principali solummodo excepto; statimque ad Vice-Principalis singulorumque officiariorum prædictorum electionem procedatur, sicut superius, in aliis statutis ipsorum electionis formam continentibus, plenius est expressum. Quod officium vel quæ officia nulli Socio ad hoc deputato liceat refutare, sub pœna expulsionis. Proviso tamen, quod nulli Sociorum nostri Collegii duo officia simul et semel committantur. Volumus etiam, quod quilibet Socius nostri Collegii sit præsens ad computum prædictum, nisi causa suæ absentiæ fuerit per Principalem approbata, sub pœna expulsionis a Collegio nostro prædicto.

Audit of accompts of bailiffs, farmers, bursars, etc.

Inspection of plate, etc.

Resignation of officers.

CAPITULUM XXXV.—*De Visitatione Episcopi Lincolniensis, per se vel per commissarios suos.*

Præterea, ne, pro defectu regiminis aut observantiæ ordinationum et statutorum nostrorum, præfatum Collegium nostrum Oxoniæ in spiritualibus vel temporalibus damnum aut jacturam

sustineat; vel ne ordinationes et statuta dicti Collegii per nos edita, per abusum et dissuetudinem eorum, processu temporis videantur sublata vel neglecta, totaliter vel in parte; volumus, quod reverendi in Christo patres domini Episcopi Lincolnienses, successores nostri, qui pro tempore fuerint, dicti nostri Collegii erunt veri patroni, et, ut confidimus, præcipui protectores, sic ipsius Collegii, singularum personarum, possessionum spiritualium et temporalium, jurium, libertatum et privilegiorum, ejusdem supervisores, ordinationum et statutorum nostrorum conservatores, ipsius Collegii visitatores existant. Idcirco statuimus et volumus, quod liceat domino Episcopo Lincolniensi qui pro tempore fuerit, quoties per Principalem et sex Socios seniores ipsius Collegii, vel per communem consensum totius Collegii, fuerit requisitus, necnon absque requisitione quacunque, de triennio in triennium semel ad præfatum Collegium, per se vel per suos commissarios spirituales, quos duxerit deputandos, (præterquam per Cancellarium Universitatis Oxoniensis, seu per Procuratores ejusdem qui pro tempore fuerint; et præterquam per illos qui ex causa alicujus delicti, criminis vel excessus, a dicto Collegio recesserunt; et præterquam per Principalem Collegii prædicti et Collegiatos inibi vel alibi in Universitate prædicta, et alios in eadem Universitate studentes eodem anno, ac religiosos quoscunque; per quos aut ipsorum aliquem hæc nolumus exerceri) libere accedere, Principalemque ac omnes et singulos Socios et scholares dicti Collegii in unum locum infra dictum nostrum Collegium convocare. Cui quidem reverendo patri, ac commissariis suis hujusmodi, vigore præsentis nostræ ordinationis et statuti, plenam concedimus potestatem super omnibus et singulis punctis et articulis in nostris ordinationibus et statutis contentis, per Principalem omnes et singulos Socios ac scholares prædictos; (etiam, si oporteat, sub ipsorum juramento coram eis, de dicendo plenam et meram veritatem, præstando) si videlicet ordinationes et statuta nostra ab ipsis omnibus, quantum ad ipsorum singulos pertinuerint, debite executa fuerint et observata; necnon super omnibus et singulis statum, commodum et honorem, dicti Collegii concernentibus; et quæ in dicto Collegio et personis ejusdem noverint vel crediderint reformanda, præterquam de occultis, etiam si super his non fuerint specialiter requisiti, exactissime inquirendi; excessusque, negligentias, crimina et delicta, contra statuta et ordinationes dicti Collegii attentata, puniendi et debite reformandi; cæteraque omnia et singula faciendi, exercendi et expediendi, quæ in præmissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna; etiam si ad privationem vel amotionem Principalis, Vice-Principalis, vel alterius cujuscunque ab administratione vel officio suo, seu si ad amotionem alicujus Socii vel scholaris, statutis ac ordinationibus nostris id exigentibus, procedi con-

Bishops of Lincoln appointed Patrons and Visitors.

Power and authority of Visitor or his Commissioners.

Digitized by Google

tingat. Quos quidem Principalem, Vice-Principalem, Socios et scholares, necnon cæteros ipsius Collegii ministros quoscunque, præfato domino Episcopo Lincolniensi, et commissariis de quibus præfertur, quoad omnia et singula præmissa, volumus et præcipimus effectualiter intendere et parere. Statuimus insuper, quod nullus, in visitationibus seu scrutiniis faciendis in nostro Collegio, contra Principalem aut aliquem ipsius Collegii Socium vel scholarem quicquam dicat, deponat seu denuntiet, nisi quod verum crediderit, seu de quo publica vox vel fama laboraverit contra eundem. Idemque in Principalem volumus observari, sub debito ipsorum omnium dicto Collegio præstiti juramenti. Ordinamus præterea, quod prædictus dominus Episcopus Lincolniensis, qui pro tempore fuerit, cum per se præmissa facere contigerit, tres libras sterlingorum percipiat. Quando vero per commissarios suos, unum vel plures, iidem commissarii vel commissarius triginta solidos sterlingorum duntaxat, per manus bursariorum dicti Collegii, de bonis communibus ejusdem percipient, pro omnibus expensis et laboribus in hac parte per eosdem vel eorum aliquem exponendis. Ita tamen, quod dictus Episcopus trium librarum, et commissarius vel commissarii triginta solidorum, summam, in uno et eodem anno, pro actu visitationis hujusmodi non excedant. Præfatorumque reverendorum patrum dominorum Episcoporum Lincolniensium et commissariorum suorum hujusmodi quorumcunque conscientias apud Altissimum arctius oneramus, ut in faciendo et exequendo præmissa, juxta doctrinam Apostoli, non quærant quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi; solumque Deum habentes præ oculis, favore, odio, amore, prece, pretio, coloribus, occasionibus et causis postpositis quibuscunque, inquisitionis, correctionis et debitæ reformationis, officium supradictum diligenter impendant, et fideliter in omnibus exequantur, sicut et prout coram Deo, in ejus extremo judicio, in hoc casu voluerint reddere rationem. Statuentes etiam, quod Principalis nostri Collegii prædicti, super excessibus et delictis contra eum detectis, in visitationibus vel in inquisitionibus per dominum Episcopum Lincolniensem aut ejus commissarium vel commissarios, ut præmittitur, faciendis, copiam compertorum et detectorum sibi tradi, dari aut liberari, aut nomina detegentium aut denuntiantium sibi exponi, nullo modo petat, neque ipsa comperta et detecta aut nomina hujusmodi tradantur eidem; sed super iisdem compertis et detectis statim coram ipso domino Episcopo Lincolniensi, vel ejus commissario aut commissariis, personaliter respondeat, ac correctionem debitam subeat pro iisdem, juxta ordinationum et statutorum nostrorum exigentiam et tenorem: cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus et querelis, ac aliis juris et facti remediis, per quæ ipsius correctio et punitio differri valeat seu alias impediri: nisi ad privationem officii contra Principalem eundem agatur per

False charges at visitations.

Allowance to Visitor.

Principal not to have written copies of charges against him, nor power of appeal;

except in case of removal from office.

dominum Episcopum, aut ejus commissarium seu commissarios supradictos; quo casu omnes defensiones legitimas eidem volumus esse salvas.

Capitulum XXXVI.—*De lectura statutorum.*

Public reading of Statutes to Fellows twice in the year.

Ut hæc omnia statuta et ordinationes planius intelligantur meliusque serventur; ac ne quisquam prætendere valeat ignorantiam in iisdem: statuimus, quod, ad mandatum Principalis, qui pro tempore fuerit, bis ad minus in anno omnes et singuli Socii, in Universitate præsentes, in capella nostri Collegii, aliquo die congruo, quo melius absque impedimento studii vel actus scholastici fieri poterit, facta prius præmonitione trium dierum, simul convocentur et conveniant; semel videlicet infra octo dies post festum Sancti Dionysii, ac iterum infra octo dies post Dominicam in qua cantatur *Quasimodo geniti;* quibus congregatis, statuta et ordinationes dicti Collegii faciant inter se publice, distincte et aperte, legi; sicque omnia et singula statuta et ordinationes dictis duabus vicibus bis, si commode fieri poterit, vel ad minus semel, perlegantur. Volumusque, quod nullus dicti Collegii Socius a lectura hujusmodi, impedimento legitimo cessante, se absentet, sub pœna duorum solidorum. Volumus etiam, quod omnia et singula statuta scholares non Socios concernentia, vel eorum effectus, ter in anno per Vice-Principalem, ipsis scholaribus auscultantibus, plane et distincte legantur; et quod quilibet eorum teneatur interesse lectioni prædictæ, sub pœna duodecim denariorum.

Reading of Statutes to Scholars.

Capitulum XXXVII.

Power to Principal to admit one beneficed priest into the College.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod Principalis Aulæ regiæ et Collegii nostri prædicti habeat potestatem admittendi unum presbyterum in Collegium nostrum prædictum, habentem beneficium non compatibile cum statutis nostri Collegii antedicti, dummodo observet statuta nostri Collegii secundum ordinationem præhabitam de filiis nobilium; et habebit cameram suam in aula vocata parva aula Edmundi, solvendo pro eadem juxta discretionem Principalis et Vice-Principalis. Et si contingat ipsum ab eodem Collegio recedere, expelli seu amoveri, concedimus eidem Principali et successoribus suis facultatem in loco ejus alium recipiendi sub forma prædicta, sic continuando in perpetuum; dummodo non sit nisi unus tantum simul sic receptus in Collegio nostro prædicto.

Capitulum XXXVIII.

Against the enactment of other Statutes opposed to the present code.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus alia statuta seu ordinationes prædictis ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero sensui et intellectui eorundem, repugnantia vel repugnantes, derogantia vel derogantes, contraria vel contrarias, faciat. Statuentes etiam, quod Rolandus Messynger

Prohibition of Roland Messynger from being Fellow.

non erit Socius Collegii nostri antedicti, nec moram trahat in eodem ultra unam noctem, nec cameram habebit in eodem ultra unam noctem, ut præmittitur.

Et ut præmissa sint vera, ego præfatus Ricardus Sutton sigillum meum præsentibus apposui. Datum primo die Februarii, anno regni Regis Henrici Octavi tertio-decimo. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Digitized by Google

STATUTES OF BRASENOSE COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

Absence of Principal and Fellows, 28.
Accompts, audit of, 38.
Advowsons, &c., against alienating, 36.
Arms, 27.
Bachelors to lecture, 17.
———, disputations of, 21.
——— to attend Masters' disputations, 22.
Bible to be read at dinner, 24.
——— reader, 31.
Books, loan of, 35.
———, alienation of, *ib.*
———, register of, 36.
Buildings, repairs of, 37.
Bursars, election of, 14.
———, duties of, 14, 15.
——— accompts, 14.
——— absence from the University, 15.
———, oath of, *ib.*
Buttery, &c., 23.
Cards, dice, &c., 27.
Chambers, 34.
Charges, false, 40.
Chest, money, 15.
Commons, 22.
——— not allowed in absence, *ib.*
——— of servants, 23.
——— of absent Fellows, 33.
Corrodies, 37.
Degree, against taking without licence, 17.
———, against presenting a member of the College for a, *ib.*
Diseases, infectious, 26, 31.
Disputations of Bachelors, 21.
———, Theological, *ib.*
———, admission of Masters in Arts to, 22.
Dogs, birds, &c., 27.
Election of Principal, 2.
——— of Fellows, 9.
——— of Vice-Principal, 13.
——— of Bursars, 14.
——— of University officers, 28.
Expenses, weekly entry of, 15.
——— of Fellows engaged in business, 33.
Expulsion, renunciation of appeal in cases of, 6.
———, submission in case of, 11.
———, offences punished by, 26.
———, against re-admission after, 31.
Farmers, accompts with, 37.
Fellows, consent of, to suits, 5.
———, election of, 6, 9.
——— to be Bachelors of Arts, 9.
———, oaths of, 9, 10.
———, seniority of, 17.
———, reduction of number, 23.
———, clothes of, 25.
———, absence of, 28.
——— in the country to have no allowance for servants, 29.
——— to take holy orders, 31.
———, expenses of, engaged in business, 33.
Fellowship, admission to, 10.
———, forfeiture of, 29, 30.
Fines, 16.
Founders, prayers for, 19.
———, exequies for souls of, 20.
Games, 27.
Gates, closing of, 34.
Grace after dinner, 24.
Jewels, &c., overseer of, 17.
Lands, alienation of, 36.
Language, Latin, use of, 24.
———, opprobrious, 26.
Laymen's houses, against entering, 18.
Leases to Principal or Fellows, 37.
Lecture, fines for late attendance at, 16.
———, disorderly conduct at, *ib.*
———, Theological, admission of Masters in Arts to, 22.
Lecturer, one of the Fellows to be, 15.
———, duties of, *ib.*
———, stipend and emoluments of, 16.
———, neglect of duty of, *ib.*
Library, use of, 35.
Lincoln, diocese of, 2.
———, Bishops of, appointed visitors, 39.
Manors, repairs of, 37.
Masses, 20.
———, attendance on, 19.
Masters in Arts, admission of, to Theological lectures and disputations, 22.
———, Regents, to dispute in the schools, *ib.*
Messynger, Roland, 42.
Night out of College, 29.
Noblemen, sons of, 12, 34.
Oath of electors, 3, 9.
——— of Principal, 4.

Digitized by Google

Oath, dispensation from, 6, 11.
——— of Fellows, 9, 10.
———, subscription to, 11.
——— of scholars, 13.
——— of Bursars, 15.
Offences, suspected, purgation from, 26, 30.
——— punished by expulsion, 26.
———, minor, 26, 31.
Officers, resignation of, 38.
Overseer of Jewels, &c., 17.
Parvise, the, 16.
Penalties for striking or wounding, 25.
Pensions, 37.
Plate, &c., custody of, 35.
———, register of, 36.
———, inspection of, 38.
Prayers for Founders, 19.
———, daily, *ib.*
——— and masses, 20.
Principal, qualifications of, 2.
———, election of, *ib.*
———, presentation of, to Bishop of Lincoln, 4.
———, oath of, *ib.*
———, conduct of, 5.
———, power and duties of, 6.
——— to consult with senior Fellows, 7.
———, removal of, 7, 8.
———, salary of, 7.
———, obedience to, 18.
———, power to prohibit entrance to laymen's houses, *ib.*
———, absence of, 28.
——— licensed to hold benefices, 30.
———, charges against, 40.
Priest, beneficed, 41.
Probation, year of, 10.
Proctor, renunciation of office, 6.
Progress, to inspect lands, &c., 37.
Property, &c., protection of, 4, 11.
———, surrender of, 5.
Punishments, 19, 31.
Register of Books, &c., 36.
Scholars, number of, 1.
———, preference of natives of certain dioceses, &c., 2, 12.
———, government of, 5.
——— not Fellows, admission of, 12.
——— to have a tutor, *ib.*
——— to wear a surplice in chapel, *ib.*
——— beneficed, *ib.*
——— oath of, 13.
Scholarships, augmentation of, 2.
Secrets of College, 11.
Seneschal, duties of, 23.
———, his accompts, 24.
Seniors, behaviour to, 27.
Servants, 32.
Service, divine, attendance on, 18.
———, performance of, 19.
Statutes, interpretation of, 10.
———, reading of, 41.
———, against contradictory, 41.
Steward or Manciple, 32.
Strangers, 33.
Striking the Principal, 31.
Suits, 7.
University officers, election of, 28.
Vestments, &c., custody of, 35.
———, register of, 36.
Vice-Principal, election of, 13.
———, residence of, *ib.*
———, duties, &c., of, *ib.*
———, stipend of, 14.
Visitations, false charges at, 40.
Visitor, powers of, 39.
———, allowance to, 40.
———, Bishop of Lincoln appointed, 39.
Votes, scrutiny of, 3, 9.
Walking alone out of College, 27.

ABSTRACTS OF COMPOSITIONS.

RICHARD SUTTON the Founder, gave 13*s.* 4*d.* to encrease the Fellows' commons, and 5*d.* apiece to twenty-five Priests of this or any other College, who shall be present at mass on the day of his decease, and on that of Bishop Smith: as also, for three Priests, to be appointed by him and his heirs, five marcs a year; if the lands do not fall short of twenty marcs a year. They are to celebrate Divine Service, and to succeed to Fellowships, if they be eligible, and be not already Fellows. On every vacancy, notice is to be given to the Founder or his heirs: but if they do not fill it up in six weeks, the College are to appoint for that turn only The Chaplains are not to be absent more than seven weeks in one year; nor to hold any benefice, or perpetuity, above the clear annual value of 6*l.* 13*s.* 4*d.* If the Principal and Fellows do not observe the conditions, they are to be mulcted 40*s.* and power of distress is reserved to the Founder and his heirs.

A.D. 1520.

Commons.

Commemoration.

Three Chaplains.

JOHN PORT, Serjeant at law, in behalf of JOHN WILLIAMSON, Rector of St. George's in Canterbury then deceased, gave 200*l.* to purchase lands of the yearly value of 9*l.* for the maintenance of two Fellows, who are to be persons born in the city or county palatine of Chester, and of the lineage or name of John Williamson or John Port. The first year they are to study sophistry and logic; and afterwards, if they continue, the other faculties. At the end of the said year, they are at liberty to study the civil or canon law: and in that case must receive 53*s.* 4*d.* yearly for eight years, if they reside in any College or Hall in this University. In case of vacancy, either of those who are Fellows of the College, or of those who live out of College, within or at the end of the said eight years, the place is to be filled up within a month, if any of the kindred offer themselves. If no such person requires the same within three years, then the exhibition is to go to the College till such person be found. The College is bound to perform the conditions by a bond to the Abbot and Convent of Chester, under the penalty of 300*l.*

A.D. 1522.

Two Fellows of the city or county of Chester of the Founder's lineage.

JOHN ELTON, alias BAKER, Canon of the Cathedral Church of Salisbury, gave lands in Stanlake and Ducklington in the county of Oxford, and other lands in the parish of Kennington, in the County of Gloucester, for founding one Fellowship. The Fellow is to be born in the diocese of Hereford or Worcester, of the lineage of the Founder; or in defect of such a person, then one born in the diocese of Salisbury; or in defect

A.D. 1528.

One Fellow of the diocese of Hereford.

of such, the most deserving person born in any other place. If the lands fail, the stipend of the Fellow to decrease proportionably. If the College do not observe the conditions, they are to pay a penalty of 20*s.* to the Provost and Fellows of Oriel College, to whom is reserved power of entry and distress.

A.D. 1531.

One Fellow, of Herefordshire.

Commemoration.

WILLIAM PORTER, Clerk, gave lands at Marston in the county of Oxford, and at Kingsholm in the county of Gloucester, to endow one Fellowship for the county or diocese of Hereford (or in defect of a person so qualified, then for one born in any diocese next adjacent towards Oxford) to keep an obit on the fourth of November, in the afternoon yearly, for the soul of the Founder; and to have mass on the fifth. The Warden of New College is to have notice to attend, and is to receive 20*d.* The Principal and Fellows being present, are to receive 13*s.* 4*d.* The Fellow is to receive over and above his Fellowship 33*s.* 4*d.* every year, to be paid on the four great feast days in equal portions. If the lands fail, the Fellowship is to decrease proportionably; and if the lands decrease 8*l.* a year, the Fellowship is to cease. If the Principal and Fellows do not perform the conditions, they are to forfeit 20*s.* to the Warden of New College, who has power of entry and distress for the same.

A.D. 1538.

Commemoration.

One Fellow of the Archdeaconry of Stow.

EDWARD DARBIE, Archdeacon of Stow, gave 120*l.* for founding a commemoration on the day of his death (the fourth of May), the Principal to receive 2*s.*, the Fellows present each 1*s.*, and also for the endowment of one Fellowship. The Fellow is to be a graduate, and born in the Archdeaconry of Stow; or, if there be no such person found, then one born in the county of Leicester; or, in defect of such person, one born in the county of Northampton; or, in defect of such person, one born in the county of Oxford; or, in defect of such person, one born in the diocese of Lincoln: and if no such graduate be found, then an undergraduate, subject to the same limitations, is to be elected. If the College do not observe these conditions, they are to pay a penalty of 20*s.* to New College, Lincoln College, or Corpus Christi College, *viz* to such of those societies as shall first lawfully demand it.

A.D. 1538.

One Fellow of the counties of York and Lincoln alternately.

WILLIAM CLYFTON, Subdean of the Cathedral Church of York, gave certain lands, rents, &c. at Kingsholm in the county of Gloucester, one tenement in Shipton under Wichwood in the county of Oxford, and one other tenement in Ascotdoyly in the said county of Oxford, to maintain one Fellow; who is to be a priest and graduate of the county of York and Lincoln alternately; or in defect of such person, of the county of Nottingham; or, in defect thereof, any proper person of the University of Oxford. If the College do not observe the conditions, they are to forfeit 20*s.* to the President and Fellows of Magdalen College; to whom is reserved power of distress.

BRIAN HIGDEN, Dean of York, gave 100*l.* and 110*l.* to purchase lands for the maintenance of one Fellow; who is to be chosen out of the counties of York and Lincoln alternately. If the lands fail, the exhibition is to cease. The Principal and Fellows, if they fail to elect, are to forfeit 40*s.* to the President and Fellows of Magdalen College; to whom is reserved power of entry and distress for the same. *A.D.* 1549. One Fellow of the Counties of York and Lincoln alternately.

JOYCE FRANKLAND, of London, widow, gave one Messuage called the Red Lion, with two other tenements thereto belonging, at Kensington in the county of Middlesex, a rent charge out of the manor of Aldham near Hadley in Suffolk, and out of all other the manors and lands of one Philip Tilney of Shelley-Hall in the county aforesaid, or elsewhere in the realm of England (of which said rent the said Joyce was seized in her Demesne as of fee) and also certain marsh ground, known by the name of Mesday, in the parishes of Ivechurch, St. Martin, and New Romney in the county of Kent; and afterwards, A.D. 1598, bequeathed 500*l*, which sum was laid out in purchasing lands, &c. in Water-Eaton, alias Eaton Hastings in the county of Berks; for the following purposes. 1. For the amendment of the Principal's commons. He is to receive 2*s.* a week, if present; if he be absent, the Vice-Principal to receive it; and, in the absence of both, to go to the Fellows resident. 2. For the amendment of the commons of the Fellows being present 23*s.* 4*d.* a week. 3. For a dinner on the fifth of September yearly, 22*s.* 8*d.*; on which day her commemoration is to be kept, and the Principal is to receive 3*s.* 4*d.*, the Vice-Principal 2*s.* 6*d.*, and each of the Fellows and her Scholars 2*s.* 4. For the endowing one Fellowship called Mrs. Frankland's Fellowship: In the election her kindred, and especially the kindred of the Trapps and Saxies, to be preferred. 5. For maintaining four Scholars not Graduates, who are to receive 15*d.* a week, and 5*d.* more in Christmas week, Easter week, Whitsontide, and Shrove-week: but if they are in commons only half a week, to have but half the allowance. The Scholars are not to continue in the scholarship longer than seven years after they are Masters of Arts: and the vacancies are to be filled up within one month. 6. For the increase of the stipend of the under or second Reader of the Logick Lecture the yearly sum of 53*s.* 4*d.* 7. For the increase of the stipend of the Bible Clerk the yearly sum of 40*s.* But if the lands fail, the Principal and Fellows may diminish the allowance of the Scholars, the Logick Lecturer, and the Bible Clerk. If the Principal and Fellows fail to keep these covenants, they are to pay the penalty of 5*l.* to the Dean and Chapter of St. Paul's London for every such fault. *A.D.* 1586. 1598. Commons of the Principal. Fellows' Commons. Dinner and Commemoration. One Fellowship. Four Scholarships. Logic Reader. Bible Clerk.

ELIZABETH MORLEY, of Westminster, widow, gave *A.D.* 1516.

the manor of Pinchpole in Chipping Farringdon, and other lands in Farringdon, and Westbrook near Farringdon, in the county of Berks, to provide a Priest, who is to be a Fellow, and at least a Graduate in Arts, to preach, in person or by deputy, once a year at St. Margaret's Westminster, and there expressly to name Elizabeth Morley. The priest is to receive yearly 2*l.* 6*s.* 8*d.* and for his expenses 6*s.* 8*d.* and to enjoy the place so long as he is Fellow. On any vacancy the Principal is to choose another Priest within fifteen days: and the person so chosen is to be sworn to observe her will. There is to be a yearly commemoration of her on the twenty sixth of January: and her Priest is to give notice thereof two days before to the Warden of New College; who is to receive for his attendance 8*d.*: and on the same day is to be a dinner for the Principal and Fellows. If the lands fail, the exhibition is to cease: and, if the Principal and Fellows omit to perform these covenants for one year, they are to pay a penalty of 20*s.* to the Warden and Fellows of New College, who have power of entry and distress.

Lecturer at St. Margaret's Westminster.

Commemoration and Dinner.

A.D. 1520. JOHN COX of Kirtlington, Wool-Merchant, gave one tenement called the Red Lion in Chipping Wiccomb in the county of Buckingham; and 120*l.* to purchase lands to provide two priests, being Fellows, (of whom one is to be an Oxfordshire or South Country Man,) to make yearly each a sermon, and say Mass in person or by deputy at Kirtlington, praying for the soul of John Cox, &c. The priests are to be appointed by the Principal, to swear to observe the will of the Founder, to receive 40*s.* each annually, and to enjoy it as long as they are Fellows: and on any vacancy the place is to be filled up in forty days. There is to be a commemoration of him on the thirtieth of October yearly: and the Priests shall give notice thereof two days before, to the Warden of New College, who is to enquire whether these conditions are fulfilled, and to receive for his trouble 3*s.* 4*d.* and 1*d.* for his offering. The Principal is to receive 3*s.* 4*d.*; the Vice Principal 1*s.* 8*d.*; and the Fellows present 8*d.* each. For want of two Priests, or omission of the commemoration 200*l.*, to be forfeited to New College: and for any other fault 13*s.* 4*d.* toties quoties.

Lecturers at Kirtlington.

Commemoration.

A.D. 1538. JOHN CLAYMOND, President of Corpus Christi College, gave 480*l.* to purchase lands, &c. in Bradford, Ivington, and Warton near Leominster in the county of Hereford; and also a rent charge issuing out of lands in Middlewich in Cheshire; and lands, &c. lying in Shelswell, and other lands lying in Wheatly, in the county of Oxford; to maintain six scholastics to be called Claymond's Scholars, who are to receive each 13*s.* 4*d.* a quarter If the College fail to pay the stipend, the President and Fellows of Corpus Christi College may enter on

Six Scholars.

the lands, and keep possession till the whole is paid. The Scholars are to be chosen, 1. From Frampton near Boston in the county of Lincoln; or at least to be of that county. 2. From Moreton or Stockton on the Tees, in the county of Durham; or at least to be of that Diocese. 3. From Overton, or Havant, or Mottesfont, in Hampshire; or at least to be of that county. 4. From Benager near Wells, or Monkton near Taunton in the county of Somerset; or at least to be of that county. 5. From Cleeve, or Bishop's Cleeve, in the county of Gloucester, or at least from that county. 6. From the city of Oxford, or at least from the county of Oxford. The Electors are the President, Vice-President, and Humanity Reader, of Corpus Christi College; or the greater part of them: but if they differ, and do not agree in twelve hours, then the President alone may appoint. The Scholars are to hold their Scholarships for three years after they have determined, or ought regularly to have determined; so that in the mean time they be not Inceptors in Arts, nor are elected to Corpus Christi College, Magdalen College, or Fellows of Brasennose College; and provided they are not in possession of any Inheritance, Patrimony, Fee, Corrody, Pension, Free Chapel for term of life, or of any Benefice or Prebend of the yearly value of four marcs. The Lector of Brasennose College is to have for instructing them 3*s.* 4*d.* a quarter. On any vacancy notice is to be given, by the Principal or his Deputy, to the President of Corpus Christi College within two days; that a new election may be made within one month or six months at farthest. If no proper person of the place or county of the former Scholar can be found, then they are to take some fit person of the other places or counties, provided that there never be two that occupy the place of that county, in which they were not born; and provided that, when a place becomes vacant for his own county, another shall be elected into the place which he had before. The Scholars may not be absent above forty days in one year (unless for certain urgent reasons to be approved by the Principal); and during their absence, their stipend is to be converted to the use of the College. They are to hear the Humanity and Greek Readers at Corpus Christi College, are to submit to the Statutes of Brasennose College, and may be amoved if they be incorrigible.

From whence chosen.

By whom to be elected.

Three shillings and four pence a quarter to the Lector of Brasennose College.

HUMPHREY OGLE, of Salford in the county of Oxford, Clerk, gave 100*l.* (with which were purchased Lands, &c. in Stanbridge near Chester) to maintain two Scholars. They are to be persons born in the parish of Prescot in Lancashire, or, in defect of such, persons born in the Diocese of Chester, or Lichfield, next adjoining to Prescot; or, in defect of such, any fit persons born in the king's dominions. They are to receive each 40*s.* a year, to be paid on the four great feast days, and

A.D. 1543.

Two Scholars of the parish of Prescot.

are to be called Mr. Ogle's Scholars. They are removable by the Principal and Fellows, if they are not observant; and their Scholarship is to be determined if they are promoted to any Fellowship, or any Perpetuity above 6*l.* per annum. On any vacancy the place is to be filled up in six weeks. If the Principal and Fellows do not observe their Covenants, they are to forfeit 40*s.* toties quoties to the Warden and Fellows of New College; to whom is reserved power of entry and distress. If the profits of the lands lessen to 4*l.* per annum, the Scholarships are to cease; and if there be any diminution of the profits, the stipends are to decrease in proportion.

A.D. 1557. MATTHEW SMITH, Principal of Brasennose College, gave lands, &c. lying in Sutton in the Parish of Prescot in the county of Lancaster (subject to the accustomed chief rent) for a yearly Commemoration of him on the 6th of February. The Principal, if present, or absent on College Business, is to receive 2*s.* (if the Principal be absent and not on the College Business, then the Vice-Principal to receive the said 2*s.*), and 18*s.* are to divided equally among the rest of the Fellows being present. In case of default, the College is to pay 40*s.* to the heirs of Matthew Smith, to be distributed to the poor of Farnworth.

Commemoration.

A.D. 1560. SIR JOHN PORT, Knight, bequeathed 200*l.* to provide Stipends for two sufficient and able persons to read and teach openly in the Hall, the one Philosophy, and the other Humanity; to be appointed by the Principal and Senior Fellows, on St. Michael's days or within six day after (*but this was afterwards repealed*) and to be removable by the same authority. They are to receive each 4*l.* per annum, and are to read each thrice in every week in Term Time: and the Humanity Reader to read thrice a week in the Vacation also. The Philosophy Reader is also to reply every Friday at the Bachelors' Disputations: and the Humanity Reader is to hear repetitions every Saturday. If either of the Readers omit a Lecture, 1*s.* is to be deducted from his stipend. There is to be an annual Commemoration of the Founder on the sixth of June, the Principal to receive 3*s.* 4*d.*, the Vice-Principal 1*s.* 8*d.*, and 15*s.* to be equally divided amongst the other Fellows present.

Readers in Philosophy and Humanity.

Commemoration.

A.D. 1562. HENRY FISHER, of London, Skinner, gave an Exhibition of 2*l.* 13*s.* 4*d.* to a Scholar to be elected by the Skinners Company from Tunbridge School: also to his Tutor 13*s.* 4*d.* and to the Principal and Fellows 1*l.* 13. 4*d.*, the money to be paid by the Skinners' Company. N.B. Afterwards (A.D. 1730) was added from the arrears, by the company abovementioned, so much money, as to make up the Exhibition 6*l.* 14*s.* 6*d.*, the stipend to the Tutor, 1*l.* 13*s.* 6*d.*, and the stipend to the College, 2*l.* 16*s.* 8*d.*

Exhibitioner from Tunbridge School.

A.D. 1571. JOHN LORD MORDAUNT gave by Will the Manor of

Digitized by Google

Tiptofts and Highams, in the county of Essex, and other lands, &c. to maintain three scholars, to be called Mordaunt's Scholars, and nominated by his heirs; and to receive yearly 4*l.* each. And also to provide for four Almsfolk (natives of the town of Turvey in Bedfordshire) to be elected by the Principal and Fellows. and the Churchwardens of that parish. The Almsfolk are to receive each 8*d.* a week. If the Churchwardens omit for a month to give notice of any vacancy, or nominate an improper person, the Principal and Fellows may appoint without them. On any vacancy, the stipend of the successor must begin from the time when the place was vacant. The overplus of the Rents is to go to the College. There is to be a yearly Commemoration of Lord Mordaunt on the nineteenth of April: the Principal if present is to receive 2*s.*: and 20*s.* to be divided equally among the Fellows and his Scholars who are present. If the lands fail, the Exhibitions are to decrease in proportion, or the number of Scholars and Almsfolk may be lessened.

Three Scholars.

Four Almsfolk.

Commemoration.

QUEEN ELIZABETH, at the intercession of ALEXANDER NOWEL, Dean of St. Paul's, by letters patent, gave one rent charge issuing out of certain tenements of the Dean and Chapter of St. Paul in Ironmonger's Lane and Old Fish Street; one other rent charge issuing out of the manor of Bowes and Polehouse in the county of Middlesex; two thirds parts of the manor of Boydon hall in the county of Essex; and two rent charges issuing out of the said lastmentioned manor: and by the said letters patent, 1. Founds a Free School at Middleton in Lancashire, appoints the Principal and Fellows Governors. and incorporates them for that purpose. The Upper Master is to receive from the College twenty marcs, the Under Master ten marcs, yearly. 2. Founds six Scholarships in Brasennose College; the Scholars to be called Queen Elizabeth's Scholars. and to receive each five marcs yearly. They are to be chosen out of the School of Middleton, or, in defect of such, out of the School of Whalley, or Burnley, or, in defect of such, out of any School in Lancashire. 3. Enables Doctor Nowel to found seven other Scholarships. who are likewise to receive five marcs a year, and to be chosen from the Schools abovementioned; or, if they do not supply them, from any other School. None of these Scholars is to enjoy his place longer than six years. If any of Nowel's Scholars are absent, substitutes are to be appointed for them out of the Schools abovementioned.

A.D. 1572.

Free School at Middleton.

Six Queen Elizabeth's Scholars.

Seven Nowel's Scholars.

Other Schools in the County.

Afterwards (A. D. 1579) the same Queen by letters patent gave to the College, as Governors of the School of Middleton, the manor of Upberry and Rectory of Gillingham and Chapel of Lidsing, in trust to pay to each of the thirteen Scholars abovementioned five marcs yearly; and to the Upper Master

Advowson of Gillingham.

of the same School 1*l.* 3*s.* 4*d.*, and to the Under Master 3*l.* 6*s.* 8*d.* yearly; and on trust also to apply to the amendment of commons 6*s.* 8*d.* every week in the following proportions; *viz.* to the Principal, if present or absent on College Business, 1*s.* 4*d.*; to the Vice-Principal, if present, 10*d.*; and the remaining 3*s.* 6*d.* to be divided equally among the Fellows being present. [*Vide copies of evidences belonging to Brasennose College, page* 132.] N.B. By a decree of seniority dated the twentieth of January, A.D. 1602, there is to be an annual commemoration of Dr. Nowel on the 13th of February; the Principal, if present, to receive 2*s.* 6*d.*; the Vice-Principal 20*d.*; and each of the Fellows 1*s.* and the abovementioned Scholars 8*d.* and 20*s.* to be given of the College money to encrease the commons on that day.

Commemoration of Doctor Nowel.

A.D. 1572. RICHARD HARPER of Swarkston in the county of Derby, Esquire, Justice of the Court of Common Pleas, gave one close in the field of Derby, one messuage in Frier Gate in Derby, and divers other lands, &c., in Derby, to found a Greek Lectureship. The Lecturer is to be a Fellow; to be elected by the Principal and Fellows at the usual time of chusing the other Officers of the said College; and is to have no other Lectureship during that year. He is to read, open, and expound, three days in every week in term-time, and also in the great vacation, openly in the Hall, to the Scholars and Students, some part of the Greek grammar, or some Greek author, or both, at the discretion of the Principal or Vice-Principal, and Senior Bursar; and, before every such reading, the Lecturer is to hear the Scholars make repetition of the preceding lecture: and he is also to enjoin them to make weekly some exercise in the Greek tongue, whereby it may appear to the Principal and Vice-Principal, if they chuse to call for such exercises, as well as to the Lecturer himself, how they profit in the same. The Lecturer's stipend is 4*l.*, to be paid quarterly: but for every default the Bursars are to deduct 12*d.* for the use of the College; unless he allege a reasonable excuse. If any better method be found out by the Principal and Fellows, the Lecturer is bound to follow their directions. There is to be an annual Commemoration of him on St. Andrew's day; the Principal to receive 2*s.*, and 19*s.* to be divided among the Fellows present. Also he gives 2*s.* 6*d.* for two fires in the Hall on that day; and 16*s.* 6*d.* for a gaudy for the Principal, Fellows, and other Students and Servants of the said College. If the lands fail, the Commemoration, &c., are to cease rather than the Reader's stipend; but that must cease also if it be necessary. N.B. It is mentioned in this composition, that, by consent of all parties, the Philosophy and Humanity Readers are to be elected at the same time with the Greek Lecturer.

Greek Lecturer.

Commemoration.

BY virtue of a decree, made by the Commissioners acting under the statute of charitable uses, and afterwards confirmed by Lord Chancellor Ellesmere, the right of nominating a Lecturer, to preach every Sunday in the Church or Chapel of Rodborough in the parish of Minching-Hampton in the county of Gloucester, was vested in the Principal and Fellows. He is to be master of arts and to be allowed by the Bishop of Gloucester. His stipend arises from the rents of certain lands, &c, lying in Rodborough, Bisley, Kingstanley, and Minching-Hampton: the yearly sum of 5*l* being first deducted for the repairs of the Church. The lands are vested in Trustees, who are appointed by the inhabitants and the Lecturer. *A.D.* 1603. Rodborough Lectureship.

JAMES BINKS, alias STODDARD, of St. Olave's Old Jewry, London, gave 5*l.* issuing out of the Swan with two necks in St. Lawrence Lane in the Old Jewry, to maintain one Scholar to be elected by the College. If his heirs do not pay the rent charge in fourteen days after it is due, the College has power to distrain. *A.D.* 1607. One Scholar.

GEORGE PALIN, Citizen and Girdler of London, gave 300*l.* (which sum was laid out in purchasing lands in Tirrington St. Johns's, in Norfolk) to provide exhibitions of 4*l.* per annum, for four poor Scholars being Fellows. Preference is to be given to Cheshire men, if they are not undeserving; and the exhibition is to last as long as they are Fellows, unless they become Doctors, or for some misdemeanour are amoved from it by the Principal and Fellows. If after any vacancy the College does not appoint a new Exhibitioner in three months, then the Lord Mayor of London is to nominate for that turn. *A.D.* 1609. Palin's four Exhibitioners.

RICHARD TAYLOR, Fellow, gave the Living of Selham. *A.D.* 1613. Advowson of Selham.

JOHN BARNESTON, D.D., Canon of Salisbury, and formerly Fellow of Brasennose College, gave a rent charge of 6*l.* 13*s.* 4*d.*, issuing out of the White Hart in the Strand London, to endow an Hebrew Lectureship. The Lecturer is to be appointed yearly by the Principal and Fellows, and is to receive annually 6*l.* He is to read an Hebrew Lecture in the Chapel twice a week in term time, and once a week in vacation. The remaining part of the rent charge to go to the Principal and Fellows for ever. *A.D.* 1628. Hebrew Lecturer.

WILLIAM HUTCHINS, B.D., late Fellow of the College, gave by will the sum of 100*l.* for the increase of the Vice-Principal's wages; and another hundred for the Divinity Reader, and the Master of the Hall, to be divided equally between them. In consequence of this it was ordered by the College that 5*l.* per annum should be assigned to the Vice- *A.D.* 1647. Augmentation of the stipends of the Vice-Principal, and Divinity Reader, and Master of the Hall.

Principal; and to the Divinity Reader, and Master of the Hall, 2*l.* 10*s.*, each.

A.D. 1640.

Steeple Aston School.

SAMUEL RADCLIFFE, D.D., and Principal of the College, gave two Closes in Edmonton in the county of Middlesex, to certain persons in trust for the School in Steeple Aston, with a power to the Bursar of Brasennose to receive the rents and pay the Schoolmaster who is to be nominated by the Principal and Fellows. At the renewal of the lease, the fine is to be set by the Principal and Fellows; and to be applied to the reparation of the School-house, and Schoolmaster's Chambers; and to defray suits in law. When any three of the Trustees are dead, the rest are to convey the trust to such persons as the College shall appoint: and the Principal and Fellows are further empowered to make laws and regulations for the government of the School.

A.D. 1648.

Chapel, and Cloisters.

Commemoration.

He bequeathed 1000*l.* for building the Chapel, and 600*l.* for the Cloisters. At the same time he gave 40*l.* issuing out of lands in Harradon to be disposed of as follows; viz. 10*l.* for a Commemoration (of which 5*l.* is to be spent upon a dinner, 20*s.* to be paid for a Sermon at morning prayers, and 4*l.* to be divided between the Principal and Fellows then present, so that the Principal have a double share) on the day of his death; 36*s.* 8*d.* to the Keeper of the Library, who is Custos Jocalium; 10*l.* to be paid yearly to the Schoolmaster at Steeple Aston, above what he had before given; 10*l.* for erecting two Scholarships, allowing the Scholars five Marcs apiece yearly, and the rest to go to the Dead House. The Scholars are to be chosen as other Scholars, and out of the School of Steeple Aston, or in defect of persons properly qualified from thence, from Rochdale School in Lancashire, or in defect, from Middleton School in the same county; or in defect, out of the Undergraduates of Brasennose College who are unpreferred: but the College are required to wait a quarter of a year after every vacancy for candidates from Steeple Aston School, before they proceed to elect any other person. The Scholars are to receive at the Commemoration 20*d.* a piece out of the overplus of the stipend to the Custos Jocalium; for it was not his intention that 36*s.* 8*d.* should be added to his stipend, but that his stipend should be encreased to 40*s.* The remaining 10*l.* he orders to be laid up in the Treasury, as a stock for the Junior Bursar to buy cates, who is yearly to receive the same upon giving good security, and at the end of the year to deliver it into the Treasury and take up his bond.

Steeple Aston School.

Two Scholarships.

Junior Bursar.

A.D. 1654.

JOHN MILWARD, Gentleman, of Haverfordwest, left lands in Bordesly in the county of Warwick, and a Messuage in Birmingham, called the Red Lion, to the Principal and Fel-

lows of Brasennose College, the Bailiff of Birmingham, and the Mayor of Haverfordwest, in trust for various uses; and amongst others, one third part thereof to found a Scholarship, to be filled by a proper person elected from the Schools of Birmingham and Haverfordwest by turns. And it was agreed by all parties that the Scholarship should be holden till the Scholar should be of standing for the degree of M.A., and no longer, or till he should obtain a Fellowship in the University, or such preferment in the country as would prevent his residence in College; and further that the profits during a vacancy should be converted to the use of the College.

One Scholar from the Schools of Birmingham and Haverfordwest.

JOHN CARTWRIGHT, Esquire, of Aynho, in the county of Northampton, gave a rent charge of 10*l.* a year, issuing out of the Farm called Godwin's Farm, in Milcombe in the parish of Bloxham in the county of Oxford, in trust to apply 8*l.* of it to the maintenance of two Scholars, of the age of fifteen years at least, born in the counties of Chester, Northampton, and Oxford, and especially out of the School of Aynho, or the parishes of Budworth or Wrenbury in Cheshire, to be nominated by the said John Cartwright and his heirs for ever. He appoints the 8*l.* to be divided equally between these Scholars, who are to be called Cartwright's Scholars; and likewise institutes a Commemoration on the day of Doctor Radcliffe's Commemoration, at which the Principal is to receive 5*s.*, and 2[illegible]*s.* are to be divided equally amongst the Fellows and Scholars present. The remaining 10*s.* of the said rent charge are to be given to the Preacher on that day. The money arising from the absence of the Scholars or vacancy of the Scholarships is to be given towards the Commemoration, in such manner that the Principal shall receive one sixth part, and the rest be equally divided amongst the Fellows present.

A.D. 1665.

Two Scholars.

Commemoration.

Preacher.

ANNE WALKER of London, Spinster, bequeathed a messuage and lands in Shotswell in the county of Warwick, and other lands in Cropredey in Oxfordshire, on condition that 40*l.* should be paid annually for the maintenance of a schoolmaster at Charlbury to be chosen in one month after the vacancy, and out of Brasennose College, if any may be found fit; and that 10*l.* more be appropriated to two scholars to be chosen from the said school, or, in default of such, natives of the county of Oxford; who are to continue till they be of standing for the degree of M.A. The Principal and Fellows are appointed Visitors of the school; and have power after three admonitions to amove the Master, and elect another. The scholars are not allowed to be absent more than six weeks in the year under pain of amotion: and the taxes are ordered to be deducted from the pensions of the said schoolmaster and scholars in proportion to their respective value.

A.D. 1675.

Charlbury School.

Two Scholars from Charlbury School, or county of Oxford.

A.D. 1675. Woodward's Exhibitioners.

MICHAEL WOODWARD, D.D., Warden of New College, appointed by his last will the Principal of Brasennose College, together with the Warden and three Senior Fellows of New College for ever, Trustees to nominate to three Exhibitions for his relations, being of any College in the University of Oxford.

A.D. 1675. One Scholar.

HUGH HENLEY gave money to found one scholarship.

Advowson of Catworth.

DANIEL GREENWOOD, Fellow, gave the living of Catworth.

A.D. 1676.

RICHARD REED, of Lugwardine in the county of Hereford, Esq., gave a rent charge of 4*l.* a year issuing out of lands, &c., called Bartestrie's Court, in the township of Bartestrie and parish of Weston Begger in the county of Hereford, for the maintenance of one Scholar, who is to be allowed 1*s.* 8*d.* a week till he be of standing for the degree of M.A. and must be of the posterity of the founder, or, if none such offer, must be elected out of the school of Bosbury in the county of Hereford, or, in defect of such, out of the free school of the city of Hereford, and must be by birth of the county of Hereford. Every vacancy is to be filled up within six weeks: and if the lands fail, the exhibition is to cease.

One Scholar of the Founder's Lineage.

Or of the Schools of Bosbury or Hereford.

A.D. 1676.

THOMAS CHURCH, B.D. and Fellow of Brasennose College, gave 300*l.* to purchase lands for the maintenance of two Scholars, to be elected by the Principal and Fellows, of the kindred of the Founder, born in the town of Nantwich in the county of Chester, or, in default of such, any born in the said county; and to receive each of them 7*l.* yearly. Every vacancy is to be filled up in one month; and the scholars are to continue till they are of standing for the degree of Master of Arts. He likewise appoints a commemoration on the day of his death, at which the Principal is to receive 3*s.*, the Fellows present 1*s.* 5*d*, and each of his scholars 1*s.*

Two Scholars of the Founder's lineage, born in Cheshire.

Commemoration.

A.D. 1679. Somerset Iver Scholars.

SARAH, DUTCHESS Dowager of Somerset, gave various messuages and lands in the parish of Iver in the county of Buckingham, for the benefit of four scholars, to be called Somerset Scholars, and to be chosen within forty days after every vacancy, from the free school of Manchester, with preference to the natives of Lancashire, Cheshire and Herefordshire; or if none from the said school offer themselves, the vacancy to be filled with any native of the three counties. They are to receive each 5*s.* a week for seven full years from their admission, (except during their absence contrary to the Statutes, and except they be promoted to a fellowship in this or any other College, or be expelled,) and are to have one chamber found them by the College, with four studies, or else four distinct chambers. They are required to wear cloth

Four Scholars from Manchester School.

gowns with open sleeves, like the students of Christ Church, and square caps, but without tassels while they are Under-graduates. At their admission they are to receive from the College a new gown and cap, and a new gown and cap at the beginning of the third year; and again at the beginning of the fifth year; and are to deposit no caution, but if they do not pay their battels within a fortnight after they are due, their names are to be crossed, and their allowance stopped, till all arrears are paid. The Bishop of Lincoln is appointed their Visitor, and specially requested by the Duchess to visit once in three years. She appoints a Commemoration on the day of the foundation; and a Latin speech on that day to be made by one of the Somerset scholars (who are to take it in succession) to commemorate their benefactress. At this time 40*s.* is to be distributed to the Principal, Fellows, and Scholars present at prayers; of which the Principal is to have a double share.

Commemoration, and Speech.

She afterwards gave in her will, dated 1686, the manor of Thornhill, in Wiltshire, to the Principal and Fellows, to increase the number of her scholars; which increased number she orders likewise to be called Somerset Scholars. They are to have the same allowance and to be under the same regulations as the former; but are to be elected from the free schools of Manchester, Marlborough, and Hereford alternately. The College is to give notice of a vacancy within thirty days to the schoolmaster of that school from which the scholar is to be elected; and if this be not observed, the privilege of electing into any of the additional scholarships for the next seven years is to be forfeited; and to be vested, during that time, in her trustees, *viz.* Lord Delamere, Sir Samuel Grimston and Sir William Gregory; and their heirs. If any of the Scholars be absent more than three months in one year, upon any pretence whatever, his place is ipso facto void. No new lease is to be granted for a longer term than twenty-one years; the best improved rent is to be taken which can be procured, and the fine not to be more than one third of such improved rent, but the other two thirds to be reserved for an annual payment. The tenants are to pay all taxes and keep the premises in repair. Of the fines, three parts out of four are to go to the College, in consideration of finding chambers, studies, caps and gowns: and the other fourth to the benefit of all the Somerset Scholars, to buy them books. The Scholarships are to be increased in number, proportionably to the increase of the estate; that is, a new Scholarship is to be added continually, when the estates shall have increased 15*l.* a year.

Somerset Thornhill Scholars, for the Schools of Manchester, Marlborough, and Hereford alternately.

She further gave her leasehold farm in the same manor for the establishment of six other Scholarships. The whole profits

Thornhill Manor Scholars.

Digitized by Google

are to go to the six Scholars, no others are to partake with them, nor are they to receive any parts of the rents of the manor of Thornhill. They are to be sons of such persons as cannot afford to bestow much upon the education of their children, and therefore the larger stipend is allotted them; are to be designed for the ministry; and to study divinity. In all other respects they differ nothing from the other additional Scholars.

Advowson of Wotton Rivers.

By a codicil annexed to her will, dated 1691, she likewise gave the advowson of the living of Wotton Rivers in Wiltshire, to the Principal, Fellows, and Scholars of Brasennose College, Oxford, and to the Master, Fellows, and Scholars of St. John's College, Cambridge; who are to present alternately one of the Scholars upon her foundation, who has been educated in the College whose turn it shall be to present.

A.D. Caution money for two Exhibitioners. Speech on the thirtieth of January.

ROBERT JONES paid to the Bursars by the hands of Doctor Charlett the sum of 10*l.*; of which he desired that eight pounds might be standing caution for the two Philpottine, Langfordian Exhibitioners, 5*s.* be given for a speech upon the thirtieth of January, and the rest be distributed at Mr. Porter's Commemoration. He further signified his desire to perpetuate his memory, when he should know what way would be most agreeable to the College, whether by a gross sum, or mortgage. In consequence of this request, the 5*s* to the Speaker is continued, and Mr. Jones is commemorated on the fifth of November, when one of the Exhibitioners is to invite the Master of University College, who is to receive 1*s.*, and 19*s.* is to be divided amongst the Principal, Fellows, and Exhibitioners present at prayers; of which the Principal is to have a double share, the others equal. N.B. The Philpottine, Langfordian Exhibitioners are so called from their Founders, CHARLES LANGFORD, Dean of HEREFORD, who gave 8*l.* and GEORGE PHILPOTT, who gave 4*l.* per annum, amounting in the whole to 12*l.*; which is equally divided between them. They are nominated and paid by the Dean and Chapter of Hereford.

Commemoration.

A.D. 1680. Augmentation of Church's Scholarships. Three Scholars.

THOMAS YATE, D.D., Principal, bequeathed 100*l.* to be laid out in purchasing lands for the augmentation of Church's Scholarships: and also one messuage called Willoughby House in the parish of St. Clement Danes in Middlesex to be let for a term of years at the rent of 40*l.* of which 24*l.* are to be equally divided among his three Scholars, who are to be chosen of the lineage of his father; or, in default of such, out of the parish of Middlewich in Cheshire; or, in default of such, out of the counties of Northampton and Wilts. The Scholarships cease, when the Scholars are of standing for the degree of Master of Arts: and if any of the Scholars mis-

behave, the Principal is to deduct one-fourth part of his allowance for that week, or for so many weeks as he shall continue to misbehave, for a punishment; and to bestow the money so deducted on one of the said Scholars who is most deserving. The money arising from vacancies or absence, is to be given to such as are resident. The remainder of the said 40*l.* is to be disposed of in the following manner; *viz.* to the Principal on St. Thomas's day 5*l.*; to the Fellows present that day at morning prayers 10*l.*; and to the said three Scholars or such of them as are present 20*s.* When the term of years above-mentioned is expired, the College are to let the premises on rack rent; and apply the increased income to the purposes of augmenting the Exhibitions before-mentioned proportionably. If the lands fail, the exhibitions are to decrease in proportion. He also gave the Rectory of Middleton Cheney.

Commemoration.

Advowson of Middleton Cheney.

THOMAS WESTON, Rector of Crissleton near Chester, gave 200*l.* to provide a stipend of 8*l.* per annum for a Mathematical Lecturer.

A.D. 1683.

Mathematical Lecturer.

WILLIAM HULME of the county of Lancaster gave lands in trust to certain persons mentioned in his will, and their successors to be elected by the survivors of them, to maintain four Exhibitioners of the poorest sort of Bachelors for the space of four years, to commence from the time of taking the degree of Bachelor of Arts. They are to be nominated by the Warden of Manchester, the Rector of Prestwich, and the Rector of Bury for the time being. N.B. By Act of Parliament, the trustees have power of increasing the number of the Exhibitioners.

A.D. 1691.

Hulme's Exhibitioners.

SIR FRANCIS BRIDGEMAN, Knight, bequeathed among other things, 500*l.*. for a panegyric yearly on King James the Second. N.B. By a decree in Chancery (A.D. 1734), it was ordered to be applied to pay one Fellow, to be appointed yearly by the College, for making and pronouncing an oration on some of the arts and sciences taught in the University. The Principal and Fellows appointed a commemoration for him on the twenty-first day of December.

A.D. 1701.

Bridgeman's Speech.

Commemoration.

BENJAMIN SWETE of St. Clement Danes, London, Esquire, bequeathed to the Principal and his successors one Presentation out of four to the Living of Begbrook in the county of Oxford, on trust that he shall present one of the Fellows.

A.D. 1721.

Advowson of Begbrook.

WILLIAM GRIMBALDSON, M.D. gave 1000*l.* (which were laid out in purchasing lands in North Hinksey in the county of Berks) to buy books for the library, at the choice of the Principal and senior Fellows, annually on the twenty-

A.D. 1725.

One Thousand Pounds to the Library.

Commemoration.

fourth day of June. The Principal and Fellows added a Commemoration for him on the twenty-fourth day of June.

A.D. 1725.
Jackson's Trustees and Advowson.

HENRY JACKSON, Minor Canon of St. Paul's, London, in his will appoints the Principal of Brasennose with the Warden of New College Visitors of his Foundation at Merton College: and, among other bequests, gives to his trustees 800*l.* to purchase a perpetual advowson, in trust to present thereto one of his Scholars being a Priest, or, in defect of such an one, some one of the Fellows of Merton being a Priest, or, in defect of such, one of the Fellows of Brasennose College.

A.D. 1732.
Halstead's bequest of six additional Fellowships.

CHARLES HALSTEAD, of Rowley in the county of Lancaster, Esquire, after several limitations, bequeathed his lands, &c., in Lancashire, to endow six additional Fellowships in Brasennose College; in the election to which, preference is to be given to his relations.

A.D. 1737.
Cheshire's Augmentation and Allowance.

SIR JOHN CHESHIRE, Knight, Serjeant-at-Law, bequeaths 500*l.* to be laid out in land of the yearly value of 25*l.*: which, by a decree in Chancery (A.D. 1743), is to be applied to the improvement of the yearly income and allowance of the Principal and Fellows; *viz.* to the Principal 40*s.*; and to each of the Fellows 20*s.* The remaining three pounds are for a Commemoration on the fifteenth of May.

Commemoration.

The Form used in the Election of Fellows, taken from a Memorandum in an old Statute Book.

1. Is read by the senior Elector the Statute *De Electione Sociorum.* 2. The Electors are sworn to observe that Statute. 3. The Statute of the Kingdom concerning Elections is read. 4. Next, the Principal, and Vice-Principal (the two Scrutators) go to the Communion Table, and give the Suffrage *in Scriptis*: after them the rest, according to seniority, give their voices *secundum hanc formam; Ego A. B. nomino C. B. Artium Baccalaureum in annum probationis.* 5. After the Scrutators have overviewed the Scroll, they go to their seats again, and the Senior announces such an one chosen *in annum probationis*, either that he is chosen *consensu unanimi*, or *per majorem partem suffragantium:* which done, the junior Elector goes for the newly chosen Probationer. 6. The person elected, being come, first takes an oath, *viz.*, that part of the Statute *De Electione Sociorum*, beginning thus, *Ego A. B. juro quod non habeo patrimonium feodum, &c.*, to these words, *si vero infra mensem, &c.* 7. He is to take two other oaths of the Kingdom: *viz.*, the oath of Supremacy, and next, that of Allegiance to his Majesty: which done, he departs; and then the company.

The Form used at the Confirmation of Fellows, taken from the same old Statute Book.

1. Is read the latter part of the Statute *de Electione Sociorum*, which begins with these words, *Quemlibet vero electum, &c.*, to these words, *Statim hujusmodi sic admissus, &c.* 2. The Fellow so admitted reads the three oaths, *viz.*, *Juramentum Sociorum* (Stat. cap. 7.) the oath of Allegiance, and the oath of Supremacy.

The Oath of Allegiance.

I, A. B., do sincerely promise and swear that I will be faithful, and bear true Allegiance to his Majesty King George.

So help me God.

The Oath of Supremacy.

I, A. B., do swear, that I do from my heart abhor, detest and abjure, as impious and heretical, that damnable doctrine and position, that Princes excommunicated or deprived by the Pope, or any Authority of the See of Rome, may be deposed or murthered by their Subjects, or any other whatsoever.

And I do declare, that no foreign Prince, Person, Prelate, State or Potentate, hath, or ought to have any Jurisdiction, Power, Superiority, Preeminence, or Authority, Ecclesiastical or Spiritual, within this Realm.

So help me God.

The Oath taken by Scholars at their Admission.

Ego N. N. juro, quod observabo omnia Statuta hujus Collegii, quatenus personam meam concernunt.

Ita me Deus adjuvet.

The Form of Resignation of a Fellowship, from the same Old Statute Book.

Ego N. N. Artium Magister, Socius indubitatus Aulæ Regiæ et Collegii de Brasennose, resigno in manus N. omne meum jus et interesse, quod in dicti Collegii Societate habeo per præsentes, nec dolo circumventus, nec metu coactus, pure et sponte: In cujus rei testimonium nomen meum propria manu subscripsi et sigillum apposui.

N. N.

L. S.

Dat. . . . . A.D. &c.

Form of Letters Testimonial, from the same.

Cum A. B. e Collegio Ænei Nasi literas nostras commendatitias de vita sua laudabili, morumque integritate, concedi sibi petierit; nos infra nominati, Principalis et sex Socii seniores ejusdem Collegii, tam honestæ ejus petitioni (quantum in nobis est) obsecundare volentes, testamur, et testatum facimus, per præsentes, dictum A. B. per spatium annorum quibus apud nos vixit sedulam studiis suis dedisse operam, vitam et mores pie ac sobrie instituisse, neque unquam (quod sciamus) quicquam aut credidisse aut teruisse, nisi quod orthodoxum esset, et sinceræ fidei congruum, quodque Ecclesia nostra Anglicana jam approbat, et tuetur. In cujus rei testimonium nomina nostra propria manu apposuimus.

Dat. . . . . A.D. &c.

A form of a Grant by Dr. Nowel, to the Schoolmaster of Middleton, from the same.

Noverint universi per præsentes, me Alexandrum Nowel Decanum Ecclesiæ Cathedralis Divi Pauli London, designasse et constituisse, et per præsentes designare et constituere, dilectum mihi in Christo Robertum Walkeden, Artium Magistrum, præceptorem et magistrum in libera Schola Reginæ Elizabethæ in Middleton in Comitatu Lancastriæ, illique stipendium annuum viginti librarum legalis monetæ Angliæ, et cubiculum in superiori parte ejusdem Scholæ, et agri vocati *the nethermost Barrow Field* inferiorem partem, sepibus et fossa inclusam, et pratum sive pascuum propinquum, ad eandem Scholam pertinentia assignasse, utenda et fruenda, durante vita naturali sua, ea conditione ut Scholares dictam Scholam frequentantes in vera pietate, honestis moribus, et bonis literis diligenter instituat et informet. In cujus rei testimonium præsentibus nomen meum adscripsi, et sigillum meum apposui, vicesimo septimo die mensis Martii, anno Domini 1593.

Per me Alexandrum Nowel.

L. S.

Statuta legenda coram non graduatis et Baccalaureis. From the same.

Præfatio. Dein Capitula 1, 8, 9, 11, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 22, 23, 27, 29, 30, 31, 36, 38.

Halls included in the Site of the College. From the same.

1. Parva Aula Universitatis, et Ænei Nasi.
2. Black Hall.
3. Staple Hall.
4. Salisbury Hall.
5. Little Edmund Hall.
6. Glazier's Hall.
7. Haberdasher's Hall.

Townships in the Parish of Prestbury. Taken from Dr. Yates's Book.

Sutton.
Macclesfield.
Tidrington.
Upton.
Ridge.
Fallibrome.
Adlington.
Newton.
Buttley.
Bollington.
Wordford.
Poynton.
Lime.
Disley.
Shrigly.
Pott.
Ravenow.
Henbury.
Henshaw.
Langly.
Wild-bore-clough.
Marton.
Siddington.
Wythington.
Capeston.
Pexhall.
Birches.
Mottram St. Andrew.
Hadsfield.
Bosley.
Winde.
Chorley.*
Chilford.*
Snelston.*

N.B. Alderley and Taxley in Cheshire have been proved to be distinct Parishes from Prestbury, by copies of divers records.

Townships in the Parish of Prescot. From the same.

Farnworth.
Widnes.
Sankey.
Whiston.
Windle.
Bold.
Penketh.
Croxtath.
Sutton.
Eccleston.
Ditton.
Kewardley.
Parr.
Rainhill.
Rainsford.

Extracts from the College Register; relating to the Election and Confirmation of a Principal.

Aprilis die vicesimo septimo, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo. Omnes Socii domi præsentes con-

Digitized by Google

venerunt in capella de die electionis futuri Principalis tractaturi. Dies autem huic electioni assignatus est dies decimus mensis Maii proxime insequentis. Et literæ citatoriæ in ostio capellæ per Vice-Principalem figebantur in hæc verba:

(L.S.) JOHANNES NAPLETON, Artium Magister, Aulæ Regiæ et Collegii de Brasennose in Universitate Oxoniensi Vice-Principalis, universis et singulis Sociis Collegii prædicti, Salutem vobis et vestrum cuilibet.

Tenore præsentium notum facimus et significamus Reverendum Virum FRANCISCUM YARBOROUGH Sacræ Theologiæ Professorem, et Collegii prædicti nuper Principalem, supremum diem obiisse, et illius obitu officium Principalis Collegii antedicti vacans esse et jam vacare. Sciatis igitur nos JOHANNEM NAPLETON Vice-Principalem antedictum, decimo die Maii mensis proxime sequentis, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo, commonere et citare sex deinde Socios seniores Collegii nostri tenore præsentium, ut simul conveniant et intersint in sacello dicti Collegii hora nona antemeridiana die Jovis, viz. decimo die mensis Maii antedicti cum continuatione et prorogatione diei extunc sequentis, quatenus expediat, juxta statutorum dicti Collegii tenorem et effectum. Quem quidem diem vobis et vestrum cuilibet peremptorium in electionem novi Principalis in locum alterius, sicut præmittitur, per mortem avocati, assignamus et præfigimus. Intimantes vobis et vestrum cuilibet, quod si dictis die, hora, et loco non comparueritis, aut aliquis vestrum non comparuerit, quod tunc nos JOHANNES NAPLETON, Vice-Principalis antedictus, una cum aliis sex maxime senioribus, ad electionem novi Principalis procedere non deferemus; absentiis vestris vel absentia alicujus vestrum in aliquo non obstantibus vel obstante.

Datum in sacello dicti Collegii sub sigillo quo hac in parte utimur et subscriptione manus nostræ die mensis Aprilis vicesimo septimo, anno regni Domini nostri Georgii tertii Dei Gratia Magnæ Britanniæ Franciæ et Hiberniæ Regis, Fidei Defensoris, &c. decimo, annoque Domini millesimo septingentesimo septuagesimo.

JOHANNES NAPLETON, Vice-Principalis.

Maii decimo, die electioni novi Principalis assignato, GULIELMUS GWYN, A.M. Rector Ecclesiæ de Cottingham in agro Northantoniensi, Collegii nostri nuperrime Socius, electus est in Principalem unanimi consensu suffragantium: qua quidem electione ipsi, cum præsens forte fuerit, intimata, acceptabat coram omnibus Sociis domi presentibus in Capella congregatis: et peractis inibi peragendis, statim scribebantur literæ subse-

quentes sub sigillo communi ad Dominum Episcopum Lincolniensem, et mittebantur per Magistrum MAYER.

[N.B. The Form of Election is as follows. When the Electors are met in the chapel, the Senior first declares the cause of the convention; and then they proceed to receive the holy Sacrament, which is administered in Latin by the two seniors in Surplices. When this is done, the statute *De Electione Principalis* is read by the senior, and the statute of the Realm relating to elections. Then all the Electors take the oath prescribed in the College statute, beginning with these words, *Quod postpositis omnimodis amore*, &c. and ending with these words, *plus posse proficere et velle.* The two simply seniors who are Scrutators, next take another oath in the same statute: *quod vota singulorum Eligentium in ipsa Electione diligenter et fideliter examinabunt.* The other Electors then declare to these two secretly and separately their votes, and write them down with their own hands: after which the two Scrutators do the same in the presence and hearing of the two next Seniors. The scrutiny being faithfully communicated, and diligently examined, the Election is declared by the Senior; and if the person elected be present, or if not, as soon as he comes, he kneels down together with all the Fellows in College, who are now to be assembled, at the rails of the Altar: and the two Scrutators being within the rails, the Senior says *Salvum fac Servum tuum, Domine.* Resp. *Deus meus sperantem in te.* Presb. *Dominus vobiscum.* Resp. *Et cum Spiritu tuo.* Oratio. *Actiones nostras*, &c. as in the Liturgy: after which the Congregation is dismissed with the blessing.]

Reverendo admodum in Christo Patri, Domino Domino Johanni Permissione Divina Lincolniensi Episcopo, Aulæ Regiæ et Collegii de Brasennose in Universitate Oxoniensi Visitatori et Patrono; vestri humiles et devoti JOHANNES NAPLETON A.M., Vice-Principalis, et sex Socii seniores Collegii prædicti omnimodam reverentiam et obedientiam tanto patri debitam cum honore. Vacante nuper officio Principalis Collegii prædicti per mortem naturalem FRANCISCI YARBOROUGH S.T.P. novissimi Principalis, nos in capella dicti Collegii simul congregati, vocatis primitus et præmonitis omnibus et singulis ejusdem Collegii Sociis, visis et examinatis statutis et consuetudinibus dicti Collegii, die et anno infrascriptis, secundum statuta dicti Collegii, ad electionem novi Principalis processimus. In qua electione viritim examinati Socii prædicti per Scrutatores, *Quem nominarent in Principalem?* omnes unanimi consensu nominabant venerabilem virum GULIELMUM GWYN in Artibus Magistrum, Rectorem de Cottingham in agro Northan-

toniensi, Collegii nostri nuper Socium, in locum FRANCISCI YARBOROUGH jam defuncti; quem GULIELMUM GWYN A.M. Vice-Principalis in Principalem dicti Collegii electum pronuntiavit. Nos igitur Vice-Principalis et Socii Aulæ Regiæ et Collegii de Brasennose prædictum GULIELMUM GWYN vestræ reverendæ paternitati secundum formam statutorum tenore præsentium nominamus; humiliter supplicantes, quod eundem GULIELMUM GWYN in Principalem dictæ Aulæ Regiæ et Collegii de Brasennose præficere, ac illi administrationem Aulæ et Collegii prædicti, juxta statutorum exigentiam, plenarie committere dignetur vestra reverenda paternitas; quam in prosperis diutius conservet Deus Optimus Maximus ad salubre regimen gregis sui. In cujus rei testimonium sigillum nostrum commune præsentibus apponi fecimus.

Datum die decimo mensis Maii, anno Salutis humanæ millesimo septingentesimo quadragesimo quinto.

(L. S.)

Maii decimo sexto, convocatis a Domino Vice-Principali omnibus Sociis domi præsentibus, et ad ostium Collegii nostri congregatis, Magister GWYN, nuperrime in Principalem electus intrabat. comitante Magistro MAYER; qui Vice-Principali in manus deferebat literas a Visitatore nostro subsequentes; quibus in capella palam recitatis, et præstitis juramentis secundum statuta Collegii et leges Angliæ requisitis, Dominus Principalis, deducente Vice-Principali, in sella sua in choro capellæ collocatus est.

(L. S.) Johannes Lincoln.

JOHANNES Permissione Divina Lincolniensis Episcopus dilectis nobis in Christo JOHANNI NAPLETON A.M. Vice-Principali Aulæ Regiæ et Collegii de Brasennose in Universitate Oxoniensi, nec non sex Sociis senioribus, cæterisque Sociis et Scholaribus, et aliis quibuscunque ad idem Collegium quovismodo spectantibus, salutem in Domino sepiternam.

Literas prædicti JOHANNIS NAPLETON A.M. Vice-Principalis et sex Sociorum seniorum Aulæ Regiæ et Collegii vestri prædicti nuper recepimus in hæc verba, videlicet: Vacante nuper &c. (*reciting the whole letter*) Ad quarum quidem literarum petitionem nos JOHANNES permissione divina Lincolniensis Episcopus, pro ea, quæ nobis per Statuta dicti Collegii competit, authoritate, dictam electionem sive nominationem sic per vos factam quantum in nobis est approbamus, ratificamus, et confirmamus; dictumque GULIELMUM GWYN per vos electum et nobis nominatum, in Principalem Aulæ Regiæ et Collegii prædicti præficiendum esse decernimus, prout per præsentes præficimus: Eique administrationem prædictæ Aulæ et Collegii vestri plenarie committimus, mandantes et requirentes quate-

nus eidem Principali, sic a vobis electo et nominato ac a nobis rite præfecto, debitam reverentiam et obsequium juxta dictæ Aulæ et Collegii vestri statutorum exigentiam præstetis: Deumque Optimum Maximum, omnis bonæ donationis authorem, ipsius Principalis et omnium vestrum nomine, obnixe rogamus, ut eidem Principali vestro donare dignetur, ut in omnibus dicti Collegii negotiis peragendis, afflatu Spiritus Sancti ductus, pie, prudenter et pacifice, dictum exequatur officium, et spei vestræ de eo conceptæ et votis vestris piis digne in omnibus respondeat.

Datum sub sigillo nostro duodecimo die mensis Maii, anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo, nostræque consecrationis nono.

VISITORS' INJUNCTIONS, &c.

Copies of some of the most remarkable Interpretations, Declarations, and Expositions of our Visitors, with the titles or short abstracts of such as are of lesser consequence. From the College Register.

A.D. 1554. Bishop White's Declarations upon certain doubts proposed to him by the Principal and Fellows.

Si quis Socius Collegii de Brasennose prædicti beneficium aliquod ecclesiasticum (propter quod post annum gratitudinis transactum a Collegio prædicto recedere debeat) fuerit assecutus, ac postea, viz. ante prædictum gratitudinis annum transactum, pœnitentia ductus, idem beneficium, propter exilitatem aut aliam causam legitimam, deposuerit et resignaverit, in hoc casu ipsum (quandoquidem dum resignaverit Socius actualiter existebat) in societate permanere privilegiaque et jura ejusdem Collegii de jure percipere debere declaramus.

Electionem Christopheri Carye ad officium Lectoris publici Scholarium in dicto Collegio legitimam esse, et secundum formam statutorum dicti Collegii factam, quandoquidem ad idem officium per majorem partem, hoc est, per quatuor eligentes, deputatus fuit, declaramus.

Electionem Olivarii Wythington in alterum Bursariorum dicti Collegii, quamvis æquales voces fuerunt, tamen quia vox et suffragium Principalis in electione ipsius concurrebat, legitimam, et secundum formam statutorum factam declaramus, eo quod Principalis in omni electione senior est reputandus, et pars in quam Principalis inclinaverit debet præponderare quamvis voces sint æquales.

Verbum illud *pronuntietur* in statuto de Vice-Principalis electione et ejus officio, et etiam alibi in statutis, non est potentialis modi, sed imperativi.

A.D. 1556. A letter from Bishop White, to Dr. Marshall Vice-Chancellor, and Dr. Morwent President of Corpus Christi College; to settle the disputes between the Principal and Fellows relative to certain expulsions. A. ff. 86 a.

A.D. 1578 A letter from Bishop Cowper, in answer to the Principal, who had proposed certain questions to him, and complained of an irregularity. A. ff. 85 a.

Query 1. Whether the year of grace allowed by statute to

a person promoted to an ecclesiastical benefice, ought to be extended to more than one year, in consideration that he pays first fruits to the Queen? Answered in the negative.

Query 2. Whether a person promoted to a living not exceeding by valuance to the Queen, the yearly sum of thirty nobles, though it be well known that the Incumbent have twenty pounds under or above, may retain his Fellowship? Answered in the negative. *N. B. The contrary was decreed by a subsequent Visitor.*

Complaint. That many persons owed large sums to the College for battels. *Answer.* They are ordered to pay them at the next audit, or before Christmas, on pain, if they be commoners, of expulsion, if fellows, of losing their commons, and being deprived of all offices, till the College should be satisfied.

Bishop Cowper afterwards sent the following rescript for the same purpose. *A.D.* 1578.

Multorum ignavia in persolvendis pecuniis Bursario debitis effectum est ut ille, nec unde iis qui victualia suppeditarunt satisfacerit, nec quo a die in diem satis commode providere posset, haberet; visum est igitur Principali et sex Sociis senioribus in hanc sententiam decernere. Si quis Scholaris non Socius, cujuscunque gradus fuerit, ante decimum quartum diem, finem cujuscunque Termini immediate sequentem, omnes et singulas pecuniarum summas aut pro expensis debitas, aut pro mulctis vigore statutorum et ordinationum hujus Collegii inflictis, non persolverit, duobus solidis et sex denariis mulctabitur. Et si infra septem dies post mulctam inflictam Bursario non satisfecerit, consimili mulcta iterum erit mulctandus; et si ante mensem immediate finem cujuscunque termini sequentem modo prædicto non satisfacerit, quilibet talis a Collegio protinus amoveatur; et Tutor ejus, si quem habuerit, in annum immediate sequentem pro nullius Tutore admittatur. Socii non solventes, quousque persolverint, communias prorsus amittant, electiones et Sociorum conventus non accedant, suffragia in Collegii negotiis nullatenus ferant nec activa nec passiva; sed omni officio, prælectonis munere, ac sodalitii beneficio careant. Item decernimus quod Bursarii juramenti vinculo teneantur, Scholarium tam Sociorum quam non Sociorum, cujuscunque gradus fuerint, nomina, cognomina, nec non pecuniarum summas illis debitas, absque omni dolo et fraude Principali, ac, eo absente, Vice-Principali, denuntiare, quo præsens decretum debitum sortiatur effectum. Ac etiam decernimus, quod iidem Bursarii omnes summas pro communiis debitas, ac receptus, pistoribus, cerevisiariis, cæterisque creditoribus, intra quadraginta dies finem cujuscunque termini immediate sequentes persolvant, sub pœna amotionis a suo officio.

Digitized by Google

Hoc decretum ego THOMAS Lincolniensis Episcopus, auctoritate per statuta Collegii mihi concessa, confirmo ac ratum habeo. Septimo die Octobris, A.D. 1578.

A.D. 1579. BISHOP COWPER'S letter concerning the commencement of the Year of Grace.

To my verye lovinge ffreandes Mr. HARRIES Principall of Brasennose Colledge in Oxforde, and to the Seniors there.

After mye verye hartye commendations, these are to lett youe understande, that as before time it was against the meaninge of your Statute that anye Felowe sholde have possession of a Benefice twoe yeares together withe the intereste of his Colledge: soe I wolde not wishe, nor doe thinke conveniente, that one yeare by any interpretation sholde bee overrigorouslye abridged; youre Founder's meaninge was, that the Felowe sholde have a yeare's respite after suche possession, as wherebye hee mighte lawfullye take the fruites of the Eclesiasticall lyvinge, but that yeare after induction onlye, for before that he cannot justlye take anye fruites of the benefice. Mye opinion ys therefore, that the yeare sholde proceede from the induction rather then from the institution, especiallye yff the induction be taken withowte fraude, whiche I thinke to bee, yff he be inducted within anye competente tyme after his institution, as within the space of a moneth, six weekes, or eight weekes, yff hit be further deferred, it maye seame to have a fraudulente meaninge to delude the Statute, and Founder's purpose, which I wolde be lothe sholde be usid uppon anye interpretation that I doe make. Some will deferr theire induction a quarter of a yeare, halfe a yeare, yea a whole yeare, and some will not be inducted at all, and yett in the meane tyme take the fruites of the benefice, but this I take to be false and fraudulente dealinge; and noe part of youre Founder's meaninge, and therefore not to be sufferid. This man's case, that youe write for, I thinke to be resonable, and withoute fraude, soe that his benefice be nowe fullye resigned. This fare ye hartelye well, the 26 of Aprill 1579. Elizabethe 21.

Your lovinge freande

THOMAS LINCOLN.

A.D. 1590. Confirmation of BISHOP COWPER'S Rescript relating to Battels by the Commissaries of Bishop WICKHAM. *Vide pag.* 34.

NOS EDWARDUS GERMYN S.T.P. et JOHANNES COWELL LL.D. reverendi in Christo patris et domini Domini GULIELMI Lincolniensis Episcopi Commissarii spirituales, ad visitandum &c. legitime deputati, ratum firmumque habemus Rescriptum præmissum; et insuper Bursariorum juniorem, qui pro tempore fuerit, sub pœna quadraginta solidorum legalis monetæ Angliæ, quoties in hoc deliquerit, nomina omnium et singulorum Scho-

larium, tam Sociorum quam non Sociorum, quos pecunias aliquas pro Communiis, sic ut in dicto Rescripto præmittitur, debere contigerit, intra quatuordecim dies finem cujusque termini proxime sequentes, ad Principalem, vel, in ejus absentia, Vice-Principalem, in scriptis deferre volumus et ordinamus: hanc autem mulctam per Principalem, vel, in ejus absentia, Vice-Principalem, ad usum Collegii statim exigi, et in presentia sex seniorum Sociorum seniori Bursario solvi, et super seniori Bursario in computo suo finali ejusdem anni, non minus quam sua cætera recepta, onerari præcipimus: Tali delatione per Bursarium juniorem facta, si dictus Principalis, vel in ejus absentia Vice-Principalis, debitores hujusmodi delatos ad debita sua juxta dicti Rescripti tenorem persolvenda compellere quatuordecim alios dies detractaverit seu distulerit, tum illum ad singulas hujusmodi summas debitas et non solutas dicto Collegio per se satisfaciendas teneri et astringi decernimus.

Datum duodecimo die Novembris, anno Domini 1590, infra Collegium de Brasennose, tempore nostræ Visitationis. In præsentia mei Edwardi Culler LL.B. Notarii publici, et actorum tunc Scribæ.

Edwardus Grrmyn S.T.P.
Johannes Cowell LL.D.

Bishop Chadderton's Interpretation of part of the Statute *A.D.* 1600. *De Sociis Collegii promotis.*

Willielmus Providentia Divina Lincolniensis Episcopus, Visitator de Brasennose infra almam Academiam Oxoniensem legitime constitutus, universis et singulis Christi fidelibus ad quos præsentes literæ testimoniales pervenerint Salutem in Domino. Cum quidem, inter alia statuta, ordinationes et constitutiones laudabiles ejusdem Collegii nostri, statutum, ordinatum, et provisum existit, *quod quilibet Socius dicti Collegii, habens patrimonium, feodum, annuam pensionem, præbendam, liberam capellam aut aliud beneficium ecclesiasticum perpetuum quodcunque, cum cura vel sine cura, quod summam decem marcarum de claro communibus annis excedat, aut vicariam perpetuam cujuscunque valoris, aut cantariam aliquam extra Universitatem obtinuerit, societatem et jus Socii ejusdem amittat*, prout ex dicto statuto plenius liquet, et apparet. Cumque præterea Edwardus Gee Clericus, Sacræ Theologiæ Baccalaureus, ejusdem Collegii nostri Sociorum unus, fuerit et sit in et ad rectoriam sive ecclesiam parochialem de Tedborne in Comitatu Devoniæ, Excestrensi Diocesi, rite et legitime presentatus, admissus, institutus et indictus sed coram nobis allegavit quod dicta rectoria in præsente adhuc litigiosa existit, ita ut pacifice et quiete eandem possidere et gaudere non valeat sine magnis suis sumptibus et expensis, nec adhuc de pacifica et quieta retentione et possessione ejusdem ullam securitaten habere possit. Unde tam dictus

Digitized by Google

EDWARDUS GEE, quam Vice-Principalis ac Socii ejusdem Collegii nostri (Principale ejusdem absente) nobis humillime supplicari fecerunt, quatenus hujusmodi statutum Collegii nostri prædicti in præmissis auctoritate nostra in hac parte nobis et successoribus nostris reservata interpretari, decernere, et declarare dignaremur. Et quia dictus EDWARDUS coram nobis personaliter comparuerit, et juramentum personale tactis sacrosanctis Christi Evangeliis præstitit, quod dicta rectoria de Tedborne, cessantibus dolo et fraude ac molo ingenio suis, fuerit, ac sit in præsenti, litigiosa, et quod non impediverit, seu impediri procurabit, quo minus hujusmodi lites sopitæ fuerint; nos præfatus Episcopus Visitator antedictus, habita prius matura deliberatione in hac parte, ac de et cum consilio jurisperitorum, cum quibus in hac parte communicavimus, nec non rei ipsius æquitatem et perpetuam aliorum Collegiorum dictæ Academiæ praxim considerantes, interpretamur, decernimus et declaramus, quod intentio Fundatoris Collegii nostri antedicti in hujusmodi statuto non est accipienda aut censenda de beneficiis litigiosis. Ideoque auctoritate nostra prædicta, quantum in nobis est, et de jure et statutis ejusdem Collegii possumus, decernimus, ordinamus et declaramus, quod bene liceat et licebit dicto EDWARDO GEE, donec et quousque dicta rectoria, cessantibus dolo et fraude ac malo ingenio suis, litigiosa fuerit, societatem suam in dicto Collegio cum suis juribus et pertinentiis universis (dummodo aliud legitimum non obstat in hac parte impedimentum) pacifice et quiete retinere et habere valeat et possit, statuto Collegii nostri prærecitato, aut aliquibus aliis statutis, consuetudinibus ac ordinationibus in contrarium non obstantibus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum Episcopale præsentibus apponi fecimus.

Datum octodecimo die mensis Septembris, anno Domini millesimo sexcentesimo, nostræque translationis anno sexto.

WILLIELMUS LINCOLN.

A.D. 1609. BISHOP BARLOWE'S interpretation of part of the Statute *De Impedimentis Studii removendis.*

WILLIELMUS Providentia Divina Lincolniensis Episcopus, Visitator Collegii de Brasennose infra almam Academiam Oxoniensem legitime constitutus, universis et singulis Christi fidelibus ad quos præsentes literæ testimoniales pervenerint, salutem in Domino. Cum quidem inter alia statuta, ordinationes et constitutiones laudabiles ejusdem Collegii statutum sit et ordinatum, *quod nullus Sociorum aut Scholarium vel Servientium dicti Collegii, ad taxillos, aleas, chartas, aut pilam ludat, nec aliquem alium ludum noxium, inhonestum, seu illicitum infra dictum Collegium exerceat.* Cumque per Principalem et Socios ejusdem Collegii supplicatum nobis sit, quatenus hujusmodi statutum Collegii prædicti in præmissis auctoritate nostra nobis

in hac parte reservata interpretari, ac licentiam nostram pro spæristerio ibidem ædificando, in quantum Statutum prædictum patitur, eisdem impertiri dignaremur: nos igitur consulentes jurisconsultos ab illis accepimus Imperatorum legibus jureque civili taxillorum, alearum, et chartarum ludos crimine non vacare, ludosque dici et nominari noxios et illicitos, jure etiam canonico omnino clericis interdictos, ludum vero pilæ esse innoxium licitum et permissum. Ideo nos tam mentem Statuentis quam verba statuti serio perpendentes, post maturam deliberationem sic interpretamur, decernimus et declaramus, illum pilæ ludum tantum, qui fit cum pilamine seu reticula, hoc statuto esse prohibitum, et inter noxios, inhonestos et illicitos numerari, quive exerceri inter Scholares sine crimine, aut saltem lata culpa et certe pecuniarum expensis nullo modo potest: pilæ vero palmariæ ludum nequaquam esse prohibitum, qui solummodo corporis exercendi et sanitatis causa fit; si pro pecuniis omnino non ludatur, et talis moderatio adhibeatur ut non sit studiis impedimento, sic enim noxius esse non potest, aut illicitus; modum autem teneri volumus et observari illum, quem dicti Collegii Principalis, aut eo absente Vice-Principalis et duo maxime seniores, qui domi fuerint, præscribent. Ac dictum Principalem et Socios Collegii prædicti, sphæristerium ibidem pro ludo pilæ palmariæ tantum, et non aliter, ædificare et construere, seu facere ædificari (modo statutis regni non repugnet) licentiamus per præsentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum Episcopale præsentibus apponi fecimus.

Datum apud manerium nostrum de Buckden sexto die mensis Aprilis, anno Domini millesimo sexcentesimo nono, nostræque translationis anno primo.

WILLIELMUS LINCOLN.

An Interpretation of BISHOP BARLOWE *De Beneficio litigioso,* agreeing exactly with BISHOP CHADDERTON's above; except that after the words *Declaramus quod intentio Fundatoris Collegii nostri antedicti in hujusmodi Statuto non est accipienda aut censenda de beneficio litigioso,* the following reason is added in a parenthesis: quandoquidem apud Jurisconsultos liquet eum solum obtinere beneficium, qui id vere habeat, et cum effectu: obtinere enim inquiunt esse plus quam tenere: si litigiosum sit, tenere forsan quis potest, id est, adipisci possessionem rei, non autem obtinere, id est, ita nancisci ut eam retinere possit. B. ff. 26 b. *A.D.* 1609.

A letter from BISHOP BARLOWE requiring all members of the College to converse in the Latin language. B. ff. 27 a. *A.D.* 1609.

BISHOP WILLIAMS's Interpretation of part of the Statute *De Sociis promotis.* *A.D.* 1627.

JOHANNES Providentia Divina Lincolniensis Episcopus, Visitator Collegii de Brasennose infra almam Academiam Oxoniensem legitime constitutus, universis et singulis Christi fidelibus ad quos præsentes literæ nostræ pervenerint, salutem in Domino. In illo statuto dicti Collegii nostri de Brasennose, quod habetur capite vicesimo septimo sub hoc titulo *De Sociis Collegii promotis, et de causis remotionis et recessus eorundem*, nos ad humilem petitionem Principalis et Sociorum dicti Collegii, secundum auctoritatem in hac parte nobis et successoribus nostris interpretandi, decernendi, et declarandi quæ dubia aut ambigua in iisdem statutis occurrunt, reservatam, habita matura prius deliberatione, decernimus et declaramus: Primo, summam illam decem marcarum de claro et communibus annis, ex beneficio ecclesiastico perpetuo quocunque cum cura vel sine cura provenientem, intelligi debere de tali summa juxta æstimationem factam in quibusdam libris in Scaccario Regio habitis et servatis, ad quos primitiæ et decima omnium beneficiorum ecclesiasticorum hujus regni de jure solvuntur, deductis primo ex integra summa, in libris regiis, ut præmissum est, habita, tum decimis quæ Regiæ Majestati, tum etiam procurationibus et synodalibus, quæ aut Episcopo, aut ejus Archidiacono, aut alii cuicunque personæ annuatim solvuntur. Idque vi istorum verborum *de claro*. Deductis porro ex eadem summa in libris regiis, ut præfertur, habita, annuis subsidiis Regiæ Majestati ab utravis synodo provinciali concessis, et auctoritate Parliamenti firmatis: idque vi istorum verborum, *communibus annis*, utpote quæ magis communiter nostris temporibus, quam non, præstari solent. Ita ut, nisi summa in libris regiis post hasce omnes et singulas deductiones relicta summam decem marcarum non excesserit, societatem aut jus Socii ejusdem Collegii incumbens non amittet. Secundo, verba illa *infra Universitatem*, quæ vicariam perpetuam ab aliquo prædicti Collegii Socio habendam præfiniunt et restringunt, prout omnes favores ampliandi sunt, ad ultimos et remotissimos illos circumambientes locos in quibus ulla omnino Universitatis, aut illius Cancellarii, Procancellarii, Procuratorum, aut aliorum officiorum viget auctoritas, libertas aut privilegium; interpretando et decernendo extendimus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum Episcopale præsentibus apponi fecimus.

Datum apud manerium nostrum de Buckden, decimo tertio die Augusti, anno Domini millesimo sexcentesimo vicesimo septimo, et consecrationis nostræ anno sexto.

JOHANNES LINCOLN.

A.D. 1628. A Rescript from BISHOP WILLIAMS to enable the Principal and Fellows to keep open for six months the Fellowship lately possessed by JAMES MASON, B.D., who had died insolvent and indebted to the College. B. ff. 50 b.

A Letter of Mr. Principal YATES to the then Visitor, Dr. FULLER, Bishop of Lincoln, with the Visitor's Answer, on the subject of the Parish Claim.

My very good Lord,

On Saturday last the seven senior Fellows (and I being not well and not daring in so sharp and cold weather to stir abroad) proceeded to an election of two Fellowships then void; the one a Lancashire place, the other a Cheshire. Into which last place D. Blackborne by five of the seven Electors was nominated, but when he was sent for to be admitted, there comes along with him he that had stood against him, and openly protests against his election; (a thing without example in our College for ought I know or ever heard) yet notwithstanding the Vice-Principal (according as he is obliged) pronounced D. Blackborne elected, and admitted him in Annum Probationis. The other, that protested against his election, though I do not hear he declared the ground and reason of his protestation, yet it is conceiv'd he did it because he was born in one of the Parishes in the aforesaid Counties, that some words in the Statutes seem to give preference to such before those born in the Counties. I shall faithfully give your Lordship an account of what I have ever conceived to be the common and received sense of those words by all that have been unbiass'd and unprejudiced persons. That if those born in the Parishes were not cæteris paribus to those born in the Counties—though those born in the Parishes were neither inepti nor inhabiles, yet if those born in the Counties were aptiores et habiliores, they ought to be preferr'd before those born in the Parishes. And this I conceive is grounded upon the Statute De Electione Sociorum, which statute is only read before every election; and to the observance of which the Electors solemnly take an oath to elect*——de aptioribus et habilioribus quoad mores et scientias. And agreeable to this hath been the constant usage and practice in all Elections; of which I shall give your Lordship only one instance. Mr. Sixmith, who I suppose might be known to your Lordship, was born in one of the Parishes; and it was well known he was neither ineptus nor inhabilis; and yet when he stood first to be Fellow, Mr. Bruch, born in the Counties, because he was thought aptior et habilior quoad mores et scientias, was chosen and Mr. Sixmith then refused, and I have heard, by the unanimous votes of all the Electors. And as this hath been the received sense and constant practice of our College; so I have heard it hath been of all other Colleges in the University, who have Statutes in this point agreeable to ours. And at this last Election one of the Electors that was

* In the original, two words not legible.

born in one of the Parishes being persuaded in his conscience that D. Blackborne was aptior et habilior than the other, gave his vote for him. I most humbly beg your Lordship's pardon for this trouble, which I durst not have adventur'd to have given your Lordship, had not I thought my duty obliged me to it, lest some addresses might be made to your Lordship before some account of what was done herein were presented to your Lordship by

My very good Lord,
Your Lordship's most humble servant,
March 2, 1673. THOMAS YATE.

The Visitor's Answer.

Good Mr. Principal, Hatton Garden, Mar. 5, 1673.

I give you and your worthy Society my very hearty thanks for making choice of Dr. Blackborne this last election. It is a fair and great example for other Colleges to follow. It seems there was some doubt made of words in your Statutes, which seem to give a preference to those born in the towns of Lancashire and Cheshire. If Mr. Blackborne's adversary shall appeal you have given me so much light both in the reason and the practice of your Statutes, that if you conceive it needful for me to interpret the Statute according to that sense you put upon it;—upon your petition (which I think is the regular way) I shall give it that interpretation, which I am sure conduces to the honour of your College, and the encouragement of poor, learned, young men. I beseech God to bless you and your worthy College, remaining

Your very affectionate Friend and Brother,
GUIL. LINCOLN.

N.B. The original of this is in the Tower room in a drawer marked A. No. 5. Visitor.

A.D. 1684. A Rescript from BISHOP BARLOW (THOMAS) to keep void the Fellowship of a Bursar, who died before his accounts were settled, till his debts to the College were paid. B. ff. 127 b.

A.D. 1684. Another from the same to sequester the Fellowship of WILLIAM PINCOCK, who had been Senior Bursar, and in his By-account was found to be 166*l.* 12*s.* 1¾*d.* indebted to the College. B. ff. 128 a.

A.D. 1686. BISHOP BARLOW'S Interpretation of the Statue *De Sociis promotis.*

THOMAS permissione Divina Lincolniensis Episcopus, Visitator Collegii de Brasennose infra almam Academiam Oxonien-

sem legitime constitutus, universis et singulis Christi fidelibus ad quos præsentes literæ nostræ pervenerint, salutem in Domino sempiternam. In illo statuto dicti Collegii nostri de Brasennose sub hoc titulo, *De Sociis Collegii promotis, et de causis remotionis et recessus eorundem*, nos ad humilem petitionem Principalis et Sociorum dicti Collegii, secundum authoritatem in hac parte nobis et successoribus nostris interpretandi, decernendi et declarandi, quæ dubia aut ambigua in iisdem statutis occurrunt reservatam, (habita prius matura deliberatione) decernimus et declaramus summam illam decem marcarum in statuto prædicto declaro et communibus annis ex beneficio ecclesiastico perpetuo provenientem, nullo modo exponi sive intelligi debere in damnum detrimentum sive præjudicium alicujus Socii habentis infra Universitatem prædictam beneficium aliquod ecclesiasticum perpetuum, cujus proventus et proficua annua, certa et perpetua, summam decem marcarum de claro non excedunt, etiamsi talis beneficii valor in libris in Scaccario regio habitis et servatis, summam decem marcarum superare vel excedere videatur; quin talis Socius sic promotus possit cum Collegio et Societate tale beneficium ecclesiasticum (ut præfertur) retinere, alia quavis dicti Statuti interpretatione antehac habita vel facta non obstante. In cujus rei testimonium sigillum nostrum Episcopale præsentibus apponi fecimus.

Datis apud manerium nostrum de Buckden vicesimo secundo die mensis Novembris, anno Domini millesimo sexcentesimo octogesimo sexto, nostræque consecrationis anno decimo.

THOMAS LINCOLN.

BISHOP BARLOW'S Rescript relating to Steeple Aston School. B. ff. 134 b. *A.D.* 1686.

BISHOP WAKE'S Determination that Mr. BLACKBURN should resign either his Living or his Fellowship. This living had been litigated, and he had protracted the litigation by voluntary delays. B. ff. 150 b. *See more of this* B. ff. 174. *A.D.* 1696.

A Rescript from BISHOP WAKE to empower the Officers to continue in their Offices for some time longer than the year, upon account of the Principal's infirmity of mind, who was incapable of attending an audit. B. ff. 166 b. *A.D.* 1708.

Another Rescript from the same, ordering the Senior Domus, on account of the sudden death of the Vice-Principal, to act as Vice-Principal, till new officers could be statutably chosen; with the other proceedings upon that occasion. B. ff. 167, 168, 169, 170, 171. *A.D.* 1708.

Another Rescript from the same confirming a decree of the Society relating to Mr. LUCAS, who laboured under a phrensy. B. ff. 170 a. *A.D.* 1709.

A.D. 1717. A Rescript from Bishop Gibson requiring that the Bursars settle their annual account finally, and that they be audited, ingrossed and deposited in the Tower before the thirtieth of November; and that the Officers for the succeeding year be elected, and enter upon their Offices on or before Saint Thomas. C. ff. 33.

A.D. 1739 Bishop Reynolds's Interpretation of part of the Statute *De electione Sociorum.*

To the Principal, Fellows and Scholars of Brasennose College in Oxford.

My dear Sons,

Being requested by your Principal to give him and you my thoughts upon the Statute *De Electione Sociorum*, and whether by the letter or intendment of it, a person, who had taken the Degree of Bachelor of Arts about eight or ten years since, and from the time of that Degree, had for so many years left the University, without proceeding to the Degree of Master of Arts, was now upon a readmission in your University qualified within your Statutes, or according to your Founder's intention, to be chosen a Fellow of your house. I sent for answer thereto and for reasons given in my letter, that he was not, and directed that letter to your Principal, November 7. This day I receive information, that the Fellows of your College do not think themselves obliged to receive the contents of that letter, directed to the Principal, as a Rescript, or Decision of their Visitor extending to them. I was not ignorant that they might so say, and yet chose to write in the fatherly and friendly rather than the visitatorial or more formal styl; persuading myself, that the tenderness of the gentler styl, would not amongst men of letters and manners abate the strength of my reasonings, and knowing too that the stiffer styl was within reach, and to be easily assumed, when there should be occasion for it. Since therefore you insist on the styl in form, I do without any difficulty send herewith my former letter with a direction extended to the extent of your expectations, adding thereto only this; that should you, as I trust you will not, chuse a Fellow of more years and standing in your University than your Founder intended, or hath allowed cap. 6, as explained by me, I shall be obliged to set aside such Election, and be driven upon points, which I would avoid; as being always your loving friend,

Richard Lincoln.

Buckden, November 21, 1739.

Good Mr Principal,

I have with the inclosed abstract of your Statute of Election,

received your letter of the second of this month, desiring my thoughts concerning the application of it to the case of a gentleman who having after admission to the degree of Bachelor of Arts left your University about ten years since, and having not in this interval taken the degree of Master of Arts, now offers himself, upon a readmission at Lincoln College, as a candidate for a Fellowship in your College. I will very readily and honestly give you my opinion upon this case such as it may be, or may well be expected from a man so little acquainted as I am with your practice upon this Statute; laying in this by the way, that how good a rule soever practice is allowed to be in the construction of Statutes, or Devises, there is one other as good, or better, and that is the meaning of the Founder, or Deviser, if that meaning can be surely or plainly made out, as in this case I think it may, from the words of this clause, and like words in other College Statutes (for like words there are in other Statutes) and, as it seems for reasons of common utility and convenience to the Colleges, who are to take in Junior Fellows, as well as to the Church and State, for whose security the young Students are to be prepared. I will mention only Peter-House and Trinity College, Cambridge. At Peter-House, their Statutes allow them to chuse their Fellows amongst the Bachelors of any year. At Trinity College, they are in their choice confined to Bachelors of the third year. In both houses, such as cannot recommend themselves to a Fellowship before the third year of Bachelor of Arts is expired, are for ever excluded. And the reason why founders have confined the Election of Fellows in their Colleges, to this stage of life and standing in the Universities, i. e. to such of the first seven years as are commorant (found in the University) continuing to improve themselves in the academic exercises and disciplines, have been taken to be these, or some of these. 1. That Students under this description, such as within this term have given proofs of their fitness for the conversation and society of a learned body, are more likely to continue their application to their studys, and make the progressions in learning the Founders intended, than such as have for some years broke off from their academic exercises, or than such as still continuing in the University, have not by their diligence or aptness seasonably (i. e. within their first septennium) recommended themselves to the choice of a learned society. 2. The Students being nineteen or twenty-one years of age (the common age of Bachelors) are fitter than older men to take the last and lowest place, and administer the meaner offices in a society; and in this method an unity will be preserved between the order of a College and the order of nature. Whereas were men of advanced age taken in at the bottom of the Fellows' table, and in place and office to follow younger men, much younger as it

might happen, it would be attended with many things very inconvenient to society; which Founders foreseeing have wisely forelayd by these precautions and limitations. But thirdly and chiefly, as is commonly said, That Students coming into Fellowships at this age may probably pass through the stages and disciplines of their College to parochial cures, or higher ministrys in the Church, at the meridian of their strength and habilitys, and before the indolence, inactivity, or stiffness incident to the decline of life, have rendered them less fitt for the offices, to which they may be called. As for these and other good reasons your Founder may have recommended, and seems to have recommended, the Bachelors' class and age preferable to any other in your Election of Fellows, I see no cause why your Society should desire to go beyond it, even supposing, what there is no clear ground to suppose, that you are not literally restrained from so doing.

I heartily wish to you and your Society happiness, and remain

Your affectione friend, and servant,

RICHARD LINCOLN.

This rescript gave occasion to two appeals, the decisions of which may be seen C. ff. 107, 108, 409, 110.

A.D. 1746. BISHOP THOMAS's permission for the Rodborough Lecturer to hold that preferment with his Fellowship.

Reverend Sir, Marlborough Street, Jan. 29, 1746.

The Bishop of Gloucester informs me that your College nominates to a Lecture, founded at the Chapel of Rodborough in the parish of Minchinghampton, with an endowment of above sixty pounds per annum, but that by your Statutes a Fellow cannot hold a preferment of that value for more than one year, without voiding his Fellowship, except he obtain a dispensation from the Visitor. His Lordship informs me, that my predecessor was pleased to grant such a dispensation, and requests me to renew and confirm the same upon this condition, that the Fellow so dispensed with shall reside upon and discharge the duty of the said Lecture. If this request, Sir, of the Bishop of Gloucester meets with your approbation, I shall very readily give my consent to any one of the Fellows holding the said Lecture and his Fellowship at the same time, under the condition before-mentioned.

I am, reverend Sir,
Your affectionate friend and brother,

JOHN LINCOLN.

A Rescript from the same for annexing 100*l.* per annum from the College stock to the headship. *A.D.* 1751.

JOHN by Divine permission Lord Bishop of Lincoln, Visitor and Patron of Brasennose College in the University of Oxford. To our well-beloved the Principal and Fellows of the said College Greeting.

Whereas by a remonstrance and petition bearing date the twentieth day of December 1750, hereto annexed, you have represented to us, that the present income of the headship of your College is of too mean and inconsiderable a value to support the dignity of that station, and have assured us, that the College stock is not only sufficient to defray all the common and necessary expences incident to your said College, but likewise yields a competent overplus, whereby you may be enabled to make an annual augmentation of the sum of one hundred pounds to the said headship: And whereas you are come to an unanimous resolution, as appears by the said petition, to add the said sum of one hundred pounds annually henceforwards to the present income of your Principal out of the College Stock, and have humbly desired us, as Patron of the said College, and by virtue of our visitatorial authority, to approve of and confirm the said resolution: Now know ye that we the said JOHN Lord Bishop of Lincoln, having taken the matter of the said remonstrance and petition into our serious consideration, and being well satisfied of the reasonableness thereof, do by these presents for us, and for our successors Bishops of Lincoln, as far as by law we may, approve of, consent, and agree to the order made by you for appropriating the annual sum of one hundred pounds to the income of the headship above-mentioned; and do hereby ratify and confirm the same.

In witness whereof we have caused our seal Episcopal to be affixed to these presents, and have subscribed the same this ninth day of May, in the year of our Lord 1751, and in the eighth year of our Consecration.

JOHN LINCOLN.

A Rescript from the same, containing an Interpretation of part of the Statute *De Electione Sociorum*. *A.D.* 1753.

To the Principal, Fellows, and Scholars of Brasennose College in Oxford.

Gentlemen,

I received your letter of the twenty fourth of February 1753, wherein you acquaint me, that after serious consideration, being by divers weighty and prudential reasons thereunto moved, you are come to a general agreement henceforward to

confine yourselves in your future election of Fellows within the term of eight years, commencing from the day of matriculation in the University, and determining that day eight years after, and with a proviso that a person taking a Master's degree within that time be made no disqualification; This is therefore to signify to you my approval of the said limitation with respect to your future election of Fellows; and being well satisfied of the reasonableness thereof, I do by these presents, as far as the authority of a Visitor extends, ratify and confirm the same: and recommending you and the Society to the Divine protection I remain,

Gentlemen,

Your affectionate friend, and servant,

JOHN LINCOLN.

A.D. 1754.

Bishop Thomas's Interpretation of part of the Statute De Electione Sociorum, &c.

Gentlemen, Buckden, Aug. 27, 1754.

The Question proposed is,

Whether a person who is in actual possession of a clear estate of forty pounds per annum, can conscientiously take this oath, *Quod non habeat patrimonium, &c. de quo sibi constat, unde potest expendere annuatim ultra quatuor libras de claro*, upon presumption that the decrease of the value of money, and the encrease of the value of the necessaries of life, since that time make 40*l.* now a bare equivalent to 6*l.* 13*s.* 4*d.* in the time of Henry the eighth?

The Answer.

1. There can be no doubt, but that 6*l.* 13*s.* 4*d.* ten marks, and four libræ, are equivalent sums. For the libra Anglo-Normanica consisting of twenty shillings, and each shilling of twenty pence, the four libræ would contain 1600 pence, equal to ten marks, equal to 6*l.* 13*s.* 4*d.* 2. There can be no doubt but that your Founder intended the same favour to his future Fellows, as to those who lived in his own time. The favour granted to them was, that their being possessed of a clear estate sufficient to purchase as many of the necessaries of life as could be bought at that time for ten marks per annum, should be no hindrance to their being Fellows. 3. But supposing the necessaries of life to be advanced in price since his time, as six to one, and that an estate exceeding ten marks per annum be at this time a disqualification for a Fellowship; then the present Fellows would enjoy but one sixth part of the indulgence, that was granted to the first Fellows of your College: which would be a partiality, that your Founder never intended.

4. Upon the above supposition sixty marks or forty pounds at present would be but just equivalent to ten marks when your Founder lived; and he permitting your present Fellows to hold their Fellowships with an estate of forty pounds per annum in these dear times would be allowing them only the same favour, that was granted by your Founder to his first Fellows in those cheap times; when ten marks would buy as many of the necessaries of life as forty pounds will do now upon the said supposition. 5. That the necessaries of life are encreased in value since your Founder's time in the proportion of six to one is clear from BISHOP FLEETWOOD's historical account. From whence it appears, that the common price of wheat in your Founder's time was only 6*s.* 8*d.* per quarter, but that in the Bishop's own time, the common price of wheat was advanced to 40*s.* per quarter; that is, to six times it's former value. And though since his time the value of wheat be not encreased, but rather diminished, yet all the other necessaries of life are greatly enhanced in price by additional taxes. 6. The great difference between the price of necessaries now and formerly may be observed from your Statute relating to Commons. Each of your Fellows is there allowed no more than twelve pence per week for his ordinary diet, which without doubt was a reasonable provision in those days for a single person's meat and drink. But the price of meat and drink is risen in our days to that height, that now a livery servant will not be satisfied with six shillings per week board wages; and there can be no doubt, but that your Founder intended that his Fellows should be treated upon the foot of gentlemen.

If then the question had been stated to me out of your Statute *De amotione Sociorum;* Whether a Fellow of your College, possessed of a clear estate of forty pounds per annum, ought to be removed from his Fellowship by virtue of that Statute, for having more than the value of ten marks per annum? I am clearly of opinion, that he ought not to be removed, because it cannot be proved that he ought to be removed, because it cannot be proved that forty pounds are of more value now than ten marks in your Founder's time.

But your question being stated out of your Statute *De Electione Sociorum*, this makes a difference in the case. For with regard to a removal of a Fellow by Statute, he cannot be removed till clear proof is brought against him, that he has an estate exceeding the value the Founder intended; and should this be a doubtful point, he would still remain a Fellow for want of clear evidence to remove him. But with regard to a Statute which requires an oath, should the point be doubtful, no oath can be taken conscientiously, for the person must swear positively, that he has not a greater estate in value than the

Digitized by Google

Founder intended, which he cannot do conscientiously, but upon full conviction of his own mind after he has considered the point carefully. In this case he must be his own casuist, and not depend on another's judgment.

But if a person has formerly taken this oath conscientiously, when there was not the least ground of scruple, and should afterwards come to the possession of an estate of forty pounds per annum, and was then in some doubt, whether this estate might not exceed the Founder's original indulgence; I do not see that he would be then bound by virtue of his oath of obedience to the Statutes, to relinquish his Fellowship on account of his doubts. For it must first appear clear to him, that he has more than the Founder intended, before he need quit his Fellowship. For as it would be injustice in him to give his vote for the removal of another Fellow without clear evidence, so would it not be doing justice to himself to resign without having the same evidence.

Upon the whole I leave the oath to the conscience of the person who takes it; but am clearly of opinion that the price of necessaries is so great at this time, that forty pounds per annum now is but a bare equivalent to 6*l.* 13*s.* 4*d.* in your Founder's time, and that a person possessed of a clear estate of forty pounds per annum is not excluded by your Statutes from being a Fellow of your College.

I commend you and your Society to the Divine protection, and remain,

Gentlemen,
Your affectionate friend and servant,
JOHN LINCOLN.

A.D. 1758. A Rescript from the same to declare the Fellowship, into which EGERTON LEIGH Bachelor of Arts had been elected, void; and to require that HENRY MAYER Bachelor of Arts a native of Prestbury be admitted into the same, being duly qualified in morals and learning. C. ff. 15.

A.D. 1760. A Rescript from the same to require that JOHN HICKMAN Bachelor of Arts be admitted into the Fellowship founded by Mr. WILLIAMSON, into which RICHARD HAYES an undergraduate had been elected. C. ff. 27.

A.D. 1764. A Rescript from BISHOP GREEN to the Principal relative to the estimation of a Living tenable with a Fellowship.

Reverend Sir, Buckden, Non. Novemb. quinto die, 1764.

I had your favour of the ninth of October, and what appeared to me at first has been since confirmed by the judgment of

Digitized by Google

others, that your Founder in estimating the value of Livings to be tenable with a Fellowship must be understood to refer to a valor then known and subsisting, which was that of Pope Nicholas; and not the subsequent one of Henry the eighth, which was not then settled or in being.

Signed JOHN LINCOLN.

A Rescript from the same to confirm the Election of THOMAS BRAITHWAITE Bachelor of Arts of Lancashire, into one of the original Fellowships, which custom had appropriated to natives of Cheshire, in opposition to JOHN EVANSON an undergraduate of the parish of Prestbury, who had appealed. C. ff. 101. *A.D* 1771.

Digitized by Google

DECREES.

A summary Account of the Decrees of the Principal and Fellows.

A.D. 1547. That no Grace be valid, which is not entered in the Vice-Principal's Register six or seven days. A. ff. 3 a.

A.D. 1548. That it be allowed to Mr. George Bruche formerly Fellow of the College, but now lame and impotent, to receive of the goods of the College certain prescribed sums for three years, if he shall so long live, on condition that he make not this a pretence of right to claim any thing in future. A. ff. 70 a.

A.D. 1549. That the names of all who are admitted be entered in the same Register. A. ff. 3 a.

A.D. 1557. That the Rectory of Steeple Aston be impropriated. A. ff. 3 a.

A.D. 1560. That the Steward of the Hall go with the Mancipal to market to buy meat. A. ff. 2 b.

A.D. 1563. That Battels be paid in due time. A. ff. 3 a.

A.D. 1568. That the Larder be enlarged. A. ff. 2 b.

A.D. 1568. That no persons be suffered to take their names out of the book without leave, nor till they have satisfied the Bursar. A. ff. 3 a.

A.D. 1568. That a Fellow promoted to a Benefice may hold it with his Fellowship two years, because the Founder designed the year of grace for purchasing necessaries; and the Queen by the laws of the land claims the first fruits. A. ff. 36 b.

A.D. 1569. That all persons be obliged to pay their battels in a certain time. A. ff. 2 b.

A.D. 1571. That the Principal and certain of the Fellows named therein have each leave to be absent for a time specified, upon account of the plague at that time in the city, four being left in College as required by the Statutes. A. ff. 37 a. Another for the same purpose and reason. A. ff. 40 a.

A.D. 1572. That the probation of Robert Norres Bachelor of Arts be prolonged beyond the year, till he have time to prove by sufficient evidence, that he is a native of Lincolnshire. A. ff. 80 a.

A.D. 1575. That Thomas Knollys Master of Arts have leave to be absent three years to travel into foreign parts; and that in consideration of the great expence attending his travels, he be allowed five marks of the goods of the College. A. ff. 40 a.

A.D. 1576. That no Scholar leave his Tutor or change without the consent of the Principal. A. ff. 40 b.

That every Scholar above sixteen years of age at his admission subscribe the Articles of Religion. A. ff. 42 a. *A.D.* 1578.

That all Masters admitted to Theological Disputations take their turns regularly by themselves or their deputy, whether they be in College or absent. A. ff. 45 a. *See* B. ff. 104 b. *A.D.* 1581.

That every Scholar at his admission shall deposit forty shillings in the hands of the Junior Bursar as caution, to be returned when he shall leave the College. A. ff. 55 a. *A.D.* 1587.

That certain regulations in the decree mentioned be made in the Theological Disputations. A. ff. 60 b. *A.D.* 1591.

That they who are absent on College business, when leases are granted, or signed, shall receive their proportionate share of the fines; they who are not upon College business, if they be present at the granting or signing, shall receive one half of their proportion; and they who are wholly absent, no part. B. ff. 3 b. *A.D.* 1594

That the Masters admitted to Theological Disputations shall every Thursday, except during the long vacation, preach by turns in the Chapel. B. ff. 9 a. *See* B. ff. 11 a. and B. ff. 16 b. *A.D.* 1597.

That no Scholar take any dishes or saucers out of the Kitchen or Buttery, except into the Hall at meal-times. B. ff. 11 a. and again B. ff. 92 a. *A.D.* 1598.

That all Fellows, who had not already, should take the oath relative to Queen Elizabeth's benefactions, and that the form of the oath should be added at the end of the Statutes. B. ff. 14 a. N.B. *The form is as follows:* *A.D.* 1601.

Juro me pecuniarum summas, quæ de redditibus Manerii de Upberrie, et Rectoriæ de Gillingham, ex donatione Reginæ Elizabethæ ad Collegium nostrum pervenerint, in usus a dicta Regina Elizabetha in donatione sua designatos impensurum, et ab aliis, quantum in me erit, impendi procuraturum. Numerum tredecim scholasticorum dictæ Reginæ Elizabethæ integrum et plenum perpetuo me servaturum; ita ut si locum aliquem dictorum scholasticorum per cessionem, deprivationem, mortem, aut quocunque alio modo vacare contigerit, alium idoneum in dictum locum intra spatium quadraginta dierum substituam, aut substitui procurabo, quantum in me fuerit, si talis in Universitate reperiri potest: et cuilibet dictorum scholasticorum quinque marcas legalis monetæ Angliæ, de pecuniarum summis, quæ de dictis redditibus pervenerint, annuatim persolvam, et ab aliis persolvi procurabo, singulis trimestribus per æquales portiones, eo modo et forma, quæ in Statutis dictos scholatisticos concernentibus constituta est, aut constituenda est; modo Statutis et Ordinationibus hujus Collegii non repugnent. Præceptori Scholæ de Myddleton viginti tres solidos et quatuor denarios, Subpræceptori quinque

Digitized by Google

marcas, in supplimentum stipendiorum suorum, sicuti in dicta donatione constitutum est, annuatim persolvam, et persolvi procurabo: Principali vero et Scholaribus dicti Collegii in supplimentum Communiarum singulis septimanis sex solidos et octo denarios, juxta formam in dicta donatione præscriptam persolvi faciam. Hæc universa et singula, si bona sufficientia ex illis redditibus ad Collegium pervenerint, me præstiturum, et ut ab aliis præstentur, quantum in me fuerit, effecturum juro, sicut me Deus adjuvet. et hæc sancta Dei Evangelia.

A.D. 1602. That certain sums be paid to the Bursar by those who take Bachelor's Degrees; that the expences of the supper given by those who do Generals be regulated; and that all Scholars at their admission pay certain prescribed sums for the use of the College. B. ff. 15 a.

A.D. 1602. That Doctor Nowell be commemorated annually on the thirteenth day of February. B. ff. 15 b.

A.D. 1602. That all leases be void unless sealed within three months after they had been granted. B. ff. 17 a.

A.D. 1606. That the Porter's stipend be encreased. B. ff. 21 a.

A.D. 1606. That no Scholar of whatever rank be suffered to be absent for longer time, than he has leave of absence. B. ff. 21 a.

A.D. 1606. That all who ask graces for Degrees, shall offer themselves two days to be examined. B. ff. 21 a.

A.D. 1606. That all leave of absence be granted on condition, that the person petitioning perform all University and College exercises by himself or others. B. ff. 21 b.

A.D. 1607. That all who petition for Graces be obliged to perform certain prescribed exercises. B. ff. 23 a.

A.D. 1607. That no one ask for his exercises to be remitted unless from the Principal if he be in College; or in his absence from the Vice-Principal or Senior Fellow. B. ff. 23 a.

A.D. 1608. That all no one's Grace be proposed in Convocation, or Congregation, which has not been before proposed in College. B. ff. 24 a.

A.D. 1608. That all the Fellows have leave of absence on account of the plague, except the Vice-Principal, two Bursars, and Mr. Dalton, and Mr. Martyn. B. ff. 26 b.

A.D 1613. That the Bachelors and Senior Scholars be obliged to attend the Hebrew Lecturer. B. ff. 31.

A.D. 1614. That all Masters, who are in orders, preach in turn on Tuesdays, at St. Mary's, agreeably to the custom of the University. B. ff. 34 a. and again B. ff. 89 a.

A.D. 1615 That the Holy Sacrament be administered in the Chapel seven times in the year. B. ff. 34 a. and again B. ff. 89 a.

A.D. 1616. That the Vice-Principal be exempted from preaching in his turn in the Chapel. B. 34 b.

That the expence of Masters at the Comitial supper be regulated by the Principal and two Bursars. B. 37 a. *A.D.* 1619.

That ROBERT KING be allowed to keep his Fellowship beyond the year of Grace upon account of the troubles in the Kingdom. B. ff. 68 b. *A.D.* 1645.

That all vacancies be filled up agreeably to the Statutes; but that the persons so elected receive no salary, till peace be restored to the Kingdom. Ibid. *A.D.* 1645.

That all who have leave of absence for six months, if they come to College within that time, and again return, shall acquaint the Principal either by themselves or others, with their intention of returning. B. ff. 81 b. *A.D.* 1655.

That the Masters preach on Thursdays. B. ff. 83 a. and ff. 84 b. *A.D.* 1656.

That all Masters who have compleated a year from their Regency be admitted to Divinity Disputations. B. ff. 84 b. *A.D.* 1656.

That something be deducted from the stipend of the Frankland Scholars, on account of a deficiency in the rents of part of the estate. B. ff. 85 a. *A.D.* 1657.

That all Masters in orders preach in their turn in the Chapel, before the administration of the Holy Sacrament. B. ff. 90 b. *A.D.* 1661.

That all members of the College at their admission deposite caution in the proportion prescribed. B. ff. 91 b. *A.D.* 1662.

That all Gentlemen Commoners at their admission deposite certain sums of money with the Principal for the purchase of plate. B. ff. 92 b. *A.D.* 1663.

That the undergraduates be required to perform certain exercises during the time of dinner, which exercises may likewise be made a punishment for offending Bachelors as well as undergraduates. B. ff. 93 b. *A.D.* 1663.

That no Bachelor have leave to take a Master's Degree, unless he promise to pay for the use of the College, instead of a Comitial supper, if he be a Fellow five pounds, if a Commoner four pounds; and that Doctors pay double. B. ff. 93 b. *A.D.* 1663.

That none have leave to take a Bachelor's Degree, unless he promise to pay for the use of the College, instead of a Quadragesimal supper, if he be a Commoner twenty shillings, if of an inferior order thirteen shillings. B. ff. 94 a. *A.D.* 1663.

That every Gentleman Commoner, within six months after his admission, give a piece of plate of the value of five pounds, or be degraded to a lower order. B. ff. 94 a. *A.D.* 1663.

That all Scholars of whatever condition have leave of absence on account of the Parliament, and Terms being kept in Oxford. B. ff. 96 a. *See* B. ff. 130 a. *A.D.* 1665.

That all Scholars to be admitted take an oath here prescribed. B. ff. 97 a. *A.D.* 1666.

That the sermon before the Sacrament be only upon Easter Sunday. B. ff. 106 a. *See above* B. ff. 90 b. *A.D.* 1671.

A.D. 1675. That the probation of WILLIAM HAMMOND Bachelor of Arts be extended beyond the year, because of his bad state of health; for the recovery of which he was gone into the country. B. ff. 110 a.

A.D. 1683. That THOMAS PRESCOTT Master of Arts employed in the service of the King abroad, be allowed to enjoy all the emoluments of his Fellowship, which are usually allowed to absent Fellows. B. ff. 127 a.

A.D. 1699. That leave be given to MEARE and ECKERSALL to petition Convocation to dispense with one term, in order to their being Candidates for the Degree of Master of Arts. B. ff. 155 a.

A.D. 1710. That Fellows absent by the leave of the Principal and Seniors enjoy all the emoluments of their Fellowships, except commons. C. ff. 1.

A.D. 1728. That each of the Portionists of Stepney should have choice of the new Churches to be built and endowed within that Parish. C. ff. 68.

A.D. 1731. That every scholar shall be obliged to have a room in College, from his admission till he take a Bachelor's Degree. C. ff. 78.

A.D. 1737. That no one be allowed to take a book out of the Library without the consent of the Principal and Fellows. C. ff. 93.

A.D. 1745. That a certain tenement belonging to the College be added to the rectory of Steeple Aston, on condition that the Rector pay the usual chief rent, and forty five shillings a year for a fine. C. ff. 137.

A.D. 1747. That whenever the Rectories of Stepney and Limehouse should become vacant, they should be separated, and the income augmented from the Tythes of Stepney. C. ff. 10. N.B. *The sums are specified in another decree.* D. ff. 14.

A.D. 1749. That two Substitutes be appointed to receive the salary of the absent Queen Elizabeth's Scholars; and that if one of these be absent the other shall receive the whole; if both, it shall go to the Bible Clerk for the time being. C. ff. 155.

A.D. 1762. That a hundred pounds per annum be added to the Living of Selham from the College stock, till lands can be purchased to that value. D. ff. 42.

A.D. 1764. That JOHN KYNASTON Master of Arts and Junior Bursar, for certain grievous offences by him committed, be deprived of his office, and for ever withdraw himself from College. D. ff. 48.

A.D. 1765. That certain College Livings be increased out of the College stock to two hundred pounds per annum. D. ff. 55.

A.D. 1765. That all Parsonage houses belonging to the College be visited once in three years, that they may be always kept in repair. D. ff. 56.

A.D. 1766. That no person who hath left College, and taken his name out of the books, be admitted to take a Degree to the prejudice

of another, till his name shall have been in the books the full time required by the University Statutes. D. ff. 62.

That Mr. KYNASTON be deemed incapable of being presented to a College living. D. ff. 75. *A.D.* 1768.

That all Scholars, not Fellows, be obliged to pay their Bedmakers certain prescribed sums, according to their rank; which sums are to be put upon their names, whether present or absent, in the buttery book, and paid in the Battels. D. ff. 84. *A.D* 1770.

That the opinion of Counsel be taken, concerning the recovery of the lands belonging to the Rodborough Lectureship. D. ff. 86. *A.D.* 1770.

That a hundred pounds a year be added to the Stipend of the Principal, besides the hundred pounds already added by a decree of the Visitor. D. ff. 93. *See* D. ff. 96. *A.D.* 1770.

Digitized by Google

OATH AND PRAYER.

Form of the Oath taken by the Clerk of Accounts. From the College Register.

I N. do swear that I will well and truly serve in the office of Clerk of the Accounts of this College; the College Statutes, as far as they concern me, I will observe; the counsels and secrets of the College I will not disclose to the prejudice of the same; and in all things I shall faithfully execute the office of Clerk of the Accounts according to my best skill, knowledge and ability. So help me God.

Consecrationes mensæ, et Gratiarum actiones. From the College Register. B.

Ante Prandium.

Oculi omnium spectant in te, Deus! Tu das illis escas tempore opportuno. Aperis manum tuam et imples omne animal tua benedictione. Mensæ celestis nos participes facias, Deus, rex æternæ gloriæ.

Post Prandium.

Qui nos creavit, redemit et pavit, sit benedictus in æternum. Deus, exaudi orationem nostram. Agimus tibi gratias, Pater Cœlestis, pro GULIELMO SMITH Episcopo, et RICHARDO SUTTON Milite, Fundatoribus nostris; pro ALEXANDRO NOWEL et JOCOSA FRANKLAND, aliisque Benefactoribus nostris; humiliter te precantes ut eorum numerum benignissime adaugeas. Ecclesiam Catholicam, et populum Christianum custodi. Hæreses et errores omnes extirpa. GEORGIUM Regem nostrum et subditos ejus defende. Pacem da et conserva per Christum Dominum nostrum.

Ante Cœnam.

Omnipotens et sempiterne Deus, sine quo nihil est dulce, nihil odoriferum, misericordiam tuam humiliter imploramus, ut nos cœnamque nostram benedicas; ut corda nostra exhilares; ut quæ suscepturi sumus alimenta, tuo honori, tuæque beneficentiæ accepta referamus; per Christum Dominum nostrum.

Post Cœnam.

Quod corpora nostra, Deus optime maxime, cibo potuque abunde refecisti, agimus tibi gratias, quantas possumus maximas; simulque precamur, ut animas nostras Verbo et Spiritu deinde pascas; ut omnia mala fugiamus; ut quæ sint tibi placitura perfecte intelligamus, diligenter meditemur, et ad ea præstanda toto impetu feramur; per Christum Dominum nostrum.

Commemoration Prayer.

O Eternal God, the Resurrection and the Life of all them that believe in thee, trust in thee, and serve thee; Thou that art always to be praised, as well for the Dead, as those that are Alive; We give thee most hearty thanks for our Founders and Benefactors, by whose Bounty and Charity we are brought up to Religion, and the Studies of good Learning; and particularly for our [*Founder*] [*Benefactor*] Beseeching thee, that we may so well use these thy Blessings to the Praise and Honour of thy Holy Name, that at last we may be brought to the immortal glory of the Resurrection, through Jesus Christ our Lord. Amen.

A TABLE of the Commemorations of the Founders and Benefactors; containing their Names, Counties, and Qualities; the Days on which they are Commemorated; and the Sums Distributed.

Days.	Names.	Counties.	Qualities.	Sums.
Jan. 3 . .	William Smith, Founder.	Lancashire . .	Bishop of Lincoln	5*d.* each to 25 poor Priests: and a Gaudy.
First Sunday after Epiph.	Humphrey Ogle . . .	Lancashire* .	Arch-Deacon of Salop . . .	Prin. 3*s.* 4*d.* Vice-Prin. 20*d.* Fell. and Schol. present 1*s.* each.
Jan. 26 .	Elizabeth Morley . .	Westminster* .	Widow	Warden of New Coll. 8*d.* A Gaudy.
Feb. 6 . .	Matthew Smith . . .	Lancashire . .	First Principal	Prin. 2*s.* Fell. 18*s.* equally divided.
Feb. 13 .	Alexander Nowel . .	Lancashire . .	Dean of St. Paul's. . . .	Prin. 2*s.* 6*d.* Vice-Prin. 20*d.* Fell. 1*s.* Schol. 8*d.*
Feb. 17 .	Sarah (Alston) . . .	Bedfordshire .	Duchess of Somerset . . .	2*l.* among Prin. Fell. and Schol. the Prin. a double share, the others equal.
Feb. 19 .	Thomas Church . . .	Cheshire . .	B.D. Fellow	Prin. 3. Fell. 18*d.* Schol. 1*s.*
April 19 .	John Mordaunt . . .	Bedfordshire .	Baron	Prin. 2*s.* and 20*s.* among Fell. and Schol.
	William Clyfton . . .	*Lancashire** .	*Sub-Dean of York.* . . .	
	Brian Higden . . .	*Lincolnshire** .	*Baron,* Dean of York* . .	
May 4 . .	Edward Darbie . . .	Lincolnshire* .	Arch-Deacon of Stow . . .	Prin. 2*s.* Fell. 1*s.* each.
May 15 .	John Cheshire . . .	Cheshire* . .	Knight, Serjeant-at-Law . .	3*l.* divided among Prin. double share and Fell.
June 6 . .	John Port	Derbyshire* .	Knight, Serjeant-at-Law . .	Prin. 3*s.* 4*d.* Vice-Prin. 20*d.*, and 15*s.* among the other Fell. equally.
June 24 .	William Grimbaldson .	London* . .	M.D.	

Digitized by Google

June 26	Samuel Radcliffe	Lancashire	S.T.P. Principal	4*l.* Prin. and Fell., Prin. a double share.
	John Cartwright, Ursula Cartwright	Northamptonshire	Esquire, His Wife	Prin. 5*s.* and 25*s.* equally among Fell. and Schol. vacant Scholarships to be divided, Prin. one-sixth part, Fell. equal.
Sept. 5	Joyce Frankland	London	Widow	Prin. 3*s.* 4*d.*, Vice-Prin. 2*s.* 6*d.*, Fell. and Schol. 2*s.* each. A Gaudy.
First Sunday after Mich.	Richard Sutton, Founder.	Cheshire	Knight	5*d.* each to 25 poor priests, and a Gaudy.
October 30	John Cox	Oxfordshire	Merchant	Warden of New College 3*s.* 5*d.*, Prin. 3*s.* 4*d.*, Vice-Prin. 1*s.* 8*d.*, Fell. 8*d.*
November 5	William Porter	Herefordshire*	Præcentor of Hereford	Warden of New College 20*d.*, Prin. and Fell. 13*s.* 4*d.* equally divided.
	Robert Jones			Master of Univ. Coll. 1*s.*, Prin. Fell. and Philpottine Exhibitioners 19*s.*, Prin. a double share.
Nov. 30	Richard Harper	Derbyshire	Justice of Common Pleas	Prin. 2*s.* and 19*s.* to the Fell. equally. A Gaudy.
	Richard Hammond			Augmentation of 20*s.* equally to Prin. and Fell.
	John Elton or Baker	*Herefordshire*	*Chancellor of Hereford*	
	John Williamson	*Cheshire*	*Clerk*	
	John Claymond	*Lincolnshire*	*Clerk, President of C.C.C.*	Stipend of absent Schol. equally divided.
Dec. 21	Thomas Yate	Cheshire	S.T.P. Principal	Prin. 5*l.* and 10*l.* among Fell. present.
	Francis Bridgeman	Cheshire	Knight.	

PREFERMENTS.

Preferments in the Gift of the Principal and Fellows.

Rectories.

Selham. Clayton, with Kimer Chapel.	Sussex.
Catworth Magna.	Hutingdonshire.
St. Mary's, Whitechapel. Bow by Stratford. Stebinheath. St. Anne's, Limehouse. Christ's Church, Spital Fields. St. George's in the East. St. Matthew, Bethnal Green. St. John's Wapping. Poplar.	Middlesex.
Rollright Magna. Steeple Aston. Begbrook. *The Principal has one turn out of four, the other three belong to Sir James Dashwood.*	Oxfordshire.
Cottingham. Middleton Cheney. Billing Magna. Stoke Bruern. Oulde, *alias* Woulde.	Northamptonshire.
Dudcot. West Shelford.	Berkshire.
Gillingham cum Lidsing Capella; *as Governors of Middleton School.*	Kent.
Wotton Rivers; *alternately with St. John's College, Cambridge.*	Wiltshire.

Lectureships.

St. Margaret's, Westminster.
Kirtlington, Oxfordshire.
Rodborough, Gloucestershire.

Schools.

Steeple Aston, Oxfordshire.
Charlbury, Oxfordshire.
Middleton, Lancashire.

Digitized by Google

CONTENTS

OF THE

ABSTRACTS OF COMPOSITIONS, INTERPRETATIONS OF VISITORS, ETC.

Sir Richard Sutton provides Stipends for three Chaplains, increases the Commons, and institutes a Commemoration. p. 45.

John Port, with John Williamson, founds two Fellowships. p. 45.

John Elton, alias Baker, founds one Fellowship. p. 45.

William Porter founds one Fellowship and a commemoration. p. 46.

Edward Darbie founds one Fellowship and a Commemoration. p. 46.

William Clifton founds one Fellowship. p. 46.

Brian Higden founds one Fellowship. p. 47.

Joyce Frankland increases the Commons, appoints a Dinner and Commemoration, founds one Fellowship and four Scholarships, and increases the Stipend of the Logic Reader and Bible Clerk. p. 47.

Elizabeth Morley founds a Lectureship at St. Margaret's Westminster, and appoints a Commemoration and Dinner. p. 47.

John Cox founds two Lectureships at Kirtlington, and appoints a Commemoration. p. 48.

John Claymond founds six Scholarships. p. 48.

Humphrey Ogle founds two Scholarships. p. 49.

Matthew Smith appoints a Commemoration. p. 50.

Sir John Port appoints two Readers, one in Philosophy, and the other in Humanity; and a Commemoration. p. 50.

Henry Fisher gives one Exhibition for Tunbridge School. p. 50.

John Lord Mordaunt founds three Scholarships, and a Commemoration. p. 50.

Queen Elizabeth founds the Free-School at Middleton, and six Scholarships: enables Dr. Nowel to found seven other Scholarships; and gives the Advowson of Gillingham. p. 51.

Richard Harper founds the Greek Lectureship, and a Commemoration. p. 52.

Lord Chancellor Ellesmere vests in the Principal and Fellows the nomination of a Lecturer at Rodborough. p. 53.

James Binkes, alias Stoddard, founds one Scholarship. p. 53.

George Palin appoints four Exhibitioners. p. 53.

Richard Taylor gives the Advowson of Selham. p. 53.

John Barneston founds the Hebrew Lectureship. p. 53.

William Hutchins augments the Stipend of the Vice-Principal, Divinity Reader, and Master of the Hall. p. 53.

Samuel Radcliffe endows the School at Steeple Aston, and gives the nomination to the Principal and Fellows; and leaves Money for building the Chapel and Cloysters, for a Commemoration, and for two Scholarships, together with 10*l.* for the Use of the Junior Bursar. p. 54

John Milward founds one Scholarship. p. 54.

John Cartwright founds two Scholarships, and a Commemoration. p. 55.

Anne Walker founds Charlbury School, vests the nomination in the Principal and Fellows, and endows two Scholarships. p. 55.

Michael Woodward appoints the Principal an Elector to his Exhibition. p. 56.

Hugh Henley gives a Scholarship of 4*l.* per Annum. p. 56.

Daniel Greenwood gives the Advowson of Catworth. p. 56

Richard Reed founds one Scholarship. p. 56.

Thomas Church founds two Scholarships, and a Commemoration. p. 56.

Sarah Duchess of Somerset founds several Scholarships; appoints a Commemoration and a Latin Speech; and gives the Advowson of Wotton Rivers. p. 56.

Robert Jones gives standing Caution for the Philpottine Langfordian Exhibitioners, and appoints a Speech on the 30th of January, and a Commemoration. p. 58.

Thomas Yate augments Church's Scholarships; founds three new Scholarships, and a Commemoration; and gives the Advowson of Middleton Cheney. p. 58.

Thomas Weston founds the Mathematical Lectureship. p. 59.

William Hulme leaves Exhibitions for Bachelors of Arts. p. 59.

Sir Francis Bridgeman leaves Money for a Speech; and has a Commemoration appointed. p. 59.

Benjamin Swete gives the Principal one fourth Part of the Advowson of Begbrook. p. 59.

William Grimbaldson gives 1000*l.* to the Library: and has a Commemoration appointed. p. 59.

Henry Jackson makes the Principal one of the Trustees of his Exhibitions. p. 60.

Charles Halsted, after several Limitations, entails his Estate on Brasennose College, for the Endowment of six new Fellowships. p. 60.

Sir John Cheshire bequeaths a Sum of Money; which is applied to the Augmentation of the Allowance of the Principal and Fellows, and to institute a Commemoration. p. 60.

Form—of electing Fellows. p. 60. —of admitting actual. p. 61.

Oath—of Allegiance. p. 61.—of Supremacy. p. 61.—of Admission. p. 61.

Form of Resignation. p. 61.—of Letters Testimonial. p. 62.—of Presentation to Middleton School. p. 62.

Statutes to be read before the Bachelors and Undergraduates. p. 62.

Halls included in the Site of the College. p. 63.

Townships—in the Parish of Prestbury. p. 63.—in the Parish of Prescot. p. 63.

Extracts of the College Register, relating to the Election and Confirmation of a Principal. p. 63.

Form of electing a Principal. p. 65.

Bishop White's—Declarations; viz. 1. that a Fellow promoted to a Benefice may before the expiration of his Year of Grace resign his Benefice and keep his Fellowship;—2. that Christopher Carye was duly elected Dean;—3. that in an Election where the Voices of the Electors are equally divided, that Side on which the Principal votes is to prevail;—4. that the word *pronuncietur* in the Statutes is of the imperative Mood. p. 68.—Letter relative to certain Expulsions. p. 68.

Bishop Cowper's—Resolution of certain Questions relating to the Year of Grace, and the Value of a Living tenable with a Fellowship: and his Order for Payment of Battels. p. 69.—Rescript enjoining the Payment of Battels. p. 69.—Letter concerning the Commencement of the Year of Grace. p. 70.

Confirmation of Bishop Cowper's Rescript relating to Battels by the Commissaries of Bishop Wickham. p. 70.

Bishop Chadderton's Interpretation of Part of the Statute *De Sociis Collegii promotis.* p. 71.

Bishop Barlowe's—Interpretation of Part of the Statute *De Impedimentis Studii removendis.* p. 72.—Interpretation *de Beneficio litigioso.* p. 73.—Letter requiring all Members of the College to converse in the Latin Language. p. 73.

Bishop Williams's—Interpretation of Part of the Statute *De Sociis promotis.* p. 73.—Rescript to keep a Fellowship open for six Months. p. 74.

Bishop Barlow's—Rescript to keep a Fellowship open. p. 76.—Rescript to sequester a Fellowship. p. 76.—Interpretation of the Statute *De Sociis promotis.* p. 76.—Rescript relating to Steeple Aston School. p. 77.

Bishop Wake's—Determination enjoining the Resignation of a liti-

gated Living, or of the Incumbent's Fellowship. p. 77.—Rescript to continue the Officers in Office longer than the Year. p. 77.—Rescript ordering the Senior Domus to act as Vice-Principal. p. 77.—Rescript relative to a Fellow who laboured under a Phrensy. p. 77.

Bishop Gibson's Rescript concerning the Time of settling the annual Accounts, and electing Officers. p. 78.

Bishop Reynold's Interpretation of the Statute *De Electione Sociorum*. p. 78.

Bishop Thomas's—Rescript relating to the Rodborough Lectureship. p. 80.—Rescript for annexing 100*l.* per Annum to the Headship. p. 81.—Rescript relating to part of the Statute *De Electione Sociorum*. p. 81.—Interpretation of part of the Statute *De Electione Sociorum*. p. 82.—Rescript requiring Henry Mayer to be admitted to a Fellowship. p. 84.—Rescript requiring John Hickman to be admitted to a Fellowship. p. 84.

Bishop Green's—Rescript relating to the Estimation of a Living tenable with a Fellowship. p. 84.—Rescript confirming the Election of Thomas Braithwaite. p. 85.

Summary Account of the Decrees of the Principal and Fellows. p. 86.

Oath of the Clerk of Accounts. p. 92.

Grace—before and after Dinner. p. 92.—before and after Supper. p. 92.

Commemoration Prayer. p. 93.

Table of Commemorations. p. 94.

Preferments in the Gift of the Principal and Fellows. p. 96.

Digitized by Google

STATUTES

OF

CORPUS CHRISTI COLLEGE,

OXFORD.

PREFACE.

The Statutes of Corpus Christi College were given by the Founder, Richard Fox, Bishop of Winchester, in the year 1517: the chapter relating to the election of the President being altered by himself a short time before his death.

The present text has been obtained from the copy in the College Archives.

The decrees of successive Bishops of Winchester, as Visitors of the College, fill a large folio volume. From this collection the index and subjects are given; but of the decrees themselves, a few only of the most important are printed at length.

Digitized by Google

ROYAL PATENT OF FOUNDATION.

Patent 17 Hen. VIII. p. 2, m. (1).

Rex omnibus ad quos, &c. salutem. Cum nos nuper per literas nostras patentes, quarum data est apud Charyng, duodecimo die Martii, anno regni nostri quarto, de gratia nostra speciali ac ex certa scientia et mero motu nostris, concesserimus et licentiam dederimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis fuit, venerabili in Christo patri Ricardo Wintoniensi Episcopo, tunc Custodi Privati Sigilli nostri, quod ipse ac aliæ personæ quæcunque, sive quæcunque alia persona, terras, tenementa, redditus, reversiones, servitia, pensiones, portiones, apportus, annuitates, et advocationes ecclesiarum, ac omnia et omnimoda alia hæreditamenta et possessiones sæculares quascunque, ad valorem centum librarum per annum ultra reprisas, tam de feodo suo proprio quam alieno, licet de nobis in capite vel aliter aut aliquo alio modo tenebantur, dilectis nobis in Christo Priori et conventui ecclesiæ cathedralis Sancti Swithini Wintoniensis dare et concedere, necnon prioratus, hospitalia, liberas capellas, ecclesias parochiales, et alia beneficia ecclesiastica quæcunque, ac etiam pensiones, portiones, apportus et annuitates ecclesiasticas et spirituales quascunque, ad valorem centum librarum per annum ultra onera et reprisas, eisdem Priori et conventui dare, concedere, appropriare, consolidare, annectere et unire, posset vel possent, habenda, tenenda et gaudenda eisdem Priori et conventui, et successoribus suis imperpetuum: et eisdem Priori et conventui quod ipsi terras, tenementa, redditus, reversiones, servitia, pensiones, portiones, apportus, annuitates, advocationes, prioratus, hospitalia, liberas capellas, ecclesias parochiales, et alia beneficia ecclesiastica quæcunque, necnon omnia et omnimoda hæreditamenta et possessiones quascunque ad annuos valores prædictos a præfato Episcopo aut quibuscunque aliis personis seu quacunque alia persona, ea eis dare, vel concedere aut appropriare, consolidare, annectere et unire, volente aut volentibus, recipere possent et tenere sibi et successoribus suis prædictis, sicut prædictum est, imperpetuum, similiter licentiam dederimus specialem; statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut aliquo alio statuto, actu, ordinatione, provisione sive restrictione, inde incontrarium factô, edito, ordinato sive proviso, aut aliqua alia re, causa vel materia quacunque, non obstante:

Digitized by Google

jamque intellexerimus quod præfatus Episcopus literas nostras prædictas nobis in Cancellariam nostram restituere ibidem cancellandas in voluntate existit, ad intentionem quod nos per alias literas nostras patentes eidem Episcopo quod ipse, hæredes, executores vel assignati sui, vel eorum aliqui aut aliquis, quoddam Collegium perpetuum eruditionis scientiarum sacræ theologiæ et philosophiæ, ac bonarum artium, de uno Præsidente et triginta scholaribus graduatis et non graduatis, aut pluribus vel paucioribus, secundum loci facultates, et juxta ordinationes et statuta per ipsum Episcopum, hæredes, executores vel assignatos suos, seu eorum aliquos vel aliquem, inde fienda, augenda vel munienda, in villa sive Universitate Oxoniensi, in comitatu nostro Oxoniensi, perpetuis futuris temporibus sustinendum et exhibendum, facere, fundare, erigere, creare et stabilire, posset et valeret, possentque et valerent, licentiam nostram Regiam concedere dignaremur. Nos nedum præmissa, verum etiam bonam, piam, laudabilem et devotam, intentionem præfati Episcopi in præmissis considerantes, ac pro eo quod idem Episcopus literas nostras prædictas in cancellariam nostram prædictam ad intentionem prædictam restituit cancellandas, cupientesque intime quantum in nobis est ea omnia et singula quæ fidem orthodoxam quoquo modo concernere poterint augmentari, de gratia nostra speciali, ac ex certa scientia et mero motu nostris, concessimus et licentiam dedimus, ac per præsentes concedimus et licentiam damus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, dicto Episcopo quod ipse, hæredes, executores aut assignati sui, seu eorum aliqui vel aliquis, ad laudem et honorem Dei omnipotentis, sacratissimique Corporis Christi, et beatissimæ semper Virginis Mariæ ejus matris, necnon Apostolorum Petri et Pauli, Sanctique Swithuni, ac aliorum Sanctorum, patronorum ecclesiæ Wintoniensis prædictæ, quoddam Collegium perpetuum eruditionis scientiarum sacræ theologiæ, philosophiæ, et bonarum artium, de uno Præsidente et triginta scholaribus graduatis, aut non graduatis, vel pluribus aut paucioribus, ut prædictum est, juxta ordinationes et statuta per ipsum Episcopum, ejusve hæredes, executores aut assignatos, eorumve aliquos aut aliquem, in ea parte fienda, condenda, statuenda et stabilienda, in villa sive Universitate Oxoniensi prædicta, in quodam fundo, qui est inter domum sive collegium vocatum "Marten College" in villa sive Universitate Oxoniensi prædicta, ex parte orientali, et venellam prope collegium vocatum "Canterbury College," et gardinum sive hortum domus sive prioratus Sanctæ Frediswidæ ex parte occidentali, et venellam domus sive collegii vocati "Oryall College" ex parte boriali, et murum villæ Oxoniensis prædictæ ex parte australi, erigere, fundare, facere, creare et stabilire, possit et possint, perpetuis futuris temporibus duraturum. Ac quod idem Episcopus, hæredes, executores vel

assignati sui, aut eorum aliqui seu aliquis, idoneam personam quamcunque ecclesiasticam in Præsidentem et pro Præsidente ipsius Collegii, necnon alias personas ecclesiasticas quascunque in scholares ejusdem Collegii, per ipsum Episcopum, hæredes, executores vel assignatos suos, vel eorum aliquem, ad hoc eligendas et assumendas, præficere, creare et ordinare, valeat seu valeant, secundum ordinationem et statuta per eundem Episcopum, hæredes, executores vel assignatos suos, aut eorum aliquos vel aliquem, pro bono et salubri gubernatione ac regimine eorundem, fienda, condenda et stabilienda. Et volumus et concedimus per præsentes quod prædictum collegium, cum sic erectum, factum, fundatum, creatum et stabilitum, existat, Collegium Corporis Christi, vulgariter Anglice Corpus Christi College, in Universitate Oxoniensi, imperpetuum appelletur et nuncupetur; et quod Præsidens et scholares collegii illius sint unum corpus in re et nomine, habeantque successionem perpetuam; quodque iidem Præsidens et scholares Præsidens et scholares Collegii Corporis Christi in Universitate Oxoniensi imperpetuum appellentur et nuncupentur. Et quod dicti Præsidens et scholares, et successores sui, per nomen Præsidentis et scholarium Collegii Corporis Christi in Universitate Oxoniensi, sint personæ habiles, capaces, aptæ et perpetuæ in lege, ad perquirenda et recipienda dominia, maneria, terras, tenementa, redditus, reversiones, apportus, portiones, pensiones, annuitates, hæreditamenta, possessiones, et servitia quæcunque, tam temporalia quam spiritualia, ac omnia bona et catalla quæcunque, tam de dono nostro quam de dono ipsius Episcopi, seu aliorum quorumcunque, habenda et tenenda eis et eorum successoribus imperpetuum. Ac etiam quod iidem Præsidens et scholares, et successores sui, per idem nomen et sub eodem nomine, placitare et implacitari, prosequi, defendere et defendi, respondere et responderi, possint et valeant, in omnibus et singulis causis, querelis, actionibus realibus, personalibus, et mixtis, cujuscunque generis fuerint sive naturæ, in quibuscunque placeis, locis et curiis nostris, hæredum et successorum nostrorum, ac in placeis, locis et curiis, aliorum quorumcunque, coram quibuscunque justitiariis et judicibus ecclesiasticis et sæcularibus infra regnum nostrum Angliæ; et ad ea ac ad omnia et singula alia facienda, agenda et recipienda, prout et in eodem modo quo cæteri ligei nostri, personæ habiles et capaces in lege, infra idem regnum nostrum, faciunt et facere poterunt in curiis, placeis et locis prædictis, coram justitiariis et judicibus supradictis. Necnon quod prædicti Præsidens et scholares et eorum successores habeant unum commune sigillum, pro negotiis suis agendis imperpetuum servituru. Et ulterius, de uberiori gratia nostra speciali, concessimus et licentiam dedimus, ac per præsentes concedimus et licentiam damus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est,

Digitized by Google

præfato Episcopo, quod postquam Collegium prædictum, ut prædicitur, fundatum, erectum, factum, creatum et stabilitum fuerit, idem Episcopus ac aliæ personæ quæcunque, sive alia persona quæcunque, maneria, terras, tenementa, redditus, reversiones, servitia, portiones, apportus, annuitates, pensiones, et advocationes ecclesiarum, ac omnia et omnimoda alia hæreditamenta et possessiones quascunque, tam spiritualia quam temporalia, ad valorem trecentarum et quinquaginta librarum per annum ultra omnia onera et reprisas, tam de feodo suo proprio quam alieno, de nobis in capite vel aliter, aut aliquo alio modo, seu de aliquibus aliis personis, seu de aliqua alia persona quacunque teneantur, Præsidenti et scholaribus ejusdem Collegii pro tempore existentibus, et successoribus suis, dare, concedere, assignare et legare, possit et possint, valeat et valeant, habenda, tenenda et gaudenda, eisdem Præsidenti et scholaribus, et successoribus suis, imperpetuum. Et eisdem Præsidenti et scholaribus, et successoribus suis, quod ipsi maneria, terras, tenementa, redditus, reversiones, servitia, portiones, apportus, pensiones, annuitates, ac omnia et omnimoda hæreditamenta et possessiones quæcunque, tam spirituali aquam temporalia, ad valorem trecentarum et quinquaginta librarum per annum ultra omnia onera et reprisas, a præfato Episcopo et quibuscunque aliis personis, seu quacunque alia persona, ea eis dare vel concedere volente vel volentibus, recipere possint et tenere sibi et successoribus suis prædictis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter licentiam damus et per præsentes concedimus specialem; statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut aliquo alio statuto, actu, ordinatione, provisione seu restrictione, incontrarium inde facto, edito, ordinato sive proviso, aut aliqua alia re, causa vel materia quacunque, in aliquo non obstante. Et hoc absque aliqua inquisitione sive aliquibus inquisitionibus inde, prætextu alicujus brevis seu mandati nostri, vel aliquorum brevium seu mandatorum nostrorum, hæredum vel successorum nostrorum, de "Ad quod damnum" seu alicujus alterius brevis, commissionis, mandati seu præcepti nostri, hæredum vel successorum nostrorum, in hac parte fiendis, prosequendis seu capiendis, et in Cancellariam nostram, hæredum vel successorum nostrorum, seu alibi, retornandis, et absque aliquibus aliis literis nostris patentibus, hæredum vel successorum nostrorum, de, in, sive pro præmissis, vel aliquo præmissorum, quovismodo impetrandis, habendis sive fiendis: aliquibus statutis, actubus sive ordinationibus, incontrarium inde factis, editis sive ordinatis, non obstantibus. Nolentes quod prædicti Præsidens et scholares, vel eorum successores, Præsidens et scholares prædicti Collegii, qui pro tempore fuerint, aut successores sui, ratione seu occasione præmissorum, vel eorum alicujus, per nos, hæredes, seu successores nostros,

justitiarios, escaetores, vicecomites, seu alios ballivos aut ministros nostros, vel hæredum seu successorum nostrorum quoscunque, impetantur, inquietentur, molestentur in aliquo, seu graventur. Eo quod expressa mentio de vero valore annuo, aut de aliqua alia certitudine præmissorum, sive eorum alicujus, aut de aliis donis sive concessionibus per nos aut aliquem progenitorum nostrorum præfato Episcopo ante hæc tempora factis, in præsentibus minime facta existit; aut aliquo statuto, actu, ordinatione, provisione seu restrictione, inde in contrarium facto, edito, ordinato sive proviso; non obstante. Et ulterius, de uberiori gratia nostra, concessimus, et per præsentes concedimus, præfato Episcopo, quod literæ nostræ patentes in hac parte conficiendæ, sub magno sigillo nostro sigillatæ, eidem Episcopo, executoribus vel assignatis suis, vel eorum alicui, habeantur et deliberentur, absque fine et feodo magno vel parvo, seu aliqua alia re in Hanaperio Cancellariæ nostræ seu alibi, ad opus nostrum, hæredum vel successorum nostrorum, pro eisdem seu aliqua parte earundem, quovis modo solvendo vel faciendo. In cujus, &c. Teste Rege, apud Westmonasterium, 26 die Novembris.

Per ipsum Regem, et de data, &c.

STATUTES OF CORPUS CHRISTI COLLEGE, OXFORD.

TABLE OF CHAPTERS.

PAGE

1. De statutorum commoditate 1
2. De qualitate Præsidentis et ejus officio 2
3. De electione Præsidentis 3
4. De juramento Præsidentis 6
5. De Vicepræsidentis qualitate et officio 12
6. De Vicepræsidentis electione 13
7. De Decanorum qualitate et officio 14
8. De qualitate Dispensatorum et officio 16
9. De qualitate et circumstantiis eligendorum in scholares biennio probandos 17
10. Modus eligendi scholares ad biennem probationem 21
11. De juramento scholaris biennio probandi 23
12. De admittendis in perpetuos Socios 26
13. De juramento admittendorum in veros Socios 27
14. De discipulorum qualitate et electione 31
15. De discipulorum juramento 34
16. De numero et officio ministrorum sacelli 37
17. De famulis Collegii 39
18. De divinis officiis et feriis observandis 40
19. De precibus et aliis suffragiis a singulis privatim vel publice dicendis aut canendis 44
20. De lectura Bibliæ et ejus expositione et Latino eloquio exercendo . . 47
21. De lectoribus publicis 48
22. De cæteris lecturis legendis et audiendis 54
23. De disputationibus Sociorum, scholarium et discipulorum . . . 57
24. De tempore assumendi gradus 59
25. De tempore assumendi sacros ordines 62
26. De morum honestate servanda et dissensionibus sedandis . . . 63
27. De vestitu et ornatu et armis non portandis 67
28. De ludis venationibus et aucupationibus prohibitis 68
29. De exitu ab Universitate et venia petenda 69
30. De promotione et causis deserendi Collegium 72
31. De convictu omnium ordinum 73
32. De Senescallo aulæ 76
33. De mensis Præsidentis et aliorum 77
34. De extraneis non introducendis 78
35. De mora non trahenda in aula post refectiones 80
36. De cubiculorum dispositione 80
37. De pensionibus ac stipendiis Præsidentis et aliorum 81
38. De vestibus quas liberatas appellant 84
39. De provisione pro Præsidente et aliis ægrotantibus 86
40. De supervisione terrarum et computis faciendis 87
41. De expensis eorum qui in negotiis Collegii emittuntur 89
42. De custodia bonorum Collegii 89
43. De cistis et sigillo 91
44. De evidentiis munimentis et scriptis 93
45. De bonis et possessionibus non alienandis 94
46. In quibus Sociorum consensus Præsidenti sit requirendus . . . 95
47. De portis et ostiis 96
48. De modo procedendi contra Præsidentem criminosum vel alias inhabilem 96
49. De modo procedendi contra Socios aut scholasticos in majoribus criminibus 98
50. De punitione in minoribus criminibus 99
51. De subtractione vel diminutione convictus sive pensionis pro convictu . 99
52. De statutorum lectione et scrutinio semel in anno celebrando . . . 100
53. De visitatione 103
54. Conclusio omnium statutorum 106
Post-Statuta 112

STATUTES OF CORPUS CHRISTI COLLEGE.

Ad honorem pretiosissimi corporis Domini nostri Jesu Christi, ejusque Matris integerrimæ, cæterorumque Sanctorum omnium, ecclesiarum Wintoniensis, Dunelmensis, Bathoniensis et Wellensis, necnon Exoniensis, cathedralium patronorum, nos Ricardus Fox, divina vocatione Wintoniensis Episcopus, Collegii Corporis Christi in Universitate Oxoniensi fundator, extructor et dotator, veneratissimo sanctissimæ et individuæ Trinitatis nomine invocato, nostra eidem collegio statuta condidimus, et in hoc originali libro, ad perennem et perpetuam memoriam et stabilitatem, conscripsimus et consignavimus; ad hunc modum in ea præfati.

Præfatio de fundatione.

Non habemus hic civitatem manentem, ut ait Apostolus, sed futuram inquirimus cælestem, ad quam facilius et celerius nos pervenire speramus, si, dum in hac vita peregrinamur misera et mortali, scalam erigamus, unde faciliorem paremus ascensum; dextrum latus scalæ appellantes virtutem, sinistrum vero scientiam, gradibus interpositis qui utrisque serviant lateribus. Habent enim utraque latera suos gradus, a quibus aut in alta levemur, aut in ima premamur. Nos itaque, Richardus Fox, divina providentia Wintoniensis Episcopus, hac scala et ipsi cælum ascendere et ingredi cupientes, ac aliis ad ascensum et ingressum hujusmodi auxiliari et subvenire expetentes, de opibus quas nobis Deus ex sua benignitate elargitus est, unum alvearium in Universitate Oxonii, quod collegium Corporis Christi appellavimus, fundavimus, ereximus et extruximus; in quo scholastici, veluti ingeniosæ apes, dies noctesque ceram ad Dei honorem et dulciflua mella conficiant ad suam et universorum Christianorum commoditatem: in quo alveario, Præsidentem, qui cæteris præsit, viginti scholares sive Socios, totidem discipulos, tres lectores, qui intus operentur, unusquisque suo officio et ordine, in omne ævum habitare constituimus et decernimus per præsentes. Ac, præterea, sex sacelli ministros, quorum duo sint sacerdotes, duo clerici non sacerdotes, acoliti, aut saltem prima tonsura initiati, reliqui vero duo choristæ.

Members of the College.

Cap. I. *De statutorum commoditate.*

Universæ hominum nationes, singulæ provinciæ, civitates, oppida, pagi denique, suis reguntur et conservantur legibus, a

Digitized by Google

quibus (si Ciceroni credamus) vivendi doctrina ducatur. Sunt enim (ut ait) leges vitiorum emendatrices, commendatricesque virtutum. Jubent namque quæ facienda sunt, prohibentque contraria. Nos igitur decrevimus quædam explicare statuta quibus hoc regatur alvearium: nec supervacaneam congeremus multitudinem, ne et ignorantia et oblivio surrepant; nec procedemus prolixe nimis aut obscure, sed succincte et trito stilo, ut delectet brevitas, et primo aspectu se offerat facilitas. Veruntamen, si hæc aspiciat Ciceronianus quispiam, et rideat barbara vocabula, intelligat nos in his non quærere ostentationem, sed facilem et aptam intellectionem.

Value of Laws.

Cap. 2. *De qualitate Præsidentis, et ejus officio.*

A Præsidente, ut a principe qui aliis imperitet, quique alios ad flores colligendos emittat, alios ad opera intus construenda, cum velit, cogat, torpentes arguat, operosos inflammet, exordiendum censuimus. Qui si vigil sit et perspicax, solers et sagax, reliqua pars examinis eum facilius imitabitur, parebunt citius, ratione et exemplo adducti. Quocirca, statuimus ut Præsidens sit probis moribus, integra vita, fama inviolata, ordine sacerdotii constitutus, neque episcopus nec religiosus, in sacra theologia doctus, et graduatus, ad minus Baccalaureus, aut saltem ita edoctus ut intra quatuor menses post ejus præfectionem realiter accipiat gradum prædictum, omniaque faciat, disputando et prædicando, quæ ex more ad dictum attinent gradum; annos natus triginta, cultui divino, virtuti et scientiæ sacrarum literarum deditus, in re familiari providus, in his quæ ad proventus, redditus, ædificia, locationes, conductiones et cætera hujusmodi pertinent, peritus et expertus; ut, veluti rector vigilans, quid bene quidve male actum fuerit facile discernat. Huic, omnes et singulos scholares sive Socios, discipulos ministrosque, et famulos, unumquemque suo ordine, subesse volumus, ut eum timeant ut Principem, colant ut patrem, ei in licitis, sine murmure parentes; querelas, accusationes, discordias, si quæ fuerint, ad eum deferentes, ut discrete audiat, prudenter judicet, odium et dissidium tollat. In quo officio eum perstare volumus quamdiu se morate gerat et vivat secundum statutorum ordinem, neque in episcopum sit consecratus, nullumque notabile incidat crimen, qualia sunt usura, simonia, voluntarium homicidium, perjurium manifestum, incontinentia notoria, dilapidatio et cætera enormia: in quæ aut eorum aliquid si inciderit, statim, aut saltem intra quindecim dies proxime sequentes, ad ejus amotionem procedatur, et effectualiter ab officio suo juxta formam infra traditam in omne ævum amoveatur. Statuentes præterea, ut omnia placita tam realia quam personalia, dictum Collegium concernentia, in quibuscunque curiis moveantur, dictus Præsidens, in nomine

Of the President.

His qualifications.

His authority.

Duration of his office.

To prosecute suits.

ipsius Præsidentis et scholarium Collegii Corporis Christi in universitate Oxoniensi in comitatu Oxoniæ, prosequatur ac defendat. Hoc addito, quod causas aut lites graves, et ardua negotia in quibus contingere poterit ipsius Collegii grave damnum, exhæredatio aut grave præjudicium, absque majoris partis septem dicti Collegii seniorum Sociorum, qui tunc in Universitate Oxoniensi fuerint, non connumeratis etiam in hoc casu absentibus, consilio et assensu, nisi quatenus infra provisum est, incipere vel aggredi non debebit. Consent of Fellows.

Cap. 3. *De electione Præsidentis.*

Et quoniam ablato rectore totum examen obstupescit, ignarum cui pareat, statuimus ut Præsidente aut per mortem evocato, aut aliam ob causam quamcunque discedente aut amoto, intra tres dies a die notitiæ vacationis supputandos, Vicepræsidens, aut eo absente Socius maxime senior tunc in Universitate præsens, nulla ad eligendum licentia Patroni ordinarii alteriusve cujuscunque, nec cessionis aut resignationis hujusmodi eis vel eorum alicui exhibitione, aut ab eorum aliquo ejusdem approbatione, expectata aut requisita, convocet omnes Socios tunc in Universitate præsentes in sacellum nostri Collegii; eisque tunc et ibidem officii Præsidentis vacationem, septimoque ab eo die, hora octava ante meridiem, futuram novi Præsidis electionem ostendat. Et ne absentes excusent et allegent ignorantiam, ipso eodem die quo, uti jam dictum est, eos convocaverit, affigat valvis sacelli literas citatorias, vacationem officii ac diem et horam electioni novi Præsidentis præfinitum significantes, manu sua et duorum aliorum Sociorum ex septem maxime senioribus nostri Collegii subscriptas, per quas omnes septem maxime seniores nostri Collegii etiam absentes admoneri possint ut electioni intersint. Nec volumus præsentes ante electionem perfectam exire, nisi ex causa urgente per majorem partem dictorum septem seniorum probata. Septimo vero die prædicto ante meridiem, aut, si principale festum eo die contigerit, postridie hora prædicta, dicti septem maxime seniores in Universitate præsentes, per Vicepræsidentem, aut, eo absente, per Socium maxime seniorem tunc in Universitate præsentem, in sacellum nostri Collegii convocentur. Cujus quidem Vicepræsidentis aut dicti senioris, ut præfertur, vocationi omnes et singulos sex alios seniores, tunc in Universitate præsentes, parere volumus, sub pœna perpetuæ amotionis a nostro Collegio, in quam obsistentes incurrere volumus ipso facto. In quam etiam pœnam omnes et singulos Socios in nominationibus, electionibus, admissionibus, aliisve negotiis utilitatem Collegii concernentibus, aut juramentis publicis, tam Præsidentis, quam Sociorum, scholarium in biennio probationis, discipulorum aut officiariorum eligen- Manner of election of President.

Digitized by Google

dorum quorumcunque, interesse habentes, ac rite et legitime secundum formam statutorum vocatos et requisitos, ac deinde personaliter interesse, aut effectualiter, nominatim et absolute, nominare et eligere, renuentes, incurrere volumus ipso facto. Hoc quidem septimo ab intimatione die, nisi ob solennitatem festi differatur in crastinum, hora prædicta, volumus ut primo solenniter per Socios, scholares in biennio probationis, discipulos, et sacelli ministros, pro gratia impetranda de Spiritu Sancto celebretur missa: quam, sub pœna perjurii, celebret unus ex Sociis ad hoc per Decanum vel ejus deputatum assignatus. Cui missæ intersint omnes septem maxime seniores in Universitate præsentes; nisi eorum aliquis gravi infirmitate impediatur, in quo casu, alius Socius proxime senior ejus suppleat locum. Et quicunque ex illis septem maxime senioribus illi missæ non interfuerit, suffragio suo pro illa vice careat, et pro absente usque ad completam electionem in omnibus reputetur. Deinde, finita missa, præsentibus solum septem maxime senioribus, ad electionem Præsidentis statim procedatur sub hac forma. Videlicet, primo hoc statutum una cum proximo præcedente per Vicepræsidentem aut, eo absente vel legitime impedito, per Socium maxime seniorem tunc in Universitate præsentem palam et publice perlegatur. Statimque post electionem septem illi seniores jurabunt, omnes et singuli, tactis per ipsos et eorum quemlibet sacrosanctis Dei Evangeliis; viz., sex coram Vicepræsidente, vel, eo absente, coram Socio maxime seniore, et ipse Vicepræsidens, aut, eo absente, Socius maxime senior, coram proxime sibi seniore; quod, postpositis omnimodis amore, favore, invidia, odio, timore, acceptione personarum aut patriæ, et partialitate, affectione consanguinitatis, affinitatis, facultatis, et occasione quacunque aut precis, aut pretii, cum omni celeritate qua poterunt, distincte, expresse et absolute, nominabunt unum qui est, vel saltem fuit, Socius dicti nostri Collegii, et ex causis licitis et honestis ex eo recesserit, quem in suis conscientiis magis idoneum, sagaciorem, discretiorem, utiliorem ad subeundum, gerendum, exercendum, Præsidentis officium speraverint, et quem firmiter crediderint ad bonum et salubre regimen et diligentem curam ipsius Collegii, personarum, statutorum, ac honorum ejusdem quorumcunque, et ad terrarum et possessionum spiritualium et temporalium, et jurium ejusdem conservationem, plus posse proficere et velle. Quo juramento ab omnibus et singulis septem præstito, statim ad nominationem procedatur hoc ordine et forma. Primo duo Socii omnium tunc præsentium maxime seniores, quos scrutatores in hac electione esse volumus, in duabus scedulis ad hoc paratis, seorsim et sine alterius consilio aut notitia, scribant sua nomina propria et nomen ejus quem eligent. Deinde, reliqui quinque seniores, privatim et secrete, in alterius scrutatoris scedula eodem modo et ordine scribant sua vota et suffragia. Proviso, ut neque in hac

electione, neque in alia quacunque in nostro Collegio facienda, seipsum quisquam nominet, nec suam vocem aut suffragium alterius personæ cujuscunque arbitrio et dispositioni quovismodo committat, aut incertam personam aut pro incerto comitatu vel diœcesi, sub disjunctione vel conditione quovismodo, nominet aut eligat. Contra faciens et suffragium suum hujusmodi et etiam nostri Collegii Societatem ipso facto extunc in perpetuum amittat. Nec licebit, sub pœna perjurii, cuiquam ex illis scrutatoribus nomina aliorum scribentium alii cuipiam quovismodo per se, vel interpositam personam, nutu, verbo, signo vel scripto, ante completam et publicatam Præsidentis electionem, ostendere: sed, completo scrutinio, nomina omnium qui tunc nominaverint seu elegerint fideliter inter se calculabunt et nominabunt scrutatores prædicti. Quo quidem scrutinio calculato, illa persona pro electa habeatur, absque tumultu, contradictione, querela, appellatione, supplicatione, seu quocunque impedimento juris vel facti, in quam per dictos septem seniores vel per majorem partem eorundem consensum fuerit: et statim sine ulla dilatione pro Præsidente nostri Collegii a seniore scrutatore pronuntietur. Si vero in dicto scrutinio nullus habuerit majorem partem suffragiorum, hoc est, quatuor suffragia, tunc, absque tumultu et contradictione, iterum consimile fiat scrutinium; et sic deinceps illo die post meridiem, donec in aliquam unam personam per majorem partem fuerit consensum. Quod si in crastino post inchoatam nominationem sive electionem ante meridiem modo prædicto concordatum non fuerit, tunc ille pro nominato habeatur, qui, in ultimo scrutinio inter dictos scrutatores communicato, plures cæteris quibuscunque nominatis voces seniorum, ut præmittitur, conscriptas habere invenitur. Si vero nullus unus plures voces quam alii nominati habuerit, sed multi æquales numero, tunc ille pro nominato electo habeatur quem Vicepræsidens nominaverit, vel eo absente, Socius maxime senior: ipseque statim per seniorem scrutatorem palam pro electo publicetur. His itaque peractis, nullo alio juris ordine, processu sive solennitate, requisitis, illa persona sic electa, quam cito commode fieri poterit, per ipsum Vicepræsidentem, si id oneris sponte sua subire voluerit, sin minus, per alium unum ex dictis septem senioribus Sociis ipsius Collegii, per majorem partem ipsorum septem, aut, nullis quatuor ex illis septem in unum consentientibus, per solum Vicepræsidentem, nominandum, una cum literis electionis prædictæ formam, ac præsentis nostri statuti, et juramenti per nominatum hujusmodi præstandi, tenores plenarie continentibus, sigillo communi dicti Collegii (quod in hoc uno casu et non alio absente Præsidente extrahi permittimus) sigillatis, Domino Episcopo Wintoniensi, ipsius Collegii patrono, qui pro tempore fuerit, vel ipso in remotis extra diœcesim suam agente, ipsius in spiritualibus Vicario generali, aut, sede Episcopali

When elected, to be presented to the Bishop of Winchester.

vacante, custodi spiritualitatis, præsentetur. Quibus quidem literis super hujusmodi electione et nominatione modo et forma prædictis exhibitis, absque probatione alia, aut ulteriori causæ disquisitione vel cognitione, plenam fidem volumus adhiberi. Qui quidem Socius cum dicta persona in Præsidentem electa mittendus, coram domino Episcopo Wintoniensi, ipsius Collegii tunc patrono, seu illo cui dictam præsentationem fieri tunc continget, oratiunculam quandam faciat; qua dictum Collegium, personam in Præsidentem nominatam, et reliquos Socios, decore, modeste, honeste, pro suo ingeniolo commendet. Ipse vero Episcopus Wintoniensis, seu ipsius Vicarius aut custos spiritualitatis, cui dictam præsentationem fieri tunc continget, personam sic electam, absque mora, dispendio, et sine processu judiciario, et absque impugnatione electionis, præficiat in Præsidentem. Si vero dominus Episcopus supradictus, aliusve ex prædictis personis ad quem dictam præfectionem spectare volumus, ut præfertur, intra duos dies a tempore præsentationis sibi factæ continue numerandos, noluerit personam in forma supradicta præsentatam præficere in Præsidentem, ex eo tempore electus hujusmodi eo ipso, præsentis nostri statuti vigore, in Præsidentem nostri Collegii sit præfectus, et pro vero, legitimo ac perpetuo, Præsidente ibi habeatur.

Cap. 4. *De juramento Præsidentis.*

Tametsi optimus quisque ad subeundam curam fideliterque obeundum officium sua sponte esset incitatus, ut tamen magis sit suæ memor salutis, omnem pellens negligentiam, ignaviam, Præsidentem nostrum arctiori vinculo astringendum censemus. Volumus itaque ut prænominatus Præsidens coram domino Episcopo Wintoniensi aut alio, cui (ut præfertur) præsentatur, statim post præfectionem et confirmationem (si hujusmodi præfectio et confirmatio tunc fiant), postea quoque cum ad Collegium redierit, sive ab eo cui præsentatur præfectus fuerit, sive non, in præsentia omnium Sociorum nostri Collegii tunc in Universitate præsentium, antequam quovismodo administrat, tactis et inspectis per eum sacrosanctis Evangeliis, subscriptum præstet juramentum: "Ego N., in Præsidentem Collegii Corporis Christi in Universitate Oxoniensi nominatus et præfectus, juro, tactis et inspectis per me his sacrosanctis Evangeliis, quod dictum Collegium, omnia beneficia, terras, tenementa, possessiones, redditus spirituales et temporales, jura, libertates et privilegia, et bona quæcunque ejusdem, nec non omnes et singulos Socios, scholares et discipulos, ipsius Collegii, juxta statuta et ordinationes reverendi patris nostri Ricardi Fox, Fundatoris ipsius Collegii, absque personarum, scientiarum, facultatum, generis aut patriæ, acception equacunque, pro mea virili regam, custodiam, dirigam et gubernabo, et per alios

Oath of the President.

regi, custodiri et gubernari, faciam. Nec ero factiosus, magis favens uni quam alii, contra justitiam et fraternitatis amorem, nec eorum alicui gravamina vel molestias injuste inferam. Correctiones quoque, punitiones et reformationes debitas, justas et rationabiles, de quibuscunque delictis, criminibus et excessibus, Sociorum, scholarium aut discipulorum, dicti Collegii, quoties, ubi, et quando opus fuerit, secundum rei qualitatem et quantitatem, omnemque vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum per dictum reverendum patrem editorum, absque favore aut odio, affectione consanguinitatis, affinitatis, aut alia quacunque, diligenter et indifferenter faciam et exercebo, et ea per alios fieri et exerceri faciam et procurabo. Et si hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, ut præfertur, debite et juste exequi non potero, propter metum, et potentiam seu multitudinem delinquentium, ipsorum nomina et cognomina, cum qualitate et quantitate delictorum et excessuum hujusmodi, quam cito potero, intra mensem, domino Episcopo Wintoniensi qui pro tempore fuerit, aut, ipso in remotis agente, ejus Vicario in spiritualibus generali, vel, sede Wintoniensi vacante, Custodi spiritualitatis ejusdem, denuntiabo et revelabo; et per eos hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, juxta statuta et ordinationes prædicta, in omnibus solerter et celeriter fieri procurabo. Item, gubernationi et regimini omnium terrarum, possessionum, reddituum spiritualium et temporalium, nec non administrationi bonorum et rerum ad ipsum Collegium qualitercunque pertinentium, cum omni diligentia et providentia, fideliter et diligenter intendam, ac alios ejusdem Collegii officiarios et ministros, in diversis officiis et ministeriis deputatos et deputandos, illis intendere faciam juxta posse. Item, omnia et singula bona et catalla dicti Collegii in commodum et utilitatem ejusdem Sociorum prædictorum, prout necessitas evidens exegerit, et statuta et ordinationes prædicti reverendi patris Fundatoris in hac parte dictaverint, administrabo procuraboque, et faciam utiliter et fideliter dispensari et in omnibus administrari; et ea quæ residua fuerint et excreverint in quadam cista ad hoc ordinata conservabo, et faciam ad incrementum dicti Collegii et commodum fideliter conservari. Item, quod lites et placita et jura quæcunque ipsius Collegii, nec non omnia et singula negotia ipsum Collegium qualitercunque concernentia, diligenter prosequar et pro virili defendam; possessiones quoque ac libertates, privilegia, jura quæcunque ipsius Collegii viriliter sustentabo et defendam, et faciam ab aliis sustentari et defendi; hoc tamen proviso, quod causas, placita, lites graves, in quibus verti poterit ipsius Collegii exhæredatio vel grave præjudicium, absque majoris partis septem simpliciter seniorum dicti Collegii qui tunc in Universitate Oxonii fuerint (non connumeratis etiam, ut antea dictum est in hoc casu, absentibus) maturo et deliberato consilio

Infliction of punishments.

Administration of lands, &c.

Defence of possessions and privileges.

et assensu (nisi quatenus infra provisum est) non incipiam neque movebo, nec inchoari aut moveri faciam, nec incepta prosequar quovismodo. Item, quod non in meis aut alienis negotiis, aut obsequiis cujuscunque Principis, Regis aut Episcopi, etiam ordinarii cujuscunque, ultra sexaginta dies in eodem anno continuos aut diversis vicibus discontinuos, a prædicto Collegio, præterquam in negotiis ejusdem, abero; nisi forsan ex causa rationabili et urgente ad unicum duntaxat mensem, et nullo pacto ultra, per septem Socios maxime seniores tunc in Universitate præsentes, vel per majorem partem eorundem, primitus approbanda; ita quod nulla ratione ultra tres in eodem anno menses continuos vel discontinuos, præterquam in negotiis Collegii, quomodolibet ab eodem abero, quantumcunque consensus Sociorum, vel Ordinarii auctoritas vel interpretatio, vel maximi Pontificis sedisve Apostolicæ alteriusve cujuscunque dispensatio, mihi velit suffragari. Item, quoties electio vel assumptio alicujus Socii, scholaris vel discipuli, in Collegium prædictum fuerit facienda, intendam et enitar ut solum tales eligantur et assumantur quos, secundum conditiones et qualitates in statutis dicti Collegii expressas, habiles et idoneos reputaverim, et quos in virtutibus et scientiis ad honorem et utilitatem Collegii prædicti plus posse proficere ac profecturos crediderim, sine personarum vel patriæ acceptione, amore, favore, odio, invidia, timore, prece ac pretio, postpositis quibuscunque. Item, si ab officio meo amovear aut si sponte cessero, bona Collegii per me recepta aut apud me remanentia Vicepræsidenti et Dispensatoribus Collegii aut, Vicepræsidente absente, Socio maxime seniori in Universitate præsenti et dictis Dispensatoribus, si commode potero, sin minus saltem intra quindecim dies extunc proxime sequentes, sine contradictione seu diminutione, per inventarium inter me et alios sub testimonio et subscriptione eorundem, restituam. Item, si per me seu occasione mea aliqua materia dissensionis, iræ vel discordiæ, in dicto Collegio (quod absit!) suscitata fuerit, et per Vicepræsidentem, Decanum vel Dispensatores, et duos alios ex septem maxime senioribus, finis rationabilis seu placabilis intra quinque dies factus non fuerit, tunc Cancellarii Universitatis Oxonii, qui pro tempore fuerit, Custodisque Collegii Novi Beatæ Mariæ Wintoniensis, ac Præsidentis Collegii Divæ Magdalenæ, in eadem Universitate, si tunc intra eandem præsentes fuerint, ac, domino Cancellario Custode aut Præsidente extra Universitatem agentibus, absentis aut absentium vices in Universitate gerentium, una cum totidem ex prænominatis quot in Universitate præsentes fuerint, ordinationi, arbitrio, decreto et auctoritati, personaliter et effectualiter me submittam. Et quidquid duo ex illis, secundum formam infra limitatam pro tempore consulti, arbitrati fuerint, statuerint, ordinaverint vel definierint, in ea parte, id omne fideliter observabo et iisdem cum effectu parebo sine con-

Absence from the College.

Election of Fellows, &c.

Surrender of property of the College in case of removal.

Submission of differences to arbitrators.

tradictione quacunque; cessantibus provocationibus, appellationibus, querelis, exceptionibus et aliis juris et facti remediis quibuscunque, quibus omnibus et singulis in vim pacti renuntio in his scriptis. Item, omnia et singula statuta et ordinationes dicti Collegii, per dictum reverendum patrem dominum Ricardum Fox fundatorem edita, in quantum me concernunt, secundum literalem et grammaticalem sensum et intellectum, inviolabiliter tenebo, exequar et observabo, et quantum in me fuerit faciam ab aliis observari. Item, secreta dicti Collegii, quæ in ipsius damnum aut detrimentum redundare possint, nulli in damnum ejusdem Collegii unquam revelabo. Item, utilitatem, augmentum et conservationem, bonorum et reddituum, terrarum, possessionum et jurium, dicti Collegii, defensionemque ac expeditionem negotiorum ejusdem quorumcunque, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem vel officium, posthac devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit, diligenter curabo et promovebo, et pro eisdem fideliter laborabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem dictorum negotiorum juxta posse instabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, non procurabo diminutionem, mutationem aut translationem, alicujus numeri Scholarium, Sociorum aut discipulorum, in statutis et ordinationibus dicti Collegii limitati, contra formam statutorum et ordinationum ejusdem Collegii, vel ea fieri permittam seu tolerabo quantum in me fuerit, seu eisdem consentiam. Item, quod nulla statuta seu ordinationes, interpretationes, mutationes, injunctiones, declarationes aut expositiones, vel glossas aliquas, præsentibus ordinationibus et statutis vel qualitercunque vero sensui et intellectui eorundem repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, contrarias vel contraria, per quemcunque seu quoscunque alium vel alios quam per dictum reverendum patrem dominum Ricardum Fox fundatorem prædictum facienda, quomodolibet scienter acceptabo vel ad ea consentiam, aut ipsa aliqualiter admittam, nec eisdem parebo ullo tempore vel intendam, nec illis vel illorum aliquo quoquo modo utar in Collegio prædicto vel extra, tacite vel expresse, sed eis et eorum cuilibet contradicam et etiam resistam expresse, ipsaque fieri viis et modis omnibus quibus potero obstabo et impediam. Interpretationibus tamen, injunctionibus, declarationibus et expositionibus, per reverendos in Christo patres domini fundatoris successores, Episcopos Wintonienses, super dubiis statutorum emergentibus et secundum formam in eisdem descriptam disputatis, ac ad eos delatis, faciendis, obediam, et cum effectu, etiamsi meæ opinioni adversentur, parebo. Et ea, præterea, in omnibus, juxta planum et literalem sensum ac domini Fundatoris mentem, quantum in me fuerit, semper fieri et declarari procurabo. Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia, aut provocans invidiam, odium, iram, discordias, contumelias, rixas, jurgia, speci-

Observance of Statutes.

Secrets of the College.

Protection after elevation to other dignities.

Maintenance of number of Fellows, &c.

Opposition to contradictory Statutes.

Interpretation of Statutes.

Comparisons of merits, &c.

ales vel præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, divitiarum, allegans, nec inter Australes vel Boreales vel alios cujuscunque regionis fuerint comparationem, unde oriatur discordia, faciam. Item, quod nulla conventicula, conspirationes, confœderationes aut pactiones aliquas, ubicunque intra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta, vel contra ipsius Collegii statum, utilitatem et honorem, aut contra aliquem Socium dicti Collegii, illicite faciam, nec ipsa fieri procurabo, seu permittam ab aliis fieri quantum in me fuerit, seu facientibus ea vel eorum aliquod dabo consilium auxilium vel favorem, aut eisdem scienter interesse præsumam nec assentiam, tacite vel expresse. Præterea, juro quod contra dominum Episcopum Wintoniensem qui pro tempore fuerit, aut ecclesiam Wintoniæ, Prioremve aut Capitulum ejusdem, in aliqua causa ipsam ecclesiam concernente quam illi Episcopo vel ecclesiæ aut Priori et Capitulo probabiliter crediderim esse injuriam, scienter et ex animo deliberato non dabo consilium, favorem aut auxilium, causa mea propria et dicti Collegii duntaxat exceptis. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta, aut contra ordinationes et statuta Collegii vel ipsorum aliquod, nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte impetrari aut fieri procurabo, directe vel indirecte. Et si forsan mihi aliquam dispensationem impetrari vel gratis offerri aut qualitercunque concedi contigerit, cujuscunque fuerit auctoritatis, seu generalis seu specialis, aut alias sub quacunque forma verborum concessa, ipsa non utar nec eidem consentiam quovismodo, sed in vim pacti eis omnibus et singulis in his scriptis renuntio. Et si contingat me posthac, propter mea demerita vel ob improbos mores, seu causas in præsentibus ordinationibus et statutis contentas, juxta formam et ordinationem eorundem, ab officio meo expelli vel alias amoveri, ex certa mea scientia, pure, sponte et absolute, omni actioni occasione expulsionis seu amotionis hujusmodi contra ipsius Collegii Socios vel Socium quemcunque, appellationique et querelæ in ea parte faciendis, ac quarumcunque literarum impetrationi, precibus Principum, Prælatorum, Procerum, Magnatum et aliorum quorumcunque, nec non quibuscunque juris ecclesiastici vel sæcularis ac omnibus aliis remediis juris et facti, per quas aut quæ petere possem me reconciliari vel in integrum restitui contra præmissa, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in his scriptis. Hæc omnia et singula observabo, sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia."—Præterea, adjiciendum censemus ut de juramento prædicto statim fiat instrumentum publicum, signo et subscriptione alicujus Notarii publici munitum, istius juramenti diem et formam, et nomen et cognomen Præsidentis prædicti sic jurantis, ac cujus diœcesis existat, continens; quod in superiori turri dicti Collegii nostri perpetuo

Conspiracies against the College.

Injury to the Bishop or Chapter of Winchester.

Dispensation from oaths.

Appeal, in case of expulsion from office.

Public instrument.

Digitized by Google

remaneat sub custodia diligenti. Volumus quoque ut unusquisque in Præsidentem electus, intra annum proximum postquam illius officii pacificam possessionem habuerit, Priori ecclesiæ cathedralis Wintoniensis pro tempore et ejusdem loci conventui unam obligationem cum conditione, sub forma sequenti, mutatis de more mutandis, et adjectis de more adjiciendis, nomine suo debite confectam et manu sua propria subscriptam, suo quoque sigillo sigillatam, in persona sua propria et pro factu suo tradat cum effectu. Quod si quispiam in Præsidentem electus prædictum juramentum in forma prædicta realiter non præstiterit, vel prædictam obligationem cum conditione, modo et forma prædictis confectam, præfato Priori intra tempus prædictum effectualiter non tradiderit, vel a quacunque persona spirituali vel temporali, sive Pontificatus sive Regalis aut cujuscunque alterius dignitatis honore præfulgeat, aliquid impetraverit quod in enervationem prædicti juramenti aut obligationis ejusve conditionis, aut alicujus eorundem parcellæ, quocunque modo cedere poterit, eo ipso pro non Præsidente habeatur; et extunc officium Præsidentis in Collegio nostro vacare decernimus, ac Vicepræsidentem et Socios ad novi Præsidentis electionem, secundum formam supra a nobis traditam, procedere eamque consummare debere sancimus; et ad id in virtute juramenti hoc nostro præcepto et statuto eos omnes astringimus. Et quia longa potest esse mora in implacitatione et Præsidentis in jus vocatione, et fortassis negligentes erunt qui implacitarent et ad jus vocarent, ideo mandamus et inviolabiliter observandum decernimus ut, quam primum Præsidens hujusmodi licentiam contra statutum et suum juramentum impetraverit, nullum deinceps a Collegio recipiat emolumentum temporale aut spirituale, veluti convictum, stipendium, vestem, suffragium, regimen et cætera quæcunque.

Bond to the Prior of Winchester.

Vacation of office in case of omission of oath or bond.

Forma autem obligationis prædictæ et ejus conditionis hæc est:

"Noverint universi per præsentes me N., Præsidentem Collegii Corporis Christi in Universitate Oxonii in comitatu Oxoniensi, teneri et firmiter obligari reverendo patri Priori ecclesiæ cathedralis Sancti Swithuni Wintoniæ et ejusdem loci conventui, in centum libris sterlingorum, solvendis eidem Priori et Conventui, vel eorum certo attornato, vel eorum successoribus, in festo N. proxime futuro post datam præsentium. Ad quam quidem solutionem bene et fideliter faciendam obligo me, hæredes et executores meos, per præsentes, sigillo meo sigillatas. Dat. &c.

Form of bond.

The condition of the obligation is such, that if the above bounden N., in his own person or by any other person, pursue obtain or impetrate, or cause to be pursued, obtained or impetrated, privily or openly, directly or indirectly, from the Court of Rome or from any other person or place, any dispensation,

interpretation or licence, contrary to the oath made by the said N. at the time of his admission and entry into the office of the President of Corporis Christi College in the University of Oxford, or to any part of the same Oath, or contrary to the ordinances or statutes of the same College or any one of them, or if the same N. accept or use any such dispensation, interpretation or licence, pursued, impetrated or obtained, by himself or by any other person or persons of whatsoever authority they be; or if he provoke or appeal judicially or extrajudicially from any grief, judgment, arbitrament or sentence, interlocutory or definitive process or interpretation, made or given against him for any thing concerning his said Oath or any part thereof, or concerning the said ordinances or statutes or any part of them, whereunto by the said oath or any part thereof, or else by any of the said ordinances and statutes, he is bound to stand and obey; or in case it fortune the said N. to be deprived of the said office of President, or to be grieved by the Vicepresident and Fellows of the said College for any offence or act pretended to be done by him contrary to the said Oath or statutes; if he then or in that case or therefore, or by any occasion thereof, pursue trouble or vex, in the Law or out of the Law, by the way of fault or otherwise, any Scholar or Fellow of the said College, or pursue to any Estate or person for any letters, writings, commandments, requests or desires, by writing, by message or by word of mouth, for his restitution to the same office, or for the letting of the said deprivation or the execution of the same, or any such writings or message use or accept; or else if he pursue in any Court spiritual or temporal, or by the way of fault any manner of thing do for his remedy in the premises, at any time during his life; or if he restore not the goods and chattels of the said College, in such cases under such sum to such persons and within such time as he is bounden to do by the said statutes: then this obligation shall stand in its vigour and strength, or else it shall stand void and be of none effect."

Cap. 5. *De Vicepræsidentis qualitate et officio.*

Æquum est et consentaneum Præsidentem, quamvis optimum, prudentissimum, vigilantissimum, sub se alios habere duces inferiores, veluti adjutores et consiliarios, qui participes sint ejus solicitudinis et quotidianæ curæ. Statuimus igitur ut in nostro Collegio prædicto, sub dicto Præsidente, sit semper vicarius, unus de discretioribus et maturioribus ex septem maxime senioribus Sociis, conversatione et bonis approbatus moribus, qui Vicepræsidens nuncupetur. Cujus officium erit diligenter advertere ad bonum regimen Sociorum, scholarium et discipulorum, ac ministrorum omnium dicti Collegii, ad statutorum et ordinationum observationem, ad divinum cultum, ad studii

Of the Vice-president.

His duties.

et scientiarum profectum, ac etiam cætera omnia facere et perimplere quæ inferius septimo capite statuimus a Decano theologiæ fieri et perfici; et in eodem Collegio continue residere, nisi forsan ex magna et urgenti causa ad dictæ domus negotia eum emittti, vel alias ex causa rationabili et honesta abesse, contingat. Et tunc ejus vices in licentiis et correctionibus pro delictis levioribus, ac clavium custodiis, et ratiociniorum approbationibus et improbationibus, suppleat Socius maxime senior in Universitate præsens, non officiarius nec alterius officiarii tunc absentis vicem gerens, nisi cum aliter expresse in ejus absentia infra provisum fuerit. Ad Vicepræsidentis etiam officium spectat absentis Præsidentis vicem in omnibus gerere et supplere, nisi in his quæ præsentis Præsidentis specialiterre quirunt assensum vel auctoritatem. Præsidenti quoque debet Vicepræsidens in consiliis et correctionibus assistere, negligentias, defectus, necnon crimina, excessus et delicta, quæ a dictis Sociis, scholaribus et discipulis, officiariis et ministris, noverit esse commissa, dicto Præsidenti, si præsens fuerit et res ita exigat, cessantibus omnibus affectione consanguinitatis aut affinitatis, invidia, amore, odio et timore, denuntiare, ut per ipsum vel alios secundum ordinationes et statuta puniantur. Nec prohibemus quin dictus Vicepræsidens possit etiam Socios, scholares, discipulos, ministros, ac etiam officiarios, negligentes aut circa studium desides vel alio modo errantes, circa leviora arguere et increpare, et si oporteat, cum consensu unius Decani aut, Decanis absentibus, unius eorum deputati, corrigere et punire, etiam præsente Præsidente. Ad quæ omnia et singula, quantum ad ipsum pertinet, bene et fideliter facienda et observanda, præfatus Vicepræsidens, statim post ipsius admissionem ad officium, tactis sacrosanctis Evangeliis, corporale præstet juramentum coram Præsidente, in præsentia omnium Sociorum dicti Collegii vel majoris partis eorundem tunc in Collegio præsentium. His oath.

Cap. 6. *De Vicepræsidentis electione.*

Ut cautiores sint eligentes, et suæ magis salutis ac commodi Collegium inhabitantium memores, mandamus ut, non solum in hac electione Vicepræsidentis, sed etiam reliquorum officiariorum quorumcunque nostri dicti Collegii electores omnes, præter Præsidentem, priusquam incipiant eligere, coram ipso Præsidente, sacro se astringant juramento quod nullum ad aliquod hujusmodi officium nominabunt nisi quem firmiter crediderint pro eo officio exercendo in dicto Collegio, juxta qualitates in ejus officio descriptas, aptiorem magisque idoneum, affectione et partialitate cessantibus quibuscunque. Modus autem eligendi annuatim Vicepræsidentem ita describitur. Primo convocentur per Præsidentem in sacellum vel alium idoneum locum nostri Collegii septem Socii maxime seniores tunc in Universitate præsentes, Oath of electors to any office. Manner of electing Vice-President.

et coram eis legatur statutum officium illud concernens. Deinde, eorum unusquisque præscriptum præstet exigente Præside juramentum. Postea, inquirat Præsidens palam et publice vota singulorum illorum septem, et ille pro Vicepræsidente habeatur quem omnes illi septem seniores, vel major pars eorundem septem, cum Præsidente, in prima et unica illa inquisitione et nominatione nominaverint. Et si ita discordent inter se ut duo vel tres nominent unum et alii duo vel tres nominent alium, nec in illa prima et unica nominatione quinque ex illis senioribus in unum consenserint, tunc iterum consimile fiat scrutinium; in quo si adhuc quinque ex illis senioribus in unum nequaquam consenserint, tunc eo casu, quia nolumus istam electionem diutius differri, ille pro Vicepræsidente habeatur quem solus Præsidens duxerit eligendum. Et quoniam in hoc statuto et præcedentibus, ac etiam in sequentibus statutis, crebra fit mentio de senioribus, ne inde oriatur controversia, declaramus nos ubique sentire de senioribus tunc in Universitate præsentibus. Et nos interpretamur in omnibus actis intra Collegium faciendis aut celebrandis eos esse et reputari aliis seniores qui in Universitate Oxonii, in susceptione graduum et disciplinarum studiis, ut mos est, prius cæteris fuerant admissi et recepti. Itemque, in discipulis eum alio censemus seniorem qui prius eo in discipulum nostri Collegii erat admissus: et sint omnes juniores probationis biennium agentibus.

Definition of a Senior.

Cap. 7. *De Decanorum qualitate et officio.*

Inter opifices, quales in his nostris ædibus exoptamus, speculatores et iidem censores jure expetendi sunt, qui operis constructionem perficiant, operosos laudent, torpentes arguant, negligentes accusent. Quocirca, decernimus ut in nostro Collegio sint duo Censores, quos Decanos appellari volumus, ex discretioribus et maturioribus Sociis electi per Præsidentem et septem Socios maxime seniores tunc in Universitate præsentes, secundum modum descriptum in electione Vicepræsidentis. Horum officium erit speculari et advertere ad Sociorum, scholarium, discipulorum, conversationem et regimen, quodam pacto in morum honestate studio scholastico indies proficiant, et eos delinquentes corripere et increpare, ipsorum transgressiones excessus et delicta Præsidenti vel Vicepræsidenti denuntiare, et ut ipsa juxta ordinationes et statuta nostra corrigantur et puniantur diligenter instare; Præsidenti et Vicepræsidenti in consiliis et munitionibus assistere: in quibus si negligentes et culpabiles ipsi Decani aut eorum aliquis, vel etiam quivis alicujus eorum deputatus, reperiantur, nec per Præsidentem aut Vicepræsidentem moniti se emendaverint, tunc auctoritate Præsidentis, assistente sibi Vicepræsidente, altero dispensatorum vel aliquo septem maxime seniorum non officiario, careat

Of the two Deans.

Their duties.

Punishment of.

sic delinquens convictu quotidiano, quousque effectualiter se correxerit et in præmissis se emendaverit. Et ulterius, si ter in præmissis aliquis Decanorum culpabilis inveniatur, salario pro ejus officio per nos assignato, auctoritate dicti Præsidentis ut præfertur, vel in ejus absentia Vicepræsidentis, pro illo anno privetur. Verum, ut perspicacius et limpidius speculentur et advertant quædam quæ ad eorum qualitates et officia attinent, ita decernimus; viz. ut eorum uterque sit artium Magister, de doctioribus et magis exercitatis in ea facultate, sive eorum alter in theologia graduatus; qui disputationes Baccalaureorum artium, cum in Universitate præsentes fuerint, audiant et regant; eos ad lecturas, tam in Collegio nostro et Magdalenensi quam alibi intra Universitatem publice legendas, mittant et ire compellant, aut eorum alter mittat sive compellat; sophistas et logicos in eorum lectionibus et disputationibus crebro, saltem ter in hebdomada, visitent, ut eorum profectus intelligant et lectorum eorum negligentias si opus fuerit increpent. Decanus vero sit semper in theologia hujus Collegii Vicepræses, absque ulla alia electione; qui in singulis disputationibus theologorum in ipso Collegio faciendis, dum ipse in Universitate præsens fuerit et non urgenti causa impeditus, quo casu suppleat ejus vicem maxime senior, a principio usque ad finem expectare debeat; absentes vel negligentes aut tarde venientes puniat vel Præsidi denuntiet ut puniantur; theologos non Doctores ut lecturas publicas in nostro Collegio et Magdalenensi, ac etiam in schola theologica, diligenter et continue audiant advertat; absentes aut in hujusmodi negligentes notet ut puniantur, aut absente Præsidente puniat ipse. Ad quæ omnia et singula bene et fideliter observanda prædicti Decani, statim post ipsorum admissionem ad suum officium, tactis per eos sacrosanctis Evangeliis, præstent juramentum coram Præsidente, in præsentia omnium Sociorum tunc in Universitate præsentium aut majoris partis eorundem. Et quoniam interdum unum ex his Decanis ab Universitate abesse licebit, ambos autem simul, præterquam ex causa urgenti per Præsidentem et majorem partem septem maxime seniorum, vel eo absente Vicepræsidentem ac majorem partem eorundem, primitus approbanda, nequaquam; ideirco, statuimus ut, quoties aliquem ex eis proficisci continget nec sperat se eodem die reversurum, quod tunc claves officii sui, cum consilio et assensu Præsidentis, vel eo absente Vicepræsidentis, vel utroque absente Socii maxime senioris tunc in Universitate præsentis, alicui Socio Magistro non officiario clavigero, si talis tunc in Universitate fuerit, sin minus maturo et discreto Baccalaureo, qui eas usque ad ejus reditum custodire voluerit, et pro quo suo periculo velit respondere, committat et tradat; qui ejus vices, in custodiis, licentiis, deputationibus, ac causarum et ratiociniorum approbationibus, et eorum cujusvis appendicibus quibuscunque,

Their qualities and duties.

Their oath.

Absence from the University.

in virtute juramenti, postquam id muneris susceperit, diligenter et fideliter supplere teneatur. In negotiis autem et cæteris quæ ad mores et literas attinent, ac etiam correctionibus pro levioribus delictis, Decani theologiæ, quem eundem Vicepræsidentem esse decrevimus, absentis vices suppleat Socius maxime senior tunc in Universitate præsens, non officiarius nec officiarii vicem gerens: Decanorum vero artium absentium alii in artibus Magistri, non officiarii. In majoribus autem criminibus Decanos, vel saltem eorum alterum, expectari volumus.

Cap. 8. *De qualitate Dispensatorum et officio.*

Of the two Bursars.

Proventus et redditus, tametsi grandes, nisi fideliter recipiantur, caute conserventur, prudenter expendantur, vix sufficiant paucitati, quanto minus multitudini! Quocirca, statuimus et decernimus ut, de Sociis nostri Collegii, per Præsidentem et septem Socios maxime seniores tunc in Universitate præsentes, eligantur et assumantur, secundum modum in electione Vicepræsidentis descriptum, duo Socii Magistri, aptiores, fideliores et magis circumspecti, qui Dispensatores vocentur. Horum erit officium redditus et proventus firmarum, maneriorum, beneficiorum, terrarum, possessionum, per visum et cum testimonio Præsidentis vel Vicepræsidentis aut (ipsis extra Universitatem agentibus) alicujus eorum deputati, de ballivis, receptoribus, procuratoribus, firmariis, præpositis, ipsius Collegii, aut de aliis quibuscunque debitoribus aut datoribus, recipere, per indenturas inter dictos Dispensatores et hujusmodi summas solventes faciendas. Sint præterea duæ magnæ indenturæ in membranis, quarum alteram habeat Præsidens et in ejus absentia Vicepræsidens, alteram vero Dispensatores ipsi; in quibus, in præsentia Præsidentis et unius Decani, vel Vicepræsidentis et unius Decani, vel Vicepræsidente aut Decanis ab Universitate absentibus eorum deputatorum, scribantur summæ omnium solutionum receptarum de prædictis per prædictos Dispensatores. Ita tamen, ut in illa indentura, quæ manere debet apud Præsidentem vel Vicepræsidentem, nemo quidquam scribat præter Dispensatores, aut alicujus eorundem, ipsis ab Universitate absentibus, pro tempore deputatum. In altera vero solus Præsidens, Vicepræsidens, Decanus, vel alicujus istorum, ipso extra Universitatem degente, deputatus. Quas receptiones pecuniarum et solutiones volumus fieri semper in thesaurario et non alibi; in quo sit una cista in qua reponantur aliqua recepta, et hoc per visum Præsidentis et unius Decani, aut Vicepræsidentis et unius Decani, aut, ut præfertur, eorum absentium deputatorum. Residuum vero receptorum ad cistam in turri producatur. De qua cista in thesaurario poterunt Dispensatores certas et rationabiles summas, ad convictum Sociorum et aliorum nostri Collegii et alias quotidianas expensas ad utilitatem Collegii et necessitatem et non alios usus, et hoc juxta discre-

Their duties.

Indenture of accounts.

Money chests.

tionem consilium et assensum Præsidentis et unius Decani, vel Præsidente absente Vicepræsidentis et unius Decani, aut, ut præfertur, istis vel eorum aliquo ab Universitate absentibus, eorum deputatorum, extrahere et exponere. Cujus quidem cistæ, ne suspicio fraudis incurrat, Dispensatores ipsi duas habeant claves, et duos libellos vel codicillos indentatos inter se, in eadem cista conservandos, de omnibus et singulis per eos solutis et expensis. In quibus libellis, ne inter se computando discordent, singulæ expensæ, etsi minimæ fuerint, per eos expositæ in eadem qua exponuntur septimana scribantur, propter oblivionem; sub pœna amissionis earundem summarum in fine illius septimanæ non scriptarum. Quos etiam Dispensatores de bonis et salubribus, quatenus possunt, providere volumus victualibus, ad honorem et utilitatem Collegii et sanitatem inhabitantium. Præterea, quoties aliquem Dispensatorum extra Universitatem abesse contigerit; ambos autem ulla ex causa nisi perurgenti et ea rarissima, per Præsidentem et majorem partem septem maxime seniorum, vel eo absente Vicepræsidentem ac majorem partem eorundem, primitus approbanda, simul abesse nolumus; tunc claves ad suum officium pertinentes, propter causas necessarias quæ verisimiliter accidere possunt, cum consilio et assensu Præsidentis, vel eo absente Vicepræsidentis, vel utroque absente Socii maxime senioris tunc in Universitate præsentis, dimittat in custodia alicujus discreti Socii non officiarii clavigeri, qui ejus vices absentis supplere voluerit, et pro quo ipse voluerit suo periculo respondere. Proviso quod nullus unus simul habeat custodiam clavium duorum officiariorum. Nec etiam officiarius quispiam sui Collegæ claves gerat aut custodiat. Ad quæ omnia et singula bene fideliter et diligenter observanda dicti Dispensatores, statim post ipsorum admissionem ad officium, tactis per eos et eorum utrumque sacrosanctis Evangeliis, præstent corporaliter juramentum coram Præsidente vel Vicepræsidente, in præsentia omnium Sociorum dicti Collegii, vel majoris partis eorundem tunc in Universitate præsentium.

Immediate entry of expenses.

Absence of either Bursar.

Their oath.

Cap. 9. *De qualitate et circumstantiis eligendorum in scholares biennio probandos.*

In præfatione statutorum viginti Sociorum definivimus numerum, quem hoc pacto per diœceses et comitatus subscriptos partiri et distribui volumus, ordinamus et statuimus. Ut, videlicet, in nostro Collegio, perpetuis futuris temporibus, ex hoc numero Sociorum vicenario quinque nati sint in diœcesi Wintoniensi, videlicet, tres in comitatu Southamptoniæ; duo de comitatu Surreiæ; in diœcesi Dunelmensi unus; in diœcesi Bathoniensi et Wellensi duo; et duo in diœcesi Exoniensi; quarum quidem quatuor diœcesium pontificatus olim successive gessimus. Duo præterea nati sint in comitatu Lincolniæ, in quo et nos nati

Dioceses and counties of Fellows.

fuimus. Duo insuper nati præcipue in comitatu Glocestriæ, in quo si in tempore electionis non inveniantur idonei juxta eorum conscientias tunc in Diœcesi Vigorniensi eligantur. Unus præcipue in comitatu Wiltoniæ, et si in eo comitatu non inveniatur habilis tunc ex diœcesi Sarum eligatur. In comitatu Cantiæ duo. Et unus de natis in comitatu Lancastriæ, in quo admodum reverendus pater, et frater noster clarissimus, dominus Hugo Oldham Episcopus Exoniensis, hujus nostri Collegii præcipuus benefactor, natus est. Unus de natis in comitatu Bedfordiæ; et de natis in comitatu Oxoniæ unus. Nec ulterius Præsidentem et Socios obligari volumus ad illos prædictos comitatus et diœceses, in quibus jam habent terras et redditus, quam habeant sufficientes ad inveniendum eos quos ex illis eligi mandavimus. Nec volumus tamen excludi diœcesim Dunelmensem aut comitatus Lincolniensem aut Lancastriensem, quanquam nullas adhuc terras aut redditus in illis habuerint. Et quoniam hunc vicenarium numerum ita, ut præfertur, distributum et partitum summopere exoptamus in omne ævum permansurum, quod fieri non potest nisi, aliis evolantibus ad promotionem aut morte ablatis, sponteve recedentibus aut ejectis, succedant alii; statuimus igitur ut, quoties prædictus numerus Sociorum quocunque casu prædicto diminutus fuerit, toties ad suppletionem ejusdem et plenariam completionem singulis annis procedatur sub hac forma infra descripta; videlicet, ut intra quatuor aut ad summum sex menses, postquam locus alicujus Socii vel scholaris in biennii probatione vacaverit, conveniant quatriduo ante Præsidens, Vicepræsidens, et major pars septem seniorum per Præsidentem convocatorum, vel eo absente Vicepræsidentem, secreto inter se de die electionis futuræ constituendo; qui si forte dissentiant inter se de die statuendo, tunc solus Præsidens diem statuat et nominet, vel eo absente Vicepræsidens. In qua electione oneramus omnium eligentium conscientias in Altissimo, et in virtute juramenti, ut de bonis personis, castis, modestis, bonæ famæ, doctioribus tam in bonis literis quam in logicis et philosophia, et in eisdem ad proficiendum magis idoneis, artium Baccalaureis, non Magistris nec ad incipiendum in artibus admissis, et qui die suæ promotionis ad Baccalaureatum vicesimum tertium suæ ætatis annum non excesserint, tot eligantur et assumantur, quot possunt supplere numerum deficientem de diœcesibus et comitatibus prædictis, secundum distributionem partitionem et dispositionem prædictas. Verum si de natis in dictis diœcesibus et comitatibus, vacantibus tempore hujusmodi electionis, non reperiantur in Universitate Oxoniensi totidem artium Baccalaurei non Magistri, et per ætatem, gradum, ac reliquas qualitates prædictas, habiles et idonei, quot ad supplendum et complendum numerum præfinitum, juxta prædictam distributionem, partitionem et limitationem, per diœceses et comitatus prædictos, sufficiant; tunc eo casu

Election of Fellow or Probationary Scholar.

Qualifications.

Provisions against failure of fit candidates.

volumus, ut ad plenariam suppletionem hujusmodi diœcesium et comitatuum prædictorum in nostro Collegio vacantium, de quibus in Universitate Oxoniensi non reperiantur tempore electionis Baccalaurei, ut præfertur, idonei, eligantur de aptioribus et doctioribus scholasticis facultatis artium, non graduatis, in dicta Universitate studentibus, qui in illis diœcesibus et comitatibus vacantibus nati fuerint, qui amplius biennio aut paulo minus sophistiæ et dialecticæ in Universitate Oxoniæ incubuerunt, et ad gradum Baccalaureatus suscipiendum creduntur intra annum vel paulo amplius fore satis docti et idonei ac etiam parati, modo vicesimum secundum suæ ætatis annum non excedant. Quod si neque tales tempore electionis reperiantur idonei, tunc in eo casu; quia nolumus diœcesim ullam aut comitatum, quoad commode fieri possit, suo privari numero aut commoditate; volumus quod ad completionem numeri prædicti, secundum distributionem et limitationem diœcesium et comitatuum prædictorum, eligantur et assumantur scholastici in grammatica satis eruditi et insuper in logicalibus pro tempore docti, vel saltem ad studendum logicalia apti et parati, dummodo in dictis diœcesibus vel comitatibus vacantibus nati fuerint, et quartum decimum suæ ætatis annum compleverint, et decimum nonum non excesserint. Quod si nec tales adhuc reperiantur ut sufficiant ad supplenda plene, secundum distributionem præfinitam, loca per numerum diœcesium et comitatuum vacantium et deficientium, tunc in eo casu statuimus, ut eligantur nati in dictis diœcesibus vel comitatibus etiam non vacantibus, vel artium Baccalaurei, non Magistri, quales prædiximus, si tales tunc in Universitate reperiantur, vel, illis tunc in Universitate non inventis, scholastici quales prædiximus non graduati, qui biennium in Universitate Oxonii sophistiæ et dialecticæ tam diligenter incubuerunt ut intra annum proxime sequentem ad gradum Baccalaureatus in facultate artium idonei credantur doctique et parati. Et demum, si nullo istorum modorum ad suppletionem et completionem numeri prædicti de natis in dictis diœcesibus et comitatibus, neque secundum distributionem limitatam, neque secundum libertatem extensam et laxatam, personæ, ut præfertur, in Universitate tempore electionis reperiantur secundum prædictas qualitates idoneæ; tunc eo casu volumus quod, de natis præcipue in illis comitatibus aut diœcesibus vacantibus aut hujusmodi ibidem non inventis, tunc in aliis prænominatis diœcesibus et comitatibus etiam non vacantibus eligantur et assumantur scholastici secundum qualitates prædictas, non graduati, ac logicalibus vel sophistia initiati, vel saltem in grammatica ita eruditi ut ad sophistiam et dialecticam capessendam sint satis docti et parati, tot quot ad plenariam suppletionem locorum vacantium sufficiant. Proviso primo, ut discipuli nostri Collegii omnibus externis, id est graduati nostri

Preference of students of the College.

Digitized by Google

graduatis externis, logici nostri unius anni, id est qui per unum annum integrum in nostro Collegio post eorum in discipulos admissionem sophisticæ et dialecticæ incubuerunt, externis non graduatis quibuscunque, et sophistæ nostri ac logici reliqui externis non biennalibus, id est qui biennium sophistiæ et dialecticæ in Universitate Oxonii non incubuerunt, in omni electione scholarium ad biennium probationis, præferantur; modo diœceses et comitatus per nos assignati non adversentur, nec insigni fuerint ingenii tarditate, sed ad proficiendum in disciplinis sint probabiliter apti. Quod si contingat aliquem vel aliquos ex nostris discipulis, exigentibus nostris statutis et eorum meritis, ad gradum Magistratus in artibus dum in Collegio manserint promoveri, aut quod licentiari vocant admitti, eos, cujuscunque fuerint diœcesis aut comitatus per nos supranominati, etiam invacantis, quibuscunque externis ac domesticis aliis præferri, et in loca proxime vacatura eo ordine quo seniores in Collegio fuerint, a maxime eorum seniore inchoando, gradu suo non obstante, eligi, admitti et suffici, decernimus, statuimus et præcipimus, quantumcunque statuta nostra jam dicta huic provisioni videantur repugnare, ac etiam provisio tertia hic adscripta. Secundo, ut nullus, sive graduatus sit sive non graduatus, cujuscunque sit diœcesis aut comitatus, in Socium vel scholarem ad biennem in nostro Collegio probationem eligatur aut nominetur, nisi qui legitimo thoro natus sit, quique non solum in grammatica sed etiam in poetis, oratoribus et historiographis, Latinis ita eruditus sit, ut extempore epistolas dictare et carmina mediocriter sciat componere. Quod si fortassis in tempore electionis tales adeo experti in bonis literis in Universitate non inveniantur, permittimus ut procedat electio, si aliæ adsint qualitates; ea tamen conditione, ut prius sciat carmina facere et epistolam dictare quam aliquod emolumentum e Collegio percipiat (et hoc committimus sincero et non corrupto judicio Præsidentis, Vicepræsidentis, unius Decani artium et Lectoris humanitatis, aut, his dissentientibus, Præsidentis et duorum ex dictis); primamque habeat tonsuram clericalem, nec aliquod impedimentum canonicum præter ætatem ad ordinem sacerdotii patiatur. Tertio, quod in nostro Collegio nunquam simul duo in uno et eodem comitatu aut diœcesi nati reperiantur, qui alium vel alios comitatum vel comitatus, diœcesim aut diœceses, quam unde nati fuerant, obtinent aut occupant. Quod ut commodius, certius et integrius, in omne ævum servetur, volumus et statuimus ut quævis personæ, pro alio comitatu vel diœcesi quam in quo natæ sunt, in scholarem ad biennium probationis electæ et assumptæ, tam diu existimentur et numerentur in eo loco diœcesis aut comitatus pro quo electæ sunt, quoad vacet locus in sua propria diœcesi et comitatu; quem locum immediate postquam vacaverit sibi vindicare et assignari, ac in eo loco

Students who have taken a Master's degree.

Further qualifications for a Fellow or Probationary Scholar.

Counties and dioceses.

reputari et numerari, volumus sine ulteriori processu; et extunc diœcesim aut comitatum pro quo ille assumptus erat vacare, et alium de ea diœcesi aut comitatu, si inveniri potest in Universitate, sin minus de alio, ut præfertur, in tempore proximæ electionis eligi, substitui et assumi, decernimus, statuimus et declaramus. Quam transmigrationem de uno comitatu vel diœcesi ad alium, quoties contigerit, in registro Collegii, inter instrumenta de admissionibus scholarium ad biennium probationis, ante instrumentum de illius anni sequentis admissione, volumus annotari. Quam tertiam provisionem in discipulis pro alio comitatu vel diœcesi quam in quo nati fuerint assumptis, similiter in omnibus volumus observari. Statuimus etiam ut electi quicunque per biennium, a die suæ electionis in scholarem biennio probandum, usque ad triduum, vel ad summum quatriduum, ante vel post diem electionis, anno post ejus electionem secundo, uti inferius dicetur, supputando, in Collegio nostro permaneant, antequam in perpetuos Socios ejusdem Collegii admittantur. Quo biennio Præsidens et Socii poterunt probare et experiri ingenii capacitatem, in moribus probitatem, in scientiis profectum, et an merito sint accipiendi an repellendi. Quo etiam biennio eos, non Socios, sed Scholares intra probationis biennium vocari et declarari volumus. Nec illo biennio eis licebit consiliis Collegii interesse, aut ad gradum sublimiorem (nisi ut inferius dicetur) in Universitate promoveri, aut officium aliquod in ipso Collegio (Lectorum publicorum vel logicalium officio duntaxat excepto) gerere aut exercere. Volumus quoque ut, intra triduum aut ad summum quatriduum ante vel post diem suæ electionis, anno primo finito, de uniuscujusque hujusmodi scholaris habilitate, idoneitate, moribus, literis et profectu in eisdem, ab omnibus Sociis nostri Collegii graduatis in Universitate tunc præsentibus, per Præsidentem, vel eo absente Vicepræsidentem, secundum formam infra descriptam inquiratur. Et qui tunc ineptus, inhabilis, aut quovismodo nostro Collegio indignus, modo infra scripto comperiatur, is continuo a nostro Collegio in omne ævum abjiciatur et expellatur. Approbatum vero nec exclusum per alterum consimilem annum denuo probari; et illo completo vel in Socium perpetuum admitti, vel in omne ævum abigi et excludi, juxta formam in secundo post hoc capite descriptam et constitutam, volumus, statuimus et mandamus.

Admission of Probationary Scholars to Fellows.

Regulations respecting Probationary Scholars.

Cap. 10. *Modus eligendi Scholares ad biennem probationem.*

Ut nulla oriatur controversia, proponemus exemplum et imaginem quam eligentes imitentur. Die ut supra exposuimus statuto et assignato, Sociis septem simpliciter senioribus in Universitate præsentibus pridie admonitis de hora et tempore electionis, Præsidens, aut eo consentiente Vicepræsidens, convocet septem Socios simpliciter seniores tunc in Universitate

Manner of electing Probationary Scholars.

præsentes in sacellum dicti Collegii, vel alibi intra Collegium ex causa infirmitatis convocantis; cujus convocationi omnes et singulos volumus parere sub pœna perjurii: et lecto tunc ibidem publice statuto proximo præcedente, tactis sacrosanctis Evangeliis, astringat Præsidens, vel eo absente Vicepræsidens, eorum unumquemque vinculo juramenti ad omnes et singulas particulas in eo statuto expressas, quatenus eum concernant. Deinde procedatur ad electionem, hoc modo. Primo, duo Socii simpliciter et maxime seniores tunc in Universitate præsentes, quos in hac electione scrutatores esse volumus, scribant in scedulis ea de causa ordinatis sua et eligendorum nomina, neutro eorum tamen conscio quem alter nominet. Deinde, Præsidens si adfuerit, qui tunc in hac electione duo habebit suffragia, in utraque scedula unum et eundem nominet et eligat; et ita deinceps reliqui quinque Socii seniores tunc in Universitate præsentes in altera duntaxat scedularum, secrete tamen, sine ulla expressione aut ostensione alicujus personæ aut nominis per dictos scrutatores, Præsidentem vel Vicepræsidentem, unquam, nisi ad mandatum Patroni Collegii, quovismodo sub pœna perjurii facienda. Tum demum, calculatis suffragiis per scrutatores et visis per Præsidentem, aut, eo absente, per Vicepræsidentem, ille a Præsidente, aut eo absente, Vicepræsidente, pro electo pronuntietur, in quem omnes aut major pars suffragiorum omnium tunc eligentium consenserint. Si vero isto prædicto modo non consenserint, tunc in eo casu rursus continuo scribant septem dicti Socii simpliciter et maxime seniores tunc in Universitate præsentes, ac præterea Præsidens, si in Universitate adfuerit, pro novo scrutinio faciendo; in quo scribant primo duo præfati scrutatores, ut præfertur, deinde Præsidens si adfuerit, deinceps reliqui quinque; et omnia fiant secrete, ordine ut supra notatum est, in duabus tamen scedulis. Et tunc, illo scrutinio calculato, illa persona pro electa habeatur in quam Præsidens, si præsens fuerit, et tres ex illis in illo scrutinio eligentibus, vel, ipso Præsidente dissentiente, quinque ex illis electoribus, unanimiter consenserint, et ita pronuntietur. Quod si neutro istorum modorum in unum in hoc scrutinio consensum fuerit, tunc aliud fiat continuo scrutinium; in quo si adhuc nullo modo jam dicto in unum consensum fuerit, tunc illa persona pro electa habeatur quam Præsidens illo tertio et ultimo scrutinio nominavit, et ita pronuntietur. Quod si Præsidens ab Universitate hujus tempore electionis abfuerit, ac electio ex causa prædicta ad septem seniores devolvatur, tunc consimile scrutinium inter eos continuo habeatur; et tunc ille pro electo censeatur in quem major pars illorum septem, in primo vel secundo hujusmodi scrutinio, consenserit. Quod si quatuor ex eis in neutro scrutinio post devolutionem in unum eundem consentiant, tunc ille censeatur et sit electus quem Vicepræsidens in illo postremo scrutinio nominaverit duxeritque eligendum. Adjicientes, præterea,

quod nullus Sociorum instanter roget, laboret, aut aliquam faciat pactionem, pro alicujus electione, sub pœna amissionis sui salarii per unum annum; et quod nulla fiat electio nisi Præsidente præsente, vel saltem consentiente. Ac etiam volumus quod quæcunque hujusmodi electio, semel incepta, prius finiatur quam dicti eligentes exeant e sacello, vel loco ubi celebratur electio.

Cap. 11. *De juramento Scholaris biennio probandi.*

Cæterum, ne fraus ulla in electo latitet quæ ignorantes facile occæcaret, statuimus ut unusquisque electus ad biennem probationem in dicto nostro Collegio, intra octo dies, si judicio Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis, Decanorum et Dispensatorum, commode fieri possit, et omnino intra mensem proximum post dictam ejus electionem, et priusquam aliquod commodi ex eo percipiat; nisi amplius differatur spatium ob inscitiam versificationis et epistolarum confectionis, ut supra notavimus; coram Præsidente vel Vicepræsidente, uno Decano, uno Dispensatore, et tribus aliis Sociis, statutum antecedens de qualitate et circumstantiis eligibilis perlegat, aut saltem, per aliquem hujusmodi scholarem coram eisdem ibidem perlecto, ipso etiam interea inspiciente, audiat, et statim deinde, tactis et inspectis per eum tunc ibidem sacrosanctis Evangeliis, coram eisdem subscriptum præstet juramentum. "Ego N., ad biennium probationis in Collegium Corporis Christi in Universitate Oxonii electus, juro quod firmiter credo me ætatis esse duntaxat N., circa diem et mensem N., ac ex legitimo thoro in comitatu N. et diœcesi N. natum; tonsura quoque clericali initiatum et nullum canonicum impedimentum ad ordinem sacerdotii (præter defectum ætatis) patientem, nec ullam præterea partem statuti de qualitate et circumstantiis eligibilis jam lecti mihi, quominus rite et legitime juxta illud electus sum, quovismodo repugnantem. Item, quod nullius personæ consensum vel suffragium ad me in scholarem hujus Collegii nominandum vel eligendum impetravi vel procuravi, pretio vel mercede data vel danda, aut alius opera mea pro me, quatenus sciam aut credam, impetravit vel procuravit, pretio vel mercede data promissa vel danda. Et quod non habeo aliquod certum unde possum expendere annuatim ultra quinque marcas sterlingorum. Item, si contingat me scire aliqua secreta istius Collegii, ipsa in illius damnum aut præjudicium nunquam revelabo. Item, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, redditiuum, jurium ejusdem conservationem, defensionem, promotionem ac expeditionem negotiorum quorumcunque dicti Collegii, ad quemcunque statum posthac devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter juvabo et pro eodem fideliter laborabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, translationem, mutationem seu destructionem,

Oath of Probationary Scholar.

alicujus numeri in præsentibus statutis assignati, contra formam statutorum, vel ea fieri, quantum in me fuerit, permittam aut consentiam quoquo modo. Item, quod omnia statuta et ordinationes dictum Collegium concernentia, per reverendum in Christo patrem dominum Ricardum Fox Fundatorem hujus Collegii edita et edenda, secundum planum, literalem et grammaticalem, sensum et intellectum, quantum ad me pertinuerit, inviolabiliter observabo, ac quantum in me fuerit faciam ab aliis observari. Neque alia statuta ulla, seu ordinationes, impetrationes, injunctiones, declarationes aut expositiones, præsentibus ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero intellectui eorundem repugnantia, derogantia vel contraria, per quemcunque seu quoscunque alium seu alios quam per dictum reverendum patrem dominum Ricardum Fox Fundatorem facienda, ullo pacto scienter acceptabo, vel eis consentiam aut ea admittam ullo tempore, nec illis vel eorum aliquo utar in Collegio prædicto vel extra, tacite vel expresse. Interpretationibus, tamen, injunctionibus, declarationibus et expositionibus, per reverendos in Christo patres, domini Fundatoris successores, Episcopos Wintonienses, super dubiis statutorum emergentibus, secundum formam in eisdem descriptam disputatis, faciendis, obediam et cum effectu, etiamsi meæ opinioni adversentur, parebo. Item, quod non ero detractor, susurro, faciens obloquia, aut provocans odium, iram, discordiam, invidiam, contumelias, rixas vel jurgia, aut speciales aut præcellentes prærogativas nobilitatis generis, scientiarum, facultatum aut divitiarum, allegans, nec inter Socios ejusdem Collegii aut alios Universitatis Oxoniensis scholares australes, aquilonares, seu boreales, aut scientiarum ad scientias, facultatum ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ad ignobilitatem, seu alias quascunque comparationes quæ odiosæ sunt, in verbo vel facto, causa commovendi Socios aut scholares aliquos, ullo unquam pacto faciam. Item, quod nulla conventicula, conspirationes, confœderationes seu pactiones aliquas, intra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta dictum Collegium concernentia, vel contra ipsius statum, commodum vel honorem, vel contra Præsidentem vel Vicepræsidentem, vel aliquem Socium aut scholarem ejusdem Collegii, illicite faciam, vel ipsa procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, seu ipsa facientibus vel eorum aliquod dabo consilium, auxilium vel favorem, aut eisdem interesse præsumam, nec ipsis consentiam tacite vel expresse. Et si aliquem vel aliquos scivero contrarium vel contraria facientes aut procurantes, ea Præsidenti aut Vicepræsidenti, Decanis et Dispensatoribus, quamprimum potero, denuntiabo expresse, verbis vel scriptis. Quodque tranquillitatem, pacem, utilitatem, commodum et honorem, dicti Collegii, et Sociorum unitatem, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, viis et modis quibus potero observabo. Et si contingat me, quod

absit! juxta formam et exigentiam statutorum præsentium, a Collegio prædicto expelli seu amoveri per Præsidentem et alias personas in hujusmodi expulsione interesse habentes, ipsum Præsidentem vel eas personas vel earum aliquam, occasione expulsionis vel amotionis hujusmodi, nunquam persequar, molestabo seu inquietabo, per me alium vel alios, seu ab aliis persequi, molestari seu inquietari quomodolibet, procurabo, in foro ecclesiastico seu sæculari, seu alio modo quocunque; sed omni actioni sæculari, canonicæ vel civili, appellationique et querelæ, in ea parte faciendis, et quarumlibet literarum impetrationi, precibus, instantiis Principum, Prælatorum, Procerum, Magnatum et aliorum quorumcunque, ac quibuslibet juris vel facti remediis aliis, per quæ me petere possim in integrum restitui, vel ad jus et titulum seu possessionem in ipso Collegio vendicanda reconciliari, in vim pacti renuntio expresse in præsenti, et renuntiabo in scriptis, si exactus fuero in mea expulsione. Item, quoties continget me aliqua statuta dicti Collegii aut aliquam in eis particulam, quæ me concernit, violare aut non observare, pœnas omnes, quæ secundum formam eorundem statutorum mihi infligentur, sine contradictione subibo, et me humiliter subiturum promitto. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta, vel contra ordinationes et statuta de quibus præmittitur aut ipsorum aliquod, nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, impetrari aut obtineri procurabo, directe vel indirecte. Et si forsan aliquam dispensationem hujusmodi impetrari vel gratis conferri aut concedi contigerit, cujuscunque fuerit auctoritatis, seu generaliter seu specialiter, aut alias sub quacunque forma verborum concessa, ea non utar nec eidem consentiam quovismodo. Sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia." Quo juramento præstito, statim per Præsidentem, vel, eo absente, per Vicepræsidentem, in scholarem biennio probandum in prædictorum præsentia admittatur. Proviso ut, cum plures in eodem anno ita admittendi fuerint, ille prius cæteris admittatur qui prius fuerit electus. De quo quidem juramento, locoque et die præstationis ejusdem juramenti, et anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi, una cum nominibus et cognominibus tam jurantium quam eorum qui intersunt, ac etiam ætate uniuscujusque jurantis per eum in hoc ejus juramento asserta, quo præterea comitatu ac diœcesi electus fuerit, publicum instrumentum fieri volumus per aliquem Notarium publicum, in registro nostri Collegii, ad hoc et hujusmodi faciendo, perpetuo conservandum. Quod juramentum si intra tempus ejus admissionis supra limitatum præstare protinus recusaverit, ipso facto, omne jus quod ratione suæ hujusmodi electionis ad Collegium habuit amittat, et ad novam pro loco illo electionem, intra biduum post recusationem hujusmodi cognitam, procedatur; statutis de tempore electionis et admissione in veros Socios prius celebratis non obstantibus.

Priority of admission.

Refusal of the oath.

Cap. 12. *De admittendis in perpetuos Socios.*

Verisimile est uniuscujuscunque honestatem, morum probitatem, modestiam et in disciplinis profectum, ac etiam his contraria, ab eis posse dignosci apud quos biennium vel paulo minus peregit. Mandamus, igitur, ut intra triduum aut ad summum quatriduum ante vel post diem electionis unius aut plurium, anno secundo finito aut statim finiendo, convocentur in sacellum nostri Collegii vel alium locum idoneum intra Collegium, per Præsidentem vel, in ejus absentia, Vicepræsidentem, omnes Socii nostri Collegii graduati tunc in Universitate præsentes, quos illi convocationi parere volumus sub pœna perjurii. Et statim, ibidem, idem Præsidens vel, eo absente, Vicepræsidens vota omnium et singulorum Sociorum prædictorum, palam et publice, de quolibet scholarium qui probationis biennium ut præfertur compleverit, inquirat; et qui, secundum conscientiam, discretionem et judicium, ipsius Præsidentis et majoris partis omnium Sociorum graduatorum prædictorum præsentium, vel, Præsidente absente Vicepræsidentis, et majoris partis eorundem, vel, ipsis sic non consentientibus, judicio Præsidentis et septem Sociorum maxime seniorum, aut, Præsidente absente, judicio Vicepræsidentis et cæterorum sex Sociorum maxime seniorum tunc in Universitate præsentium, vel, dissentiente Præsidente aut etiam utrisque dissentientibus, judicio duarum tertiarum partium omnium Sociorum graduatorum tunc in Universitate præsentium, qualis est proportio octo ad duodecim, repertus fuerit habilis et idoneus, eo ipso, nulla mora seu temporis intervallo, per Præsidentem vel eo absente per Vicepræsidentem pro approbato et in perpetuum Socium Collegii admittendo pronuntietur. Eos autem qui mox post priorem suæ probationis annum a prædictis ut præfertur approbati fuerint, nolumus ante peractum et completum secundum hujusmodi probationis annum in perpetuos nostri Collegii Socios admitti, aut pro admittendis in Socios, sed pro tolerandis duntaxat et altero anno experiendis pronuntiari; et, illo secundo probationis anno completo, si tunc prædicto modo digni comperiantur, pro approbatis et in perpetuos Socios admittendis ut præfertur pronuntientur, et, intra octo dies tunc proxime sequentes, in veros et perpetuos nostri Collegii Socios, per Præsidentem vel Vicepræsidentem, in præsentia majoris partis omnium Sociorum tunc in Universitate præsentium, ut præfertur, admittantur. Si vero quispiam scholarium prædictorum quorumcunque, post secundum vel priorem suæ probationis annum ut præfertur completum, nullo istorum modorum a prædictis habilis et idoneus et nostro Collegio dignus inveniatur, sed ineptus potius et excludendus, tunc, sine cujuscunque contradictione, ipsum de cujus admissione aut approbatione agitur a nostro Collegio, præsentis statuti vigore, exclusum fore

Manner of admission to perpetual Fellows.

Probation of two years enforced.

Exclusion of incompetent Scholars.

et esse decernimus, ipso facto. Æquum namque est extra alvearium voracem et inutilem abigi fucum, ne mellificæ et operatricis cibum devoret apis. Conscientias tamen Præsidentis, si adsit, Vicepræsidentisque et Sociorum graduatorum omnium prædictorum, apud Deum in hac parte gravius oneramus, ut, cessantibus omnimodis odio, amore, invidia, acceptione patriæ personæ, prece vel pretio, cæterisque coloribus, occasionibus et causis, postpositis quibuscunque, in nullum admittendum aut approbandum consentiant, nisi quem speraverint et firmiter crediderint in eo Collegio ad Dei honorem et profectum studii scholastici cum effectu posse et velle proficere; nec, contra, quempiam horum scholarium ejiciant aut improbent, nisi de cujus moribus, ingenio et profectu, omnino diffidant, aliquove notorio et insigni crimine irretitum reum aut obnoxium crediderint.

Cap. 13. *De juramento admittendorum in veros Socios.*

Ut autem vigilantiores sint Socii nostri Collegii in statutorum observatione, formidolosioresque in eorundem violatione, statuimus ut unusquisque scholaris nostri Collegii, qui biennium suæ probationis ut præfertur compleverit, et pro admittendo in verum et perpetuum Socium ejusdem forma præscripta approbatus et pronuntiatus fuerit, intra octo dies ut præfertur, priusquam in verum et perpetuum Socium nostri Collegii admittatur, coram Præsidente vel Vicepræsidente et majori parte Sociorum tunc in Universitate præsentium, subscriptum personaliter legat et præstet juramentum. "Ego N. juro, per hæc sancta Dei Evangelia per me corporaliter tacta et inspecta, quod omnia statuta et ordinationes hujus Collegii edita et edenda per reverendum in Christo patrem Dominum Ricardum Fox, Fundatorem, ac omnia et singula in eis contenta, quatenus personam meam concernunt vel concernere poterunt, secundum planum, literalem et grammaticalem, sensum et intellectum, inviolabiliter observabo, et quantum in me fuerit faciam ab aliis observari; alioqui pœnas in dictis statutis inflictas aut quæ secundum formam eorundem infligentur, sine contradictione quacunque subibo meque humiliter subiturum promitto, secundum omnem vim, formam et effectum, statutorum eorundem. Quodque nulla statuta, ordinationes, interpretationes, injunctiones, immutationes, aut expositiones vel glossas, alias prædictis ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero sensui et intellectui eorundem repugnantia, derogantia vel contraria, per quemcunque vel quoscunque alium vel alios quam per reverendum in Christo patrem dominum Ricardum Fox, Fundatorem, edita et edenda, quovismodo scienter acceptabo, vel eisdem consentiam, aut ipsa aliquo modo admittam, vel eisdem parebo ullo tempore, nec illis vel eorum aliquo ullo modo utar, in Collegio prædicto vel extra; sed eis et eorum

Oath of a Fellow.

cuilibet contradicam et resistam, ipsaque fieri viis et modis quibus potero impediam. Interpretationibus tamen, injunctionibus, declarationibus et expositionibus, per reverendos in Christo patres, successores domini Fundatoris, Episcopos Wintonienses, super dubiis statutorum emergentibus, et secundum formam infra scriptam disputatis, ac ad eosdem Episcopos delatis, faciendis, obediam, et eis absque ulteriori disquisitione, disputatione aut contradictione, etiamsi meæ opinioni adversentur, cum effectu parebo, atque eas in omnibus, juxta planum et literalem sensum et domini Fundatoris mentem, quantum in me fuerit, semper fieri et declarari procurabo. Item, si contingat me scire aliqua secreta hujus Collegii, ipsa in damnum et præjudicium ejusdem non revelabo ullo pacto. Item, huic Collegio fidelis ero; damna, scandala, præjudicium, ei non faciam nec ab aliis patiar fieri, sed per me et alios, omnibus modis quibus melius potero, ne fiant impediam: et si ipsa impedire non potero, Præsidenti vel Vicepræsidenti, Decanis vel Dispensatoribus, apertissime revelabo. Præsidenti, insuper, Vicepræsidenti, Decanis, et aliis meis superioribus in dicto Collegio, in licitis et honestis, et maxime in eorum convocationibus et in negotiis Collegii, quatenus statuta ejusdem jubent, obediam, assistam, et reverentiam debitam reverenter impendam. Monitionibus, vero, injunctionibus, decretis, correctionibus, punitionibus quibuscunque, Præsidentis, Vicepræsidentis et cæterorum, secundum formam statutorum hujus Collegii faciendis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, cum effectu parebo. Contrarium vero vel repugnans præmissis, in judicio vel extra, tacite vel expresse, non faciam seu fieri procurabo aut quantum in me fuerit permittam, nec eisdem consentiam quovismodo. Item, quod ad augmentationem bonorum, terrarum, reddituum, possessionum et jurium, dicti Collegii, conservationemque et defensionem, promotionem et expeditionem negotiorum ejusdem quorumcunque, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem, honorem vel officium, posthac me devenire contigerit, in sanis consiliis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit, diligenter intendam et juvabo, et pro eisdem fideliter laborabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem negotiorum hujusmodi instabo, quam diu vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, translationem, mutationem, annullationem sive annihilationem, alicujus numeri hujus Collegii assignati, nec eam quantum in me fuerit fieri permittam, aut eis consentiam quovismodo. Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia, aut provocans invidiam, odium, iram, rixas, discordias, contumelias aut jurgia, causa commovendi animos Sociorum hujus Collegii vel aliquorum scholarium in Universitate Oxoniensi, et præsertim inter scholares ibi studentes, veluti australes, boreales, vel alios cujuscunque regionis, nec scientiarum ad scientias, facultatum ad facultates, patriæ ad patriam,

generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ignobilitatem, seu alias qualescunque comparationes quæ odiosæ sunt, verbo vel facto faciam, causa commovendi malitiose Socios, scholares seu facultates Universitatis prædictæ, tacite vel expresse, publice vel occulte. Item, quod nulla conventicula, conspirationes, confœderationes seu pactiones aliquas, intra regnum Angliæ vel extra, contra statuta hujus Collegii, vel contra ipsius statum, commodum vel honorem, aut contra Præsidentem, Vicepræsidentem vel alios ejusdem Collegii, illicite faciam, vel ipsa fieri procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, nec facientibus ipsa dabo consilium, auxilium vel favorem. Item, quod fidelis ero ac diligens in quocunque officio mihi deputando, illudque cum deputatus fuero admittam, et quantum potero fideliter adimplebo. Et de discipulis ac scholaribus ad biennium probationis eligendis, necnon admittendis in veros Socios ejusdem Collegii, fidele consilium, omni favore, affectione, pretio et commodo, postpositis, tribuam et impendam; ut de bonis personis, castis, modestis, honestis, aptis, et ad studendum et proficiendum in actibus scholasticis habilibus et idoneis, ac etiam proficere volentibus, necnon juxta cæteras qualitates et circumstantias in nostris statutis descriptas eligibilibus ac præferendis, quantum in me fuerit, provideatur eidem; nec aliis quam prædicto modo eligibilibus idoneis et præferendis, sciens et prudens quovismodo in ea re suffragabor. Quodque contra dominum Episcopum Wintoniensem, qui pro tempore fuerit, aut ecclesiam Prioremve aut Capitulum Wintoniensem, in aliqua causa ipsam ecclesiam concernente, scienter et ex animo deliberato, in damnum et injuriam ejusdem Episcopi, ecclesiæ aut Capituli, non dabo consilium, auxilium vel favorem, causa mea propria et hujus Collegii duntaxat exceptis. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea vel statuta prædicta, vel contra aliquam particulam in eis contentam, nec dispensationem hujusmodi per alium vel alios publice vel occulte impetrari vel obtineri procurabo, directe vel indirecte. Et si forsan aliquam dispensationem hujusmodi impetrari vel gratis concedi vel acquiri contigerit, cujuscunque fuerit auctoritatis, seu generaliter seu specialiter, aut alias sub quacunque forma verborum concessa, ea non utar nec eidem consentiam quovismodo. Item, juro quod non resignabo Societatem meam, mercede aut pretio dato, soluto, promisso aut expectato, adductus, aut sub pacto aliquo qualicunque; sed si relinquam sponte decedam, libere et absolute, integer et ab omni muneris aut mercedis solutione, datione, pollicitatione seu expectatione, incorruptus. Et, si contingat me posthac, propter contemptum, rebellionem, inobedientiam, malos mores vel alia mea demerita, seu propter causas in præsentibus statutis contentas, per Præsidentem aut alios in hujusmodi habentes interesse, corrigi et puniri, aut a dicti Collegii sustentatione et Societate secundum formam statutorum ejici et expelli, excludi, privari et amoveri,

ipsum Præsidentem vel alias personas, seu earum aliquam, occasione expulsionis vel correctionis hujusmodi, nunquam persequar, molestabo seu inquietabo, per me, alium vel alios, seu ab aliis persequi, molestari seu inquietari quomodolibet, procurabo, vel quantum in me fuerit ea de causa molestari seu inquietari permittam, in foro ecclesiastico seu sæculari, seu alio modo quocunque; sed ex certa mea scientia, pure, sponte, simpliciter et absolute, omni actione, occasione correctionis, punitionis, privationis, exclusionis, ejectionis, expulsionis seu amotionis hujusmodi, contra Præsidentem aut alios dicti Collegii Socios vel scholares, quomodolibet, conjunctim vel divisim, appellationi quoque et querelæ in ea parte faciendis, ac quarumcunque literarum impetrationi, precibus Principum, Prælatorum, Procerum, Magnatum et aliorum quorumcunque, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in his scriptis.

Insuper, si, post hoc juramentum meum et meam in verum Socium hujus Collegii admissionem, ad aliud Collegium in Universitate Oxoniæ vel Cantabrigiæ nominatus aut electus fuero, hujusmodi nominationi aut electioni nullo pacto consentiam, nec eorum aliquod Collegiorum tanquam ejus Socius ingrediar; sed omni juri et titulo virtute illius nominationis vel electionis qualitercunque faciendis, aut aliter quomodolibet mihi competituris, in vim pacti renuntio in his scriptis. Hæc omnia et singula fideliter observabo, sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia." Quo juramento præstito libroque deosculato, volumus ut Præsidenti vel eo absente Vicepræsidenti, statim et nulla mora, obligationem una cum conditione sub forma sequenti, mutatis de more mutandis et adjectis more abjiciendis, debite secundum jura regni confectam, et manu sua propria subscriptam, suo quoque sigillo sigillatam, in persona sua propria et pro facto suo tradat cum effectu, in superiori turri tuto quoad vixerit conservandam.

Form of Fellow's bond.

Forma autem obligationis pro Sociis, una cum conditione, hæc est. "Noverint Universi per præsentes me N. de Oxonia in comitatu Oxoniensi teneri et firmiter obligari N. Præsidenti et scholaribus Collegii Corporis Christi in Universitate Oxoniæ, in comitatu Oxoniensi, in centum libris bonæ et legalis monetæ Angliæ, solvendis eidem Præsidenti et scholaribus vel eorum certo attornato, seu eorum successoribus, in festo N. proxime futuro post datum præsentium. Ad quam quidem solutionem bene et fideliter faciendam obligo me, hæredes et executores meos, per præsentes, sigillo meo sigillatas. Dat: &c.

The condition of this obligation is such, that if the above bounden N. in his own person pursue, obtain or impetrate, or cause to be pursued, obtained or impetrated, privily or openly directly or indirectly, from any person persons or place, any dispensation, interpretation or licence, contrary to the oath made by the said N. at the time of his admission to be

scholar or Fellow of Corpus Christi College in the University of Oxford, or to any part of the same oath, or contrary to the ordinances or statutes of the same College or to any one of them; or if the same N. accept or use any such dispensation, interpretation or licence, pursued, impetrated or obtained, by himself or by any other person or persons of whatsoever authority they be; or he provoke or appeal, judicially or extrajudicially, from any grief, judgment, arbitrament or sentence, interlocutory or definitive, process or interpretation, made or given against him for anything concerning his oath or any part thereof, or else by any of the said ordinances and statutes or any of them, whereunto by the said oath or any part thereof, or else by any of the said ordinances and statutes he is bound to stand and obey; or in case it fortune the said N. to be deprived of the said Fellowship, or to be grieved by the President Vicepresident and Fellows of the said College, for any offence or act pretended to be done by him contrary to the said oath or statutes: if he then or in that case or therefore or by any occasion thereof, pursue to any estate or person for any letters or writings, commandments, requests or desires, by writing by message or by word of mouth, for his restitution to the same Fellowship, for the letting of the said deprivation or execution of the same, or any such writings or messages use or accept; or else if he pursue in any Court spiritual or temporal, or by way of fault anything do for his remedy in the premises, at any time during his life; then this obligation shall stand in its strength vigor and virtue, and otherwise to stand void and be of no force strength or effect."

Cap. 14. *De discipulorum qualitate et electione.*

Sicut in alveo semper novus pullulat fœtus novaque succrescit soboles, ut, consumptis operatricibus morte aut casu, succedant aliæ, ita viginti discipulos tanquam prolem mellificam in nostro Collegio fore decernimus, tum ob alia, tum ut, Sociis aut scholaribus decedentibus, in eorum loca succedant, extraneisque in electionibus ut præmittitur præferantur, si merita et circumstantiæ in prædictis electionibus expressæ respondeant. Sint hi ex legitimo thoro nati ac prima tonsura clericali initiati, bonis moribus et bona indole perornati, in grammatica Latina approbatisque Latinæ linguæ auctoribus ita eruditi, ut ex tempore epistolas Latine dictare, et carmina saltem mediocriter componere sciant. Aut si fortasse tales adeo eruditi in bonis literis in Universitate inveniri non poterunt tempore electionis, permittimus ut, si in grammatica sunt edocti sufficienter, modo adsunt aliæ qualitates, ut eligantur; ea tamen conditione, ut prius sciant carmina facere prompte et epistolam ex tempore scribere quam stipendium ullum aut vestem (liberatam appellant) accipiant, solo convictu

Twenty students.

Their qualifications.

contenti: et hoc committimus sincero et non corrupto judicio Præsidentis, Vicepræsidentis, unius Decani artium et Lectoris humanitatis, aut, his dissentientibus, Præsidentis et duorum ex dictis: ac, insuper, dialectica initiati, aut apti saltem et idonei ac admodum parati ut ad dialecticam statim, nisi faciendis carminibus et componendis epistolis ad tempus retineantur, promoveri, et in disciplinis liberalibus studere et proficere, valeant. Sint præterea, in eorum prima ad discipulatum in nostro Collegio admissione, scholastici non graduati, in plano cantu aliquantulum eruditi, duodecimum ad minus attingentes annum, nec nonum decimum completum excedentes; non habentes possessiones, redditus, pensiones aut alia certa salaria, ultra annuum valorem quadraginta solidorum; nec præterea aliquod impedimentum canonicum ad ordinem sacerdotii, præter defectum ætatis, patientes. Super quibus omnibus et singulis, eligentium conscientias quantum possumus gravissime et in virtute juramenti oneramus. Volumus quoque ut in Collegio nostro in discipulatu unusquisque eorum si velit permaneat, et convictu ac cæteris per nos ei assignatis fruatur, quousque vicesimum quartum suæ ætatis annum compleverit; nisi vel interea in Socium vel scholarem ad biennium probationis in nostro Collegio electus et assumptus fuerit, vel hæreditatem, patrimonium, feodum, pensionem ad terminum vitæ, aut beneficium ad annuum quinque marcarum valorem, adeptus fuerit; dummodo moribus et scientia juxta statuta proficiat, et ea omnia inconcusse quatenus teneatur observet; sin minus, ordine in eisdem statutis servato, per Præsidentem et cæteros quibus id infra commisimus arceatur et puniatur, et, cum ipsa statuta id postulant et præcipiunt, etiam ut ignavus fucus expellatur. Discipulus autem qui vicesimum quartum suæ ætatis annum compleverit, eo ipso a nostro Collegio in perpetuum recedat, nullum postea emolumentum ab eodem ut discipulus ejusdem unquam recepturus; illis duntaxat exceptis, qui, dum in numero discipulorum nostri Collegii agant, ad gradum Magistratus, meritis suis et statutis ejusdem exigentibus, promoti vel saltem admissi fuerint. Eos namque in eo casu in numero discipulorum nostri Collegii permanere, et discipuli commodis, velut prius, tantis per frui volumus, quousque loca inter Socios ejusdem Collegii pro eis juxta provisionem supra factam vacaverint, eorum ætate nulla ratione obstante. Quorum viginti discipulorum, quinque nati sint in diœcesi Wintoniensi, videlicet, duo in comitatu Surriensi, tres in comitatu Southamptoniensi; de cujus numero ternario erit ille qui ex compositione Magistri Willelmi Froste erit præsentatus, quamvis fortasse non erit de eodem comitatu natus: quem, sicut ob patriam non abjicimus, ita ob cæteras qualitates, si in eo desint, ex statuto requisitas abjiciendum et non recipiendum penitus censemus. In diœcesi Dunelmensi unus. In diœcesi Bathoniensi duo. In diœcesi

Superannuation of.

Their dioceses and counties.

Frost's student.

Exoniensi duo. In comitatu Lincolniæ duo. In comitatu Glocestriæ præcipue duo: in quo quidem comitatu si in tempore electionis non reperiantur idonei juxta eligentium conscientias, tunc de natis in diœcesi Vigorniensi eligantur. In comitatu Wilts præcipue unus: et si in eo non inveniantur habilis, eligatur in diœcesi Sarum. In comitatu Bedfordiæ unus. In comitatu Cantiæ duo. In comitatu Lancastriæ unus. In comitatu Oxoniæ unus. Horum autem discipulorum nominationem et electionem volumus in sacello nostri Collegii, quotiescunque aliquis eorum locus vacaverit, intra duos menses aut ad summum tres postquam vacare dignoscitur, per Præsidentem, Vicepræsidentem, duos Decanos, duos Dispensatores, ac tres infra scriptos sacræ theologiæ, linguæ Græcæ, et artium humanitatis, in nostro Collegio publicos Lectores, vel saltem per totidem ex eis quot tempore electionis hujusmodi in Universitate præsentes fuerint, celebrari, et eadem die quo incepta est terminari et consummari; significata triduo prius per Præsidentem, vel eo absente Vicepræsidentem, omnibus coelectoribus prædictis tunc in Universitate præsentibus loci vel locorum eorum vacatione, et die pro novi vel novorum discipulorum electione per eum designato et constituto. Forma autem electionis est; conveniant, die ut præfertur per triduum prius eis præfinito, in sacellum nostri Collegii, Præsidens, Vicepræsidens, duo Decani, duo Dispensatores ac theologiæ, linguæ Græcæ et artium humanitatis, Lectores, vel saltem totidem ex eis quot in Universitate tunc præsentes fuerint; absentes autem suffragiis suis pro illa vice careant; et coram eis, tunc et ibidem, omnes scholastici, qui tunc in discipulos nostri Collegii nominari, eligi et admitti, cupiunt et petunt, per unum ex Decanis vel Dispensatoribus ac etiam Lectorem humanitatis, si affuerit, examinentur in cantu et literis; et ille pro electo habeatur quem major pars dictorum eligentium eligendum duxerit et præferendum. Et in casu quo dicti electores ita inter se de alicujus discipuli electione dissentiant, ut ante occasum solis illius diei major pars eorum in eum non consentiant, tunc volumus ut ille pro electo habeatur, quem major pars dictorum eligentium eligendum duxerit et præferendum. Et, in casu quo dicti electores ita inter se de alicujus discipuli electione dissentiant, ut ante occasum solis illius diei major pars eorum in eum non consentiant, tunc volumus ut ille pro electo habeatur, quem Præsidens aut eo absente Vicepræsidens duxerit eligendum. Quod si, tempore electionis ut præfertur assignato, non reperiantur in Universitate Oxoniæ tot scholastici in comitatibus vel diœcesibus vacantibus nati, et secundum prædictas qualitates idonei, quot ad supplendum numerum singulorum diœcesium et comitatuum vacantium per nos jam limitatum, assignatum et nominatum, sufficiant; tunc volumus ut assumantur alii in aliquo vel aliquibus de prædictis comitatibus et diœcesibus

Election of Students.

Deficiency of Candidates of required counties, &c.

etiam non vacantibus nati, et secundum omnes prædictas qualitates idonei; dummodo hoc inconcusse observetur, ut nunquam simul in nostro Collegio duo discipuli qui in uno et eodem comitatu aut diœcesi nati fuerint reperiantur, qui alium vel alios comitatum vel comitatus diœcesim vel diœceses quam unde nati fuerint obtinent et occupant. Quod ut commodius, certius et integrius, in omne ævum observetur, tertiam provisionem supra, in capitulo de qualitate eligendorum ad biennii probationem, in omnibus inviolabiliter volumus in perpetuum observari. Adjicientes præterea ut, in virtute juramenti, nullus eligentium, mercede, pretio vel dono, dato, soluto, promisso vel probabiliter expectato, adductus, aut quovis ex pacto quibuscunque verbis concepto, aliquem nominet, aut aliquid pro nominatione hujusmodi ullo unquam tempore, etiam si gratis offeratur, accipiat. De quo si, juxta formam in capite de punitione in majoribus criminibus traditam, convictus fuerit, tanquam perjurus puniatur et habeatur, et præterea reddat Collegio duplum accepti.

Bribery in elections.

Cap. 15. *De discipulorum juramento.*

Cum nemo sit mentis compos, ætateque et judicio provectior, qui non aliqua religione Deique reverentia natura constfingatur commoveaturque, et ideirco ea inviolatius et integrius sataget servare quæ sanctissimo jurejurando se inconcusse facturum confirmat; statuimus itaque ut unusquisque scholasticus in discipulum nostri Collegii electus, intra tres menses postquam electus fuerit, ad discipulatum et emolumenta ejusdem per Præsidentem vel eo absente Vicepræsidentem admittatur; qui, si ante ejus admissionem quartum decimum suæ ætatis annum compleverit, priusquam in Collegium nostrum ita admittatur aut aliquid emolumenti ex eodem percipiat, coram Præsidente vel Vicepræsidente et duobus aut tribus aliis Sociis, tactis sacrosanctis Dei Evangeliis, subscriptum volumus publice et personaliter præstare juramentum. Qui autem in suo ingressu vel admissione minori quam supradictum est fuerit ætate, quoniam illa ætas juramenti pondus nec æstimare potest nec ferre, eum tantisper juramento arctari nolumus; veruntamen, intra mensem postquam ad prædictam ætatem pervenerit, id coram eisdem similiter præstare juramentum teneatur.—" Ego in Collegium Corporis Christi Oxoniæ in discipulum electus, juro quod firmiter credo me ætatis esse N., circiter diem N. et in comitatu N. ex legitimo thoro natum, nullumque quod sciam aut credam impedimentum canonicum ad ordinem sacerdotii præter defectum ætatis patientem. Item, quod non habeo aliquod certum unde possum expendere annuatim ultra quadraginta solidos sterlingorum. Item, si contingat me scire aliqua secreta hujus Collegii, ipsa in damnum sive præjudicium ipsius nulli revelabo. Item, quod ad dicti

Period of admission of a student elect, and age for taking the oath.

Student's oath.

Collegii augmentationem, bonorum, possessionum, redditiuum et jurium ejusdem, conservationem, defensionem, promotionemque ac expeditionem negotiorum quorumcumque, ad quemcunque statum posthac devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus, auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter juvabo et pro eisdem laborabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, non procurabo diminutionem seu annullationem alicujus numeri in præsentibus statutis assignati, vel eam fieri quoad potero permittam, nec eidem consentiam quovismodo. Item, quod omnia statuta dictum Collegium concernentia per reverendum in Christo patrem dominum Ricardum Fox, Fundatorem, edita et edenda, et non alia, secundum planum literalem et grammaticalem sensum et intellectum ipsorum, quantum ad me pertinet, inviolabiliter observabo, ac quantum in me fuerit faciam ab aliis observari. Quodque nulla statuta seu ordinationes, interpretationes, injunctiones, immutationes, declarationes aut expositiones, alias præsentibus statutis, vel qualitercunque vero intellectui eorundem repugnantia, derogantia vel contraria, per quemcunque aut quoscunque alium vel alios quam per reverendum in Christo patrem dominum Ricardum Fox, Fundatorem, facienda, scienter quomodolibet acceptabo vel eis consentiam, aut ea aliqualiter admittam, nec eis parebo ullo tempore vel intendam, nec illis vel eorum aliquo ullo modo utar, in Collegio vel extra, tacite vel expresse. Item, quod non ero detractor, susurro, faciens obloquia, aut provocans iram, odium, discordias, invidiam, contumelias, rixas vel jurgia, aut speciales aut præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, facultatum aut divitiarum allegans, nec inter Socios aut scholares aut alios in Universitate australes seu boreales, seu patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ignobilitatem, seu alias quascunque comparationes quæ odiosæ sunt, in verbo vel facto, malitiose aut causa commovendi Socios vel scholares, faciam quovismodo, tacite vel expresse. Item, quod nulla conventicula, conspirationes, confœderationes seu pactiones aliquas, intra regnum Angliæ vel extra, contra statuta dictum Collegium concernentia vel contra ipsius Collegii statum, commodum vel honorem, aut contra Præsidentem, Vicepræsidentem, Socium vel scholarem, hujus Collegii, illicite faciam, nec ipsa fieri procurabo seu permittam ab aliis fieri quantum in me fuerit, seu facientibus ipsa vel eorundem aliquod dabo consilium, auxilium vel favorem, aut eisdem scienter interesse præsumam, nec ipsis consentiam tacite vel expresse. Et si aliquem vel aliquos scivero taliter conspirantes aut confœderationes procurantes, ea Præsidenti vel Vicepræsidenti aut aliis duobus officiariis dicti Collegii, quam primum commode potero, verbis aut scriptis expresse denuntiabo.

Quodque tranquillitatem, pacem, commodum et honorem,

hujus Collegii, et Sociorum ac scholarium unitatem, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, viis et modis quibus potero, observabo et ab aliis observari procurabo. Item, si contingat me (quod absit!) propter mea demerita, secundum exigentiam præsentium statutorum, ab hoc Collegio expelli seu removeri, nunquam ipsum Collegium, Præsidentem, Vicepræsidentem seu aliquem alium ejusdem Collegii, occasione expulsionis seu remotionis hujusmodi, persequar, molestabo seu inquietabo, per me, alium vel alios, seu ab aliis persequi, molestari seu inquietari, faciam aut quantum in me fuerit permittam quomodolibet, in foro ecclesiastico seu sæculari; sed omni actioni sæculari, canonicæ vel civili, appellationique et querelæ, ac quarumlibet literarum impetrationi, precibus Principum, Prælatorum, Procerum, Magnatum et aliorum quorumcunque, et quibuslibet juris et facti remediis, per quæ me petere possem in integrum restitui, vel quantum ad jus et titulum seu professionem in ipso Collegio vendicanda reconciliari, in vim pacti renuntio in præsenti, et renuntiabo in scriptis, si exactus fuero, in mea expulsione. Item, quod omnia et singula statuta dicti Collegii, quantum ipsa me concernunt, fideliter observabo; alioqui pœnas in eis, vel secundum formam et exigentiam eorundem, inflictas sine contradictione quacunque subibo et humiliter me subiturum promitto. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta, vel contra statuta aut ipsorum aliquam particulam, nec dispensatione hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte, impetrata, etiam si gratis offerri concedive contigerit, cujuscunque fuerit auctoritatis, seu generaliter seu specialiter, sub quacunque forma verborum concessa, utar, nec ei consentiam quovismodo. Sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia. De quo juramento per quemvis eorum præstito et facto, locoque et die, mense et anno, præstationis ejusdem juramenti, intra triduum postquam præstitum fuerit, protocollum vel instrumentum publicum [fieri volumus*] per Notarium, locum, diem, mensem et annum, quo a singulis hoc præstitum fuit juramentum, ætatem præterea comitatum et diœcesim uniuscujusque, per eum in suo juramento asserta, ac etiam pro quo comitatu vel diœcesi electus fuerit, continens, una cum nominibus et cognominibus tam jurantium quam eorum qui huic juramento interfuerint. Quod quidem instrumentum in registro perscriptum perpetuo remaneat. Si vero sua culpa aut negligentia in prædictum Collegium nostrum tempore jam definito admissus non fuerit, aut prædictum juramentum non præstiterit, eo ipso totum jus quod ratione suæ electionis ad Collegium nactus erat amittat, et alius in locum illum pro eo intra mensem proxime post lapsum illius temporis trimestris sequentem, juxta formam prius descriptam, eligatur.

Neglect of admission or of taking the oath.

* "fieri volumus"—not in MS.

Cap. 16. *De numero et officio ministrorum sacelli.*

Ut divina officia diebus festis decentius et honorificentius peragantur, ac res sacræ conserventur, ritus et cerimoniæ diligentius observentur, statuimus ea definire quæ ad ministros in sacris et divinis officiis attinebunt. Hi erunt numero quatuor, ut prædiximus, conductitii, omnes bona fama, probis moribus, studiis in logica philosophia aut theologia dediti, et ut in eisdem proficiant apti et assidui, ex arbitrio Præsidentis, vel eo absente Vicepræsidentis, et unius Dispensatoris in Collegium recipiendi, ac ab eodem ejiciendi et amovendi; ita tamen, ut quivis eorum amovendus per tres menses antea per dictorum alterum moneatur ut sibi provideat; nisi fortasse tale commiserit crimen ut ejus mora in Collegio damnum aut scandalum eidem inferat, aut statutorum et eorum quæ ad suum attinent officium sit contemptor, tunc eo casu quamprimum expellatur. Qui autem sua sponte discessurus est, is ante Præsidentem aut, eo absente, Vicepræsidentem per sex menses de sua moneat discessione, nisi ex causa promotionis possit brevius tempus a prædictis impetrare. Qui omnes et singuli, si quæ secreta Collegii noverint aut a quoquam audierint, ea nunquam in Collegii damnum revelabunt. Et si contingat eos scire aliqua pericula, damna aut præjudicia, futura aut imminentia Collegio, illa Præsidenti Vicepræsidenti aut alicui officiario nostri Collegii publicabunt et revelabunt quam celerrime poterunt, absque dilatione quacunque. Et, ad quemcunque statum aut gradum postea pervenerint, nunquam nostro Collegio damnum aut incommodum inferent, sed favebunt, adjuvabunt, et quantum poterunt ab aliis adjuvari nitentur et elaborabunt. Nec intermittent se in rebus Collegii, ut in electionibus et correctionibus, et aliis quibuscunque quæ pertinent ad bonum ordinem et regimen Collegii; nec consilium, favorem aut auxilium, dabunt alicui ut adversetur statutis aut bono regimini. Quod si quispiam eorum fecerit, et de eo convictus fuerit, ejiciatur ipso facto, nulla requisita aut præmissa monitione. Quorum duo sint uti prædiximus sacerdotes, unus chori præcentor alter autem æddituus sive sacrista. Et hi duo primam missam alternis septimanis, ut infra capite de precibus continetur, celebrabunt. Et si, ad tempus breve, per Præsidentem aut eo absente Vice-præsidentem eorum alteri data fuerit potestas ut possit abesse, provideat suis expensis ex domesticis qui missas ejus vice celebret, et cætera quæ ad officium ejus pertinent diligenter et fideliter suppleat. In choro, divinis officiis intererunt quemadmodum et reliqui scholares. Præcentor vero, quantum ad chori regimen et ad ea quæ ad Præcentoris officium attinent, diligenter et attente exequetur; ut omnia ad laudem Dei sine repetitione ac sine decori ac devotionis disturbatione, ex more Sarensis ecclesiæ quoad fieri possit, agantur et celebrentur. Hunc sequantur alii; huic cantantes

Four Chapel Ministers.

Warning of removal.

Interference in the affairs of the College.

Duties of the two Priests.

The Precentor.

The Sacristan.

parcant, et cum eo consonent reliqui. Sacristæ officium erit, in singulis missis quæ erunt cum cantu, per se, vel si impeditus fuerit per alium sed expensis suis, Evangelium more ecclesiastico secundum usum Sarum legere, nisi quando alius per Decanum aut ejus deputatum intitulatur. Libros, calices, vasa, jocalia (ita appellant) et cætera sacelli ornamenta, omnia et singula, diligenter et accurate conservet. Et ut sacellum et altaria omnia singulis festis et hebdomadis convenienter, ut festa aut tempora requirunt, ornentur, diligenter curet. Et de his rationem reddet ut inferius exprimitur. Ostia, cistas, aut claudat aut claudenda curet. Ceram, vinum et cætera hujusmodi, Collegii impensis in sacello consumenda, prospiciat, ad Dei honorem et Collegii utilitatem. Sacramenta et sacramentalia omnia cum opus fuerit inhabitantibus in Collegio per se aut deputatum ministret. Si vero, impetrata venia a Presidente aut eo absente Vicepræsidente, extra oppidum ad tempus licet breve discedat et agat, præcentorem aut alium Socium pro subeundis et conservandis omnibus et singulis prædictis, ex consensu ejus a quo petit licentiam, et pro quo ipse respondere voluerit, substituat.

Two Acolytes.

Reliqui autem duo sacelli ministri accoliti sint aut saltem prima tonsura initiati, et in cantu satis ut deserviant choro laudabiliter edocti; quorum alter erit organorum pulsator alter vero erit subsacrista, ut ædituum in his quæ attinent ad sacellum et ad ministerium Dei adjuvet; ad divina officia campanas pulset, sacerdotibus in sacello nostro missas celebrantibus, quatenus per prædicta possunt, uterque eorum respondeat et ministret si desint choristæ, et si per Præsidentem aut eo absente Vicepræsidentem assignentur et deputentur. Et ad hæc omnia et cætera in his statutis eos aut eorum aliquem concernentia bene et fideliter observanda, omnes et singulos quatuor ministros prædictos, in suo primo ingressu, coram Præsidente vel eo absente Vicepræsidente, et uno Dispensatore, vinculo juramenti adstringi volumus, ac idem juramentum in registro ad hoc assignato manu jurantis conscribi, cum nomine et cognomine, die et anno, et testibus prædictis. Duo vero choristæ, quos volumus per Præsidentem nominari et assumi, erunt in omni genere cantus, ad minus plano et intorto (*pricked* appellant) edocti antequam assumantur, ut ita statim aut in Collegio, impensis amicorum, aut ludo Magdalenensi, grammaticam discant et bonos auctores. Quos permittimus in Collegio permanere usque ad primam vocis permutationem, si ita videatur Præsidenti. Hi ministrabunt in aula et sacello, in missis et divinis officiis. Prandebunt et cænabunt cum famulis Collegii, habebuntque eandem allocationem quam discipuli; et pro veste uterque decem solidos; nullum tamen penitus stipendium accipient. Sed si bene se gerant, et adsint etiam qualitates omnes ad discipulum requisitæ, volumus ut comparibus sint prælati.

The Subsacristan.

Oath of the four Ministers.

Two Choristers.

Cap. 17. *De famulis Collegii.*

Ut intus operentur mellifici nec evocentur ad vilia, decernimus ut sint quidam ab opere mellifico liberi et aliis obsequiis dediti. Veruntamen, si quispiam eorum mellificos voluerit imitari, duplicem merebitur coronam. Volumus igitur ut Præsidens duos habeat famulos ex Collegii impensis, alterum qui equos curet et ei inserviat, alterum qui ei in singulis obsequiis sit paratus et diligenter intendens. Quorum admissionem et expulsionem arbitrio Præsidentis committimus. Volumus etiam ut sit unus obsonator, sive ut appellant mancipium, qui ex jussu Dispensatorum, singulis diebus et horis opportunis, emat et provideat necessaria ad convictus, et in aula, panario ac potario, sit obsequiosus ut unicuique nostri Collegii juste et æque serviatur. Sit etiam sub mancipio unus qui panarius aut pincerna vocetur, qui semper sit cælebs et non conjugatus, qui in prandio et cœna omnibus nostri Collegii diligenter inserviat, et præterea, reliquis horis et temporibus a Presidente aut Vicepræsidente præceptis et assignatis, ad inhabitantium necessitates et studii minorem diminutionem ministret. In culina sit præterea unus principalis coquus, qui in foro et alibi mancipio in victualibus emendis ut sint salubria assistat, et postea ex natura ordine et qualitate rei præparet. Et sub hoc principali coquo sit alter, qui subcoquus vocetur, qui, superiore coquo absente ac etiam eo præsente, promptus sit et mediocriter peritus ad omnia necessaria paranda. Sit etiam janitor qui idem sit tonsor, cælebs et non conjugatus, si hujusmodi commode haberi et conduci possit, qui ostiis et portis claudendis et aperiendis temporibus debitis diligenter intendat. Qui etiam Præsidentem, Vicepræsidentem, et reliquos omnes in Collegio commorantes, tempore debito radat et tondeat, ac etiam cereos pro Collegio necessarios conficiat vel suis expensis confici faciat, si id Collegio videatur utile. Sit præterea, quando et quoties videatur commodum et expediens Præsidenti, Vicepræsidenti et majori parti septem seniorum, unus clericus computi, providus et in curiis tenendis et computis audiendis et scribendis expertus et exercitatus. Sint hi omnes communes famuli, et ad arbitrium Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis, cum consilio unius Dispensatoris, conducendi aut eorum judicio removendi. Sint præterea hi omnes masculi, coram Præsidente aut eo absente Vicepræsidente cum duobus Sociis, jurati ad secreta Collegii si quæ audierint non revelanda; quodque etiam omnia quæ ad sua attinent officia bene et fideliter, æque et juste, exequentur, sine fraude, deceptione aut colore aliquo. Et quoniam non solent in Universitate habere masculos lotores, nec unam et eandem lotricem fæminam sed varias, eas tales esse pro nostro Collegio, Sociis, scholaribus ac discipulis ejusdem, volumus, ut nulla sinistra suspicio in eas verisimiliter cadere possit. Ac ut

Two servants for the President.

The Manciple.

Cooks.

The Porter.

Clerk of Accompt.

Servants removable.

The laundresses.

magis evitetur suspicio, volumus ut nullus Collegii Socius vel discipulus deferat sua aut aliorum vestimenta linea ad lotricis domum, aut inde reportet. Sed accedant semper lotrices die Lunæ vel Martis, hora octava ante meridiem vel alia hora, ad portam Collegii, et ibi ea recipiant; ac die Sabbati vel alio die hora tertia post meridiem, si commode fieri possit, illuc referant. Nec prohibemus pauciores esse famulos, si omnia per pauciores recte administrari possint. Verum id committimus discretioni Præsidentis, vel eo absente Vicepræsidentis, et unius Dispensatoris.

Cap. 18. *De divinis officiis et feriis observandis.*

Expleto jam numero omnium qui intra hoc alvearium morabuntur, dispositisque singulis suis ordinibus et officiis ac ministris, duximus primo exordiendum et docendum quonam pacto ceram ad laudem et honorem Dei conficiant. Statuimus itaque hæc festa esse principalia aut majora duplicia, videlicet, Natalem Domini, Epiphaniam, Pascha, Ascensionem, Pentecostem, sex festa Beatæ Mariæ Virginis, connumerando Visitationem, Dedicationem sacelli, solennitates Trinitatis et Corporis Christi, Natalem Divi Johannis Baptistæ, festum Apostolorum Petri et Pauli, festum Reliquiarum ac Omnium Sanctorum. Duplicia vero minora aut inferiora, festa Sancti Stephani, Johannis Apostoli, Innocentium, Circumcisionis, ferias secundam, tertiam et quartam, in hebdomadis Paschatis et Pentecostes, Inventionem et Exaltationem Sanctæ Crucis, festum Thomæ Apostoli, Matthiæ, Marci Evangelistæ, Georgii, Apostolorum Philippi et Jacobi, Jacobi Zebedæi, Translationem Swithuni, Bartholomæi, Matthæi, Michaelis, Translationem Edwardi Regis, Lucæ Evangelistæ, Apostolorum Simonis et Judæ, et Sancti Andreæ. Adjicimus his festa simplicia sed ferianda, videlicet, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Sanctæ Annæ, Sancti Laurentii, Catharinæ, Nicholai, Frideswidæ in Octobri, et omnes dies Dominicos in toto anno. In his omnibus et singulis Dominicis et festis volumus et mandamus ut Præsidens, si in Universitate præsens sit nec legitime impeditus, in suppellicio et graio amicio (ita appellant), et reliqui omnes præsentes in Universitate Socii et scholares, discipuli ac ministri sacelli, impedimento cessante legitimo, judicio Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis et sui Decani ejusve locum tenentis approbando, in suppelliciis, et qui graduati sunt in suis etiam capitiis pellitis aut tartarino duplicatis, suis gradibus et temporibus congruentibus, intersint, et non statim ut ingrediuntur exeant (quod quidam interesse interpretantur), sed expectare et consistere teneantur in choro toto tempore primarum et secundarum vesperarum, primorum et secundorum completoriorum, matutinarum et cæterarum horarum canonicarum, aspersionis quoque aquæ benedictæ, processionum et magnæ

Principal double feasts.

Minor double feasts.

Simple feasts.

Attendance at divine service.

missæ; nisi causa necessaria, ut præmittitur approbanda, eos quandoque evocaverit. Præterea, volumus quod in festis quatuor Doctorum Ecclesiæ, Gregorii, Ambrosii, Hieronimi, Augustini Hipponensis, ac etiam Sancti Augustini Anglorum Apostoli, missa solennis de festo illius, sicut in aliis inferioribus duplicibus, in sacello nostri Collegii, ad supremum altare, per unum Socium ad hoc per Decanum deputatum celebretur; cui prædicti omnes intersint et eam more solito solenniter celebrent. Mandamus insuper et in Christo exhortamur ut omnia cantentur, legantur, distincte, devote, pie, religiose, moderate, mature, sine properatione, secundum usum Sarensis ecclesiæ. Nec tamen obligamus eos ad missam in capitulo nec ad cerimonias exactas dictæ ecclesiæ. Nec quispiam, dum divina ut præmittitur in choro celebrentur, et dum alii canunt et psallunt, dicat voce submissa matutinas et horas aliquas, vesperas, completorium, aut alias orationes, per se vel cum alio uno aut pluribus, aut etiam literis nisi cessante cantu incumbat, aut de quavis re disputet, aut in navi sacelli vel alibi vagetur, aut murmurationes, garrulationes, derisiones, risus, confabulationes aut strepitus, faciat quovismodo; ne per inordinatos tumultus hujusmodi, variosque vocum sonitus, mutuave colloquia, devotio aut actio et exercitatio canentium in choro valeat impediri; sed continue ut officia postulant psallere et uno ore canere omnes et singuli satagant. Et, dum matutinæ canuntur agiturve processio, nemo missam audeat celebrare. Si quis vero in his aut superioribus vel eorum aliquo, veluti de absentia ab officiis divinis aut a missa, matutinis, vesperis, completoriis, horis canonicis, processione et aquæ aspersione, aut aliqua parte eorundem, coram Præsidente aut Vicepræsidente et uno Decano probabiliter convictus fuerit, nisi causam suæ absentiæ rationabilem eis allegaverit eorum judicio approbandam, pro prima vice privetur convictu per unum diem, pro secunda per duos, pro tertia per hebdomadam, pro quarta per quindenam, et pro quinta per mensem. Ac, si postea in præmissis vel eorum aliquo manifeste inventus fuerit quis culpabilis, pœna hujusmodi aggravetur, et secundum discretionem Præsidentis vel Vicepræsidentis et unius Decani puniatur. Ac in festis principalibus et majoribus duplicibus missam celebret et exequatur Præsidens vel, eo absente aut legitime impedito, Vicepræsidens, vel alius de senioribus aut dignioribus Sociis per Decanum vel ejus deputatum designatus. Quando in festis principalibus aut majoribus duplicibus Præsidens aut Vicepræsidens missam celebraverit, Evangelium legat aliquis Sociorum graduatorum, intitulatus et assignatus per unum Decanorum vel, eis absentibus, per alicujus eorum deputatum et substitutum. Ad quorum Decanorum officium pertinere volumus, per suas vices alternis septimanis, per se vel, ipsis absentibus, per suos deputatos, inscribere, assignare et deputare, executores, rectores chori,

Feasts of the four Doctors.

Decent performance of divine service.

Penalties for breach of rules.

Assignment of duty.

lectores, cantores, responsoriorum, gradualium et cæterorum hujus generis. Quorum inscriptioni, intitulationi, assignationi et deputationi, omnes et singulos Socios, scholares, discipulos ac ministros sacelli, parere et obedire præcipimus, sine contradictione et murmure. Cæteris autem festis et Dominicis exequatur Socius non Vicepræses, secundum Decanorum aut deputatorum assignationem, habito respectu ad solennitatem festi et diei. Et in illis etiam, et in principalibus et majoribus festis quibus Præsidens aut Vicepræsidens non exequuti fuerint, Evangelium legat sacrista, Epistolas in omnibus prædictis legant scholastici et Baccalaurei per Decanos vel eorum deputatos ad hoc deputati, habita ratione solennitatis et diei. Quod si quis, per Decanum vel ejus deputatum assignatus aut deputatus, ad legendum aut cantandum, ut præmittitur, negligat et contemnat, si graduatus aut Socius non graduatus fuerit, pro prima vice per unum diem convictu privetur, pro secunda per biduum, pro tertia per quatriduum. Quod si quarto aut sæpius, puniatur gravius juxta qualitatem delicti, arbitrio Præsidentis vel Vicepræsidentis et unius Decani. Contemnens autem, aut recusans vel negligens, missam solennem sibi limitatam et assignatam celebrare, pro prima vice per septimanam, pro secunda per quindenam, pro tertia per mensem, convictu suo privetur. Et sæpius contemnenti aut negligenti gravior infligatur pœna, secundum prædictorum æstimationem et arbitrium. Quod si discipulus aut scholaris ad biennium probationis, qui in aliquo præmissorum deliquerit, non graduatus fuerit, is vel verberibus castigetur, aut ad unam mensulam seorsim, in medio aulæ, solo pane et potu, et si crebrius sola aqua et pane, secundum quantitatem delicti, pro prædictorum arbitrio sit contentus, aut alia pœna quæ prædictorum judicio præsentius videatur afferre remedium puniatur. Qualem etiam punitionem volumus in hujusmodi discipulis et scholaribus haberi si a divinis absint officiis.

Penalties for neglect of duty.

Statuimus, insuper, ut in nostro Collegio, singulis diebus præter Parasceven, in perpetuum, tres missæ de die celebrentur, et post mortem Wilhelmi Frost et Julianæ uxoris ejusdem quatuor. Quorum prima, quæ dicatur matutinalis, singulis diebus profestis, summo mane, hora quinta aut circiter celebretur. Quam discipuli omnes et scholares ad biennium probationis, etiam graduati et Socii non Magistri, illis diebus audiant a principio ejusdem usque ad finem. Absentes vero aut torpentes perinde castigentur ac si a missa in die festo abfuissent. Diebus vero festivis, inter primam diei et processionem eadem missa celebretur. Et hanc missam inter se celebrent, vel suis sumptibus per aliquem domesticum celebrari faciant, Præcentor et sacrista alternis hebdomadis, ad altare sancti Cuthberti, cum oratione "Inclina" pro anima Johannis Hudleston, equitis aurati, et Johannæ ejus conjugis, parentum, benefactorum et amicorum,

Daily masses.

The first.

eorundem, cum collecta pro anima Johannis Claimondi, primi Præsidentis hujus Collegii, ut in ejus compositione exprimitur. Sit etiam alia missa, hora qua maxime videbitur Præsidenti aut in ejus absentia Vicepræsidenti, ad altare sanctæ et individuæ Trinitatis, pro bono et felici statu reverendi in Christo patris domini Hugonis Oldham, Exoniensis Episcopi, hujus Collegii præcipui benefactoris, dum superstes fuerit, cum oratione "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum Hugonem, benefactorem nostrum," &c. Et postquam ab hac luce evocatus fuerit, dicatur eadem missa in perpetuum pro anima dicti reverendi patris, parentum et benefactorum ejusdem, cum oratione "Inclina." Quem reverendum patrem, pro suis meritis et beneficiis, omnium missarum orationum et meritorum hujus nostri Collegii, tam in vita quam post mortem, participem esse volumus, statuimus et decernimus, in perpetuum. Tertia missa erit ad summum altare, hora qua maxime videbitur Præsidenti, aut in ejus absentia Vicepræsidenti, et temporibus vacationum, si ita Præsidenti videbitur, circiter horam nonam, pro anima mea, Thomæ et Helenæ parentum meorum, et omnium meorum et Collegii benefactorum; cum orationibus "Deus, qui inter Apostolicos," et "Inclina;" præmissa oratione "Deus, in cujus manu sunt corda Regum," pro felici successu illustrissimi Regis Henrici Octavi, dum hanc lucem hauserit, et Catherinæ ejus conjugis: ita tamen, quod dum in hac vita superstes fuerimus, loco orationis "Deus, qui inter Apostolicos" prædictæ, dicatur, "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum Ricardum Pontificem, Fundatorem nostrum." Quas tamen orationes sive collectas prædictas diebus feriatis in singulis missis prædictis concedimus prætermitti. Quarta missa, quæ erit pro animabus Wilhelmi Frost et Julianæ uxoris ejus, cum ab hac luce migraverint, celebrabitur ad altare beatissimæ Trinitatis, quod altare vocabitur "*Frost's Altar*." Et has duas missas sub pœna perjurii celebrent, aut suis sumptibus per domesticos celebrari faciant, Socii nostri Collegii sacerdotes septimanatim per vices; ita ut qui ex Universitate profecturi sint, sub pœna perjurii, provideant, priusquam exeant, de domesticis qui suam in absentia vicem in fide Collegio præstita se in ea re supplere promittant. Permittimus tamen ut quando, causa sævientis in Oxonio pestis, Socii et scholares in unum communem locum vel duos, ubi lecturis, disceptationibus et studiis, incumbant, ordine infra notato congregantur, ut tunc prima et, si inter eos tres Socii sacerdotes fuerint, etiam secunda ex his tribus missis ruri inter Socios, in forma præfinita, horis quibus convenientius poterunt, per assignationem maxime senioris rure existentis celebrentur. De quarta missa observetur modus in compositione Wilhelmi Frost descriptus. Tertia vero, quæ est suprema missa, tunc in diebus festis per duos capellanos sacelli, vel eorum ut præfertur deputatos, et in Dominicis ac in festis per Socios,

The second mass.

The third.

The fourth.

Frost's altar.

Celebration of masses out of Oxford, in case of pestilence.

aliqua hora convenienti, ad supremum altare nostri Collegii cum orationibus eidem deputatis celebretur. Quin etiam secunda missa, quæ ruri ut præfertur celebrari nequeat, tunc in sacello Collegii per Socios domi residentes, aut eorum ut præfertur deputatos, per vices, alternis septimanis, modo et forma prædictis omnino celebretur. Et quanquam superius duas missas sub pœna perjurii quotidie celebrari mandavimus, non est nostræ intentionis ut ad impossibile quenquam obligemus, veluti si omnes simul morbo laborent, veluti accidere potest et accidit in repentino sudore: sed ut negligentiam affectatam, et postquam commissa est totis viribus defensam, propulsemus, et toto ævo propulsandam et nunquam admittendam declaremus et decernamus. Præterea, ne quispiam pro loco contendat, statuimus ut Præsidens in dextra parte chori primum locum teneat, in sinistra parte Vicepræsidens primum vindicet, deinde in superiori gradu ex utraque parte et Socii et scholares ad biennium probationis graduati, videlicet primo theologiæ Doctores, deinceps theologiæ Baccalaurei, deinde artium Magistri, ac postea artium Baccalaurei, eo ordine quo gradu secundum hanc nostram ordinationem eminentiore existant seniores. Et, postremo, Socii et scholares ad biennium probationis non graduati in superiori gradu vel inferiori collocentur, pro arbitrio Præsidentis; ita tamen ut junior ex eis suo seniori non præferatur. Discipuli vero omnes non graduati in secunda forma, graduati vero in superiori gradu, juxta arbitrium Præsidentis collocentur. Duo sacelli sacerdotes, præcentor videlicet et sacrista, post Magistros et supra Baccalaureos loca sortiantur. Reliqui vero duo sacelli ministri pro arbitrio Præsidentis collocentur. Quem ordinem volumus observari etiam in processionibus.

Exemption on account of general sickness.

Assignment of places at divine services.

Cap. 19. *De precibus et aliis suffragiis a singulis privatim vel publice dicendis aut canendis.*

Private prayers.

Quum oratio humilis devota et assidua sit, quasi mutuum cum Deo colloquium, deprecantes ad cœlum convehens, prositque vita defunctis nedum ipsis vivis, statuimus ut Præsidens, Socii, scholares et discipuli, omnes et singuli, præcentor quoque et sacrista, quamdiu sint de nostro Collegio, ubicunque fuerint, dicant singulis diebus genibus flexis, mane cum de cubili surrexerint, et iterum sero antequam lectum ingrediantur, aut aliis horis diei aut noctibus, si dictis temporibus ex aliqua causa oblivione aut negligentia omiserint, in honore sanctissimæ et individuæ Trinitatis illam antiphonam "Libera nos," cum versiculo "Benedicamus Patrem et Filium," &c. cum oratione "Omnipotens, sempiterne Deus," &c. Dicant etiam singuli prædicti singulis diebus, hora qua voluerint, privatim aut cum alio, pro anima mea et animabus Thomæ et Helenæ parentum, et benefactorum meorum, ac pro animabus illustris-

Prayers for benefactors.

simi Regis Henrici Septimi, serenissimæ dominæ Elizabeth charissimæ ejus conjugis, et dominæ Margaretæ olim Comitissæ Richmondiæ ejus matris pientissimæ, reverendique patris domini Hugonis Oldham Exoniensis Episcopi, ac parentum et benefactorum eorundem, et pro animabus omnium fidelium defunctorum, psalmum "De profundis clamavi" cum oratione Dominica ac salutatione Angelica, cum his orationibus, "Inclina, Domine" "Fidelium Deus," ac post mortem nostram præmittant, "Deus qui inter Apostolicos," &c. Audiant insuper prædicti omnes et singuli qui non fuerint sacerdotes, si in Universitate fuerint ac commode poterunt, singulis diebus unam missam, ac etiam sacerdotes, eo die quo non celebraverint, si commode poterunt missam unam audiant. In præmissis omnibus et singulis, quia plerumque occulta sunt et abscondita, singulorum conscientias apud Altissimum gravius oneramus: et nihilominus de alicujus eorum absque causa honesta et rationabili transgressione convictus, pœna absentium a divinis officiis prædictis affligatur. Statuimus præterea, ut singuli sacerdotes nostri Collegii, cessante infirmitate corporali aut alicujus membri ad hoc requisiti mutilatione, singulis septimanis quibus in Universitate per majorem partem hebdomadæ præsentes fuerint, ter missam in Collegii ejusdem sacello celebrent. Si quis vero id non servaverit et super hoc convictus fuerit, quatuor denarii de ejus pensione, pro qualibet missa per eum ita omissa, per Præsidentem aut Vicepræsidentem et unum Decanum subtrahantur, et ad utilitatem Collegii convertantur. Ad hæc adjicimus ut, singulis Dominicis et festivis diebus per annum, in sacello nostri Collegii, post servitium divinum ante meridiem, ac etiam post utrumque completorium, in medio chori extra subsellia, a Præsidente si in Universitate præsens sit nec legitime impeditus et aliis Sociis, scholaribus ac discipulis universis, præcentore quoque et sacrista, dicatur in communi psalmus "De profundis clamavi," cum oratione Dominica et salutatione Angelica. Post quæ, dicat exequutor subscriptas orationes "Rege, quæsumus" "Inclina, Domine" cum expressione nominis domini Hugonis Exoniensis Episcopi, præcipui hujus Collegii benefactoris, et "Absolve, quæsumus." Et post mortem nostram, loco "Rege, quæsumus," dicat, "Deus, qui inter Apostolicos." Quibus dictis et expletis, dicat exequutor "Anima Fundatoris nostri Ricardi et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei in pace requiescant." Quem versiculum post prandium et cœnam in aula, post gratiarum actiones, dici volumus in perpetuum. Et qui ab illo psalmo et precibus absque causa rationabili per Præsidentem vel Vicepræsidentem aut ejus, utroque absente, deputatum approbanda abfuerit, singulis vicibus convictu unius diei privetur. Præter hæc volumus ut, singulis Sabbatis per annum, ac singulis vigiliis festivitatum Beatæ Mariæ Virginis, post

Priests to celebrate three masses daily.

Prayers for benefactors.

Hymn to the Virgin.

completorium, omnes et singuli Socii, scholares et discipuli, præcentor et sacrista, in aula inter se devote cantent aliquam antiphonam in honorem gloriosæ virginis et matris Mariæ. Qua cantata, dicant psalmum "De profundis" cum orationibus, ut supra. Cui antiphonæ et aliis precibus, ut præfertur, omnes et singulos prædictos interesse volumus a principio usque ad finem, cessante impedimento legitimo per Præsidentem aut eo absente Vicepræsidentem aut, ambobus absentibus, Vicepræsidentis deputatum, approbando, sub pœna amissionis convictus per unum diem. Volumus insuper et mandamus quod, quater singulis annis in perpetuum, circiter finem cujuslibet quarterii, aliquo die quo convenientius fieri possit, Præsidens, si in Universitate præsens fuerit, Socii, scholares et discipuli, ac ministri sacelli, omnes et singuli in Universitate præsentes, solenniter cantent exequias mortuorum, commendationem animarum et missam de "Requiem," more Sarensis ecclesiæ. Quarum quatuor exequiarum illæ quæ ante festum Natalis Christi solenniter celebrabuntur erunt specialiter pro animabus serenissimi Regis Henrici Septimi, nobilissimæ ejus conjugis Elizabeth, et dominæ Margaretæ olim Comitissæ Richmondiæ, ejusdem Regis matris benignissimæ; necnon pro animabus invictissimi et illustrissimi Regis Henrici Octavi, charissimæque ejus conjugis Catharinæ, postquam ab hac luce evocati fuerint. Illæ autem quæ celebrabuntur in septimana Sancta ante Pascha specialiter erunt pro anima nostra, ac parentum et benefactorum nostrorum. Illæ autem quæ celebrabuntur circiter Natalem Divi Johannis erunt specialiter pro anima reverendi patris domini Hugonis Exoniensis Episcopi, parentum et benefactorum ejus. Et hæ tres exequiæ ad modum anniversariorum celebrabuntur. Quartæ autem, quæ videlicet celebrabuntur circiter festum Michaelis in Septembri, erunt generales pro animabus omnium benefactorum hujus Collegii ac omnium fidelium defunctorum, cum unica oratione "Fidelium Deus," more commemorationis omnium animarum. Quas quidem quatuor exequias, tam eo die quo celebrabuntur quam pridie illius diei, in aula communi ipsius Collegii, per Præsidentem vel eo absente Vicepræsidentem, ac, utroque absente, Socium maxime seniorem tunc in Universitate præsentem, inter prandendum publice intimari et prædici volumus; eisque omnibus Præsidentem, si in Universitate præsens sit, Socios, scholares, discipulos ac sacelli ministros, omnes et singulos in Universitate tunc præsentes, præter eos quos vel gravis imbecillitas vel edicti ignorantia excuset, in virtute juramenti interesse. Exequutor autem officii, tam in exequiis quam in missa, erit Præsidens, Vicepræsidens, vel unus ex excellentioribus Sociis tunc in Universitate, pro arbitrio Decani illa septimana vice sua hoc officio fungentis.

Services for souls of benefactors.

Cap. 20. *De lectura Bibliæ et ejus expositione, et Latino eloquio exercendo.*

Ab æde ad aulam discedimus, cupientes et illic melligeros conserere flores, quibus studiosæ et ingeniosæ pascantur apes et corpore et anima. Statuimus itaque ut, singulis diebus, tempore prandii, Præsidens, Socii, scholares et discipuli, et ministri sacelli, tot quot tunc in aula affuerint, audiant partem Bibliæ lectam coram eis per Socium, scholarem vel discipulum, non Magistrum, a Præsidente aut Vicepræsidente deputatum. Cujus lecturæ prædicti omnes, cum silentio epulantes, diligenter et reverenter intendant et advertant; nulla dum legitur miscentes colloquia, fabulas, clamores, risus, tumultus, strepitus aut alia enormia, sed ea lecturæ verba ut spiritualem cibum ruminantes. Quam partem lectam volumus ut Præsidens, si velit, aut alius Socius, Doctor, Baccalaureus, aut scholaris theologiæ, per eum vel eo absente per Vicepræsidentem, aut, utrisque ab Universitate absentibus, per Socium maxime seniorem tunc in Universitate præsentem, pridie quam exponatur assignatus, statim, finito prandio, sub pœna privationis convictus per mensem, ibidem interpretetur, explanet et exponat. Ita ut, quamdiu quatuor theologi præsentes fuerint in Universitate, singulis diebus, aut saltem quater vel ad minus ter in singulis anni septimanis, præterquam in Quadragesima tota et duabus hebdomadis ad Natalem, et una hebdomada ad Pascha, una ad Pentecosten et altera in hebdomada festi Corporis Christi, et duabus in tempore computi ballivorum, receptorum et dispensatorum, in Collegio singulis annis faciendi, expositio hujusmodi ut præfertur semper habeatur. Cui quidem interpretationi intersint omnes Socii theologiæ ascripti in Universitate præsentes, sub pœna amissionis convictus sui per triduum pro singulis suæ absentiæ vicibus, nisi ex causa rationabili, per Præsidentem aut eo absente Vicepræsidentem aut, his absentibus, Socium maxime seniorem, approbanda. Adjicientes ut pars illa quæ, aliquo die vel diebus absque præfata interpretatione intermissis, legitur, singulis diebus legatur, quousque per hujusmodi interpretationem integre explicetur; præterquam in sex septimanis prædictis, quibus quæ pars Bibliæ legatur in Præsidentis aut Vicepræsidentis arbitrio collocamus. Verum, ne muti sedeant et elingues, permittimus ut in mensa sedentes modesto utantur colloquio, et eo duntaxat Latino vel Græco; ac de illis tantum vel præcipue quæ ad virtutem et doctrinæ augmentum attinent; præterquam dum Biblia legatur, quo tempore summum præcipimus silentium ab omnibus discumbentibus observari. Prohibentes ne quispiam prædictorum alio eloquio vel idiomate quam Latino aut Græco, nisi forte ad extraneum aut tam Latini quam Græci sermonis ignarum, vel saltem extranei illiterative, aut computorum Collegii causa,

Bible to be read during dinner,

and expounded afterwards.

Fellows devoted to theology to be present.

Conversation at table in Latin or Greek.

utatur in aula, sacello, cubiculo, aut aliis locis hujus Collegii quibuscunque. Si vero quispiam Sociorum, scholarium, discipulorum aut ministrorum prædictorum, in præmissis vel eorum aliquo culpabilis inveniatur, prima vice careat convictu per diem, secunda per biduum, tertia per triduum, quarta per septimanam: et sic deinceps vel hæc pœna convictus aut alia per Præsidentem aut Vicepræsidentem et unum Decanum, aut his absentibus per eorum deputatos, infligenda et augmentanda. Veruntamen, si scholaris ad biennium probationis aut discipulus, qui in aliquo præmissorum deliquerit, fuerit non graduatus, quia in hoc præsentius remedium afferri volumus, talis vel verberibus castigetur, vel prædictis pœnis aut aliis in capitulo præcedente de divinis officiis, ad arbitrium Præsidentis vel Vicepræsidentis et unius Decani aut, eis absentibus, eorum vices in correctionibus supplentium, puniatur.

Penalties for offenders.

Cap. 21. *De Lectoribus Publicis.*

Non conficiunt apes e quibuslibet floribus sine delectu mella, sed e suavissimi cujusque et optimi odoris saporisque, qui in ipso nimirum apparent discernunturque, melle. Sunt itaque variis regionibus e diversitate florum varia mella, nec potest Britania, Attica aut Hyblæa, tantisper producere mella, dum melligeri illi longe absint flores. Decernimus igitur intra nostrum alvearium tres herbarios peritissimos in omne ævum constituere, qui stirpes herbas tum fructu tum usu præstantissimas in eo plantent et conserant, ut apes ingeniosæ e toto Gymnasio Oxoniensi convolantes ex eo exugere atque excerpere poterunt. Quod non tam ipsis in alimentum, quam Anglorum Universitati in commodum, decus et honorem, ad Dei optimi maximi laudem, convertant. Quorum trium unus sit Latinæ linguæ seminator et plantator, qui Lector seu Professor artium humanitatis appelletur, qui barbariem e nostro alveario pro virili si quando pullulet extirpet et ejiciat, ac singulis diebus profestis et intercisis per totum annum, per integram horam aut circiter, incipiendo circiter horam octavam ante meridiem, in aula nostri Collegii aut alibi loco publico in Universitate, si ita videatur Præsidenti et majori parti septem seniorum, publice legat et dilucide interpretetur aliquid de subscriptis auctoribus, videlicet, die Lunæ, Mercurii et Veneris, Ciceronem, in Epistolis, orationibus vel Officiis, Sallustium, Valerium Maximum aut Suetonium Tranquillum, pro prædictorum Præsidentis et seniorum arbitrio, interpretetur. Quum autem auditores ita in his profecerint ut sublimiora cupiant et possint conscendere, ac id Præsidenti et senioribus prædictis, ac præterea majori parti auditorum, videbitur conducere, tunc Plinium in Historia Naturali, Livium, Ciceronem De Arte, De Oratore vel Partitionibus, Quintiliani Institutionem Oratoriam vel Declamationes, vel aliud hujusmodi excelsum, prædictorum

Three public Professors.

Professor of Humanity.

Authors to be lectured on.

auctorum et operum loco, legi et explicari permittimus. Diebus autem Martis, Jovis et Sabbati, Virgilium, Ovidium, Lucanum, Juvenalem, Terentium, aut Plautum, interpretetur. Nec tamen prohibemus quin, cum prædictorum Præsidentis et seniorum consensu, possit has prædictas lectiones commutare, et quæ alternis diebus legendo judicavimus ea continuis explicare, et insuper in eodem die partem aliquam poetæ una cum oratore interpretari. Ter, præterea, singulis anni vacationum septimanis, diebus et horis per prædictos Præsidentem et majorem partem seniorum limitandis, legat, in aliquo nostri Collegii loco per Præsidentem deputando, omnibus domesticis ejusdem non Magistris vel Elegantias Laurentii Vallensis, vel Lucubrationes Atticas Auli Gellii, vel Miscellanea Politiani, vel aliud hujusmodi, pro Præsidentis et majoris partis seniorum arbitrio. Secundus autem herbarius nostri alvearii Græcorum Græcæque linguæ erit et appellabitur Lector; quem propterea in nostro alveario collocamus, quod sacrosancti canones commodissime pro bonis literis et imprimis Christianis instituerunt ac jusserunt eum in hac Universitate Oxoniensi, perinde ac paucis aliis celeberrimis gymnasiis, nunquam desiderari: nec tamen eos hac ratione excusatos volumus qui Græcam lectionem in eo suis impensis sustentare debeant. Hic autem Lector noster, singulis diebus profestis aut intercisis, per totum annum, portionem aliquam de subscriptis auctoribus, per integram horam aut paulo amplius, in aula nostri Collegii, publice legat et clare explicet, hora decima ante meridiem vel paulo ante incipiendo. Legat itaque diebus Lunæ, Mercurii et Veneris, portionem aliquam Grammatices Theodori vel alterius probati grammatici Græci, una cum aliqua parte Orationum Isocratis, Luciani vel Philostrati. Diebus vero Martis, Jovis et Sabbati, legat Aristophanem, Theocritum, Euripidem, Sophoclem, Pindarum aut Hesiodum, vel alium quempiam ex antiquissimis Græcis poetis, cum aliqua parte Demosthenis, Thucydidis, Aristotelis, Theophrasti aut Plutarchi. Ter, præterea, singulis hebdomadis vacationum, aliquam portionem grammaticæ vel rhetoricæ Græcæ, vel alicujus auctoris Græci variarum rerum locupletis, omnibus domesticis nostri Collegii non Magistris privatim legat, in aliquo loco nostri Collegii per Præsidentem ad hoc deputando. Et, insuper, toties auditores lectionum publicarum nostri Collegii infra mox designatos, paulo ante octavam pomeridianam, vel alia hora prædictorum Præsidentis et seniorum judicio convenientiori, per dimidiam horam examinet. Et qui examen subire contempserit, aut ex non profectu attestante Lectore et alio Socio negligens convincitur, juxta formam in capite de subtractione convictus infra traditam puniatur. Et ad omnia prædicta fideliter et diligenter, quatenus eos concernunt, pro virili facienda, utrumque Lectorum prædictorum, tactis et inspectis per eos sacrosanctis Dei Evan-

Lectures in Vacations.

Greek Lecturer.

Authors to be expounded.

Lectures in Vacations.

Examination of Auditors.

geliis, corporale volumus præstare juramentum coram Præsidente vel Vicepræsidente, in præsentia duorum Sociorum nostri Collegii seniorum. Permittimus, tamen, ut dicti duo Lectores, per triginta dies in magna vacatione continuos vel discontinuos, neminem substituendo, ac ex perurgenti causa per Præsidentem aut eo absente Vicepræsidentem et majorem partem septem seniorum Sociorum nostri Collegii primitus approbanda etiam in termino tantumdem, abesse aut a lectionibus suis publicis cessare poterint, dummodo alios prædictorum judicio idoneos substituant, qui vel easdem continuent lectiones aut saltem alias per prædictos assignandas. Prædictas autem publicas lectiones, tam Græcas quam Latinas, ordine prædicto audiant integre omnes nostri Collegii Socii, scholares et discipuli, etiam Magistri, non theologi, in Universitate præsentes. Et qui absque causa honesta, per Præsidentem vel Vicepræsidentem et alterum Decanorum vel ejus deputatum, vel si Decanus artium fuerit per suum collegam Decanum aut ejus deputatum, prius approbata, vel saltem eodem die approbanda, ab earum aliqua abfuerit, vel non mox ut incepta est affuerit ac usque in finem perstiterit, perinde puniatur ac si a divinis officiis die festo abfuisset. Herbarius denique tertius, cui cæteros herbarios obsequi, famulari et inservire æquum est, nuncupabitur et erit Lector sacræ theologiæ: quam tanti semper fecimus ut hoc nostrum alvearium ejus vel solius vel potissimum causa construximus. Et ad eam pro ingenio capessendam omnes ejusdem apes omni studio ac diligentia conari atque niti rogamus, obsecramus, et pro nostra auctoritate jubemus. Hic noster supremus et divinus herbarius, singulis diebus profestis ac intercisis per totum annum, aliquam portionem sacræ scripturæ in aula nostri Collegii, per integram horam aut circiter, publice legat ac profunde interpretetur, ut abstrusæ et delitescentes mirifice gemmæ in lucem prodeant, hora post meridiem secunda vel alia incipiendo; decem duntaxat septimanis exceptis, tribus, videlicet, circiter Natalem Domini, duabus ad Pascha, una Pentecostes, et quatuor in autumno. Nec tamen prohibemus quin ex perurgenti causa, per Præsidentem aut eo absente Vicepræsidentem et majorem partem septem Sociorum nostri Collegii maxime seniorum prius approbata, etiam in termino ad breve tempus, abesse aut a lectione cessare poterit, dummodo alium eorundem judicio idoneum substituat, qui interea vel eandem continuet lectionem aut saltem aliam per prædictos assignandam. Legat autem alternis annis, hoc est altero anno particulam de Veteri Testamento, altero vero de Novo, quam dicti Præsidens et major pars prædictorum seniorum deputaverint. Et semper in sua interpretatione quantum poterit sanctos et antiquos Doctores et Latinos et Græcos imitetur, et præcipue Hieronimum, Augustinum, Ambrosium, Originem, Hilarium, Chrysostomum, Damas-

Absence of Lecturers.

Attendance on Lectures.

Lecturer of Theology.

Term of absence.

To lecture on the Old and New Testaments in alternate years.

cenum, et alios ejus generis, non Liranum, non Hugonem Viennensem, ac cæteros ut tempore ita doctrina longe posteriores, nisi ubi primorum deerit explanatio. Et ad has theologicas lectiones audiendas omnes Socios nostri Collegii theologiæ per nos ascriptos, præter Doctores, ita astringi volumus quemadmodum artium Baccalaureos, Magistros non theologos, et cæteros ad cæteras lecturas supra astrinximus. Ipsum autem Lectorem ad omnia prædicta diligenter pro virili facienda juramento, perinde ac cæteros Lectores prædictos, semper volumus devinciri. Volumus præterea ut singuli herbarii prædicti faciant potestatem suis auditoribus post lectiones interrogandi, citra multam aut indecoram contentionem, quæ inter legendum vel ipsi herbarii haud satis explicârunt vel ipsis auditoribus scrupulum aut ambiguitatem fecerunt, et pro virili eorum quæstiones et difficultates dissolvant et explanent. Quod si prædictis Præsidenti et septem maxime senioribus aliæ horæ tam sibi ipsis quam cæteris auditoribus magis commodæ et opportunæ videbuntur, tunc Lectores prædictos in eis lectiones omnes prædictas uti præfertur legere et continuare, quamdiu prædictis Præsidenti et senioribus necessum videbitur, atque etiam ruri, Oxonii sæviente peste, in loco vel locis per eosdem Præsidentem et seniores deputatis, volumus, præcipimus, et in virtute eorum juramenti prædicti mandamus. Quibus autem diebus, propter actus Universitatis publicos, cuivis lectioni nulla hora saltem commoda dabitur, eam, ex prædictorum Præsidentis et seniorum consensu, in illis diebus omitti permittimus, statuto prædicto ac juramento non obstantibus. Sint hi tres nostri Collegii Socii vel saltem scholares intra biennium probationis; quorum singuli, ultra convictus et vestis portionem, ac ultra pensionem et singula alia emolumenta quæ de nostro Collegio alias essent percepturi, certam pensionem et stipendium, pro lecturis et cæteris quæ eorum officio hujusmodi incumbunt, de bonis communibus nostri Collegii, per manus Dispensatorum, singulis annis ad quatuor anni terminos per æquales ejusdem stipendii portiones, recipient; videlicet, Lector humanitatis singulis annis quinque libras, Lector Græcus quinque libras aut ad summum decem marcas, Lector autem theologiæ sex libras et tredecim solidos et octo denarios, aut ad summum decem libras. Quos quidem Lectores et eorum quemlibet ad officium legendi, quoties eorum aliquis desideratur, intra quindecim dies postquam vacaverit, per Præsidentem et septem maxime seniores nostri Collegii, coram eo, perinde ac in electione Vicepræsidentis, juratos, et absente Præsidente per Vicepræsidentem et reliquos sex maxime seniores eodem modo sed coram Vicepræsidente juratos, ipso etiam Vicepræsidente tunc coram proximo sibi seniore jurato, eligi et assumi volumus, modo ordine et forma superius in modo eligendi scholares biennio probandos, in clausula,

Attendance on Theological Lecture.

Questions at Lecture.

Power to alter hours of lectures.

Stipends of Lecturers.

Election of Lecturers.

"primo duo socii simpliciter et maxime seniores" &c. cum reliquis clausulis sequentibus. Quod quidem officium cujusvis Lectoris Socius quilibet ac scholaris nostri Collegii ad id electus, intra triduum posteaquam de sua electione legitime cognoverit, suscipere, ac intra triduum post susceptum in se officium effectualiter ut præfertur publice legere, lectionemque ac cætera illi officio pertinentia, uti in hoc capite continentur, obire et continuare teneatur, sub pœna expulsionis perpetuæ a nostro Collegio, quam ipso facto incurrat nisi prius sponte in omne ævum ab eo discedat. Lector autem quivis negligens aut ignorans, et ita vel ineptus vel inutilis, Præsidentis vel saltem Vicepræsidentis, unius Decani, unius Dispensatoris et duorum aliorum seniorum, judicio compertus, honeste moneatur ut majorem diligentiam studiumque adhibeat. Et, nisi se statim emendaverit, per diminutionem aut subtractionem salarii sui pro prædictorum arbitrio puniatur. Et si, nihilominus, postea supina admodum fuerit ejus negligentia, crassa vel ignorantia, ut vel non velit vel non possit quatenus debeat auditoribus prodesse, et ita judicio Præsidentis et majoris partis septem maxime seniorum Sociorum in eorum conscientiis videatur, tunc volumus ut ab officio suo hujusmodi ac etiam ipso Collegio, intra mensem proximum postquam ita de negligentia vel ignorantia hujusmodi convictus fuerit, in perpetuum amoveatur, et alius interea in ejus locum, intra quindecim dies post dictam ejus convictionem, ut præfertur, eligatur, et mox ut ille alter amotus fuerit ad legendum sumatur. Quod ut integrius observetur, statuimus ut, singulis annis, tum quotiescunque Præsidenti vel Vicepræsidenti et uni Decano videbitur, tum præcipue in scrutinio ante Pascha, ab omnibus Sociis nostri Collegii graduatis de suorum Lectorum prædictorum habilitate et diligentia, in virtute eorum juramenti, specialiter inquiratur. Illique sic examinati veritatem in ea re, juxta suas conscientias, citra odium, invidiam aut affectionem quamcunque, coram Præsidente, Vicepræsidente vel Socio maxime seniore, jurent se dicturos et effectualiter dicant. Et juxta ea quæ in dicto scrutinio vel processu comperta sunt, Præsidentem et cæteros omnes procedere ac decernere, et exequi, in virtute juramenti astringimus. Quod si quispiam Lectorum prædictorum onere lecturæ suæ ex causa honesta, per prædictum Præsidentem et majorem partem septem maxime seniorum prius approbanda, levari cupiat, et in Collegio nostro alius æque habilis et idoneus ad illam suscipiendam et perficiendam judicio eorundem reperiatur, qui eam libens, postridie quam alter eam deposuerit, subire voluerit, tunc eum permittimus exonerari ac postea ut Socius in Collegio permanere, non obstante quod lecturam suam hujusmodi deposuerit; sin minus nequaquam, nisi ad minus septennium perpetuum prius eam diligenter in nostro Collegio fuerit professus; nam etiam tunc eum levari ac dimitti, servato

Incompetence of Lecturer.

Enquiry into fitness of Lecturers.

Resignation of Lectureship.

sibi Collegio, concedimus, ac alium etiam in ejus locum tempore et forma prædictis suffici jubemus. Siquis autem Lectorum, prædictorum judicio, revera ægrotaverit, minus tamen septem diebus, eum tantisper a sua lectione absolvimus. Qui autem ultra septem dies ægrotaverit, alium suis impensis, Præsidentis et aliorum prædictorum judicio idoneum, quousque convalescat substituat. Quod si supra tres menses ægrotaverit, nec brevi speratur convalescere, aut ex quavis infirmitate diutina ad suam lectionem uti præfertur continuandam quispiam eorum impos aut inhabilis reddatur, tunc alium Socium vel scholarem nostri Collegii, etiam invitum, in ejus locum per prædictos eligi et assumi, et, nihilominus, eum qui ita ex infirmitate lectionem deposuerit locum suum in Collegio si voluerit retinere, volumus et ordinamus; dummodo eam iterum resumat, postquam a sua hujusmodi infirmitate convualuerit, si Præsidens et electores prædicti opportunum et faciendum judicaverint et decreverint. Et si ad cujusvis Lectoris vacans officium nullus nostri Collegii idoneus, Præsidentis et eligentium prædictorum judicio, reperiatur; vel si quispiam in nostro Collegio idoneus, multo tamen et doctior et ad muneris quasi incomparabiliter aptior foris eorundem judicio inveniatur, qui in Socium nostri Collegii eligi et ascribi cupiat, nec mores refragentur; tunc eum omnibus nostri Collegii Sociis et scholaribus ad id officium præferri, et in Lectorem publicum, ac etiam in verum ac perpetuum Socium nostri Collegii pro loco suæ diœcesis aut comitatus, si tunc in Collegio vacaverit, sin minus pro alio loco vacante, quem electores in ejus electione prævalentes ei assignare maluerint, intra quindecim dies post ejus electionem ad officium, per Præsidentem vel Vicepræsidentem, absque ulla alia electione, assumi et admitti volumus: gradu, patria, beneficio unico quocunque, ac statuto de temporibus et forma electionis scholarium ad biennem probationem, non obstantibus: dummodo in Anglia, Græcia vel Italia ultra Padum, natus fuerit, quem etiam tum ab obligatione præstanda tum a vinculo juramenti prædicta concernentis per præsentes absolvimus. Quod si nullus locus inter Socios nostri Collegii, tempore assumptionis hujus externi lectoris definito, in eodem vacaverit, tunc in proximum vacantem, qualiscunque fuerit, ut præfertur, assumatur; et interea ad cubiculum, communias, vestem et pensionem, Sociis æqualia, intra Collegium admittatur; nisi Præsidens et prædicti seniores cum eo minoris componere et convenire possint. Permittimus, quoque, ut si tales reperiantur extranei, cujuscunque patriæ, incomparabiliter in literis Græcis aut Latinis excellentes, qui tamen pro eo salario ac cæteris a Collegio emolumentis, lectiones Græcas aut Latinas uti præfertur interpretandas, una cum cæteris ad ea officia attinentibus, suscipere noluerint, tunc in eo casu Præsidens et electores stipendium talis excellentis de bonis Collegii augere poterunt; dummodo neuter eorum decem marcas, aut ad summum decem libras,

Sickness of Lecturers.

In case of vacancy, a stranger, if more competent, to be preferred to a member of the College.

And to be admitted a Fellow.

Power to increase salary.

pro unius anni lecturæ salario, ultra omnia alia emolumenta quæ ut Socius ejusdem fuerit alias ab eodem recepturus, quovis pacto excedat. Proviso, ut nullus externus, hujusmodi lecturæ causa, in Collegium ut præfertur assumptus, in eodem permaneat postquam lectionem quovismodo deposuerit, nisi prius saltem per decennium perpetuum eam diligenter in eodem fuerit professus. Nec prohibemus quin, ex causa urgente et rara, poterunt prædicti Præsidens et seniores dispensare cum singulis lectoribus, ut ad tempus modicum tamen cessare valeant.

A stranger resigning a lectureship to quit the College.

Cap. 22. *De cæteris lecturis legendis et audiendis.*

Pythagorici omnem operam quinquennio audiendo consumebant, nihil proferentes, quia auditus faciliorem præbet accessum ad doctrinam audaciamque parat ad eloquium. Quocirca statuimus ut nostri Collegii theologi non Doctores accedant quotidie, nisi occurrente impedimento legitimo aut causa per Præsidentem, aut eo absente Vicepræsidentem, et Decanum artium approbanda; Decanus autem ille absens Præsidenti vel Vicepræsidenti, Vicepræsidens autem soli Præsidenti, suæ absentiæ rationem reddat; ad duas lecturas theologicas, viz: ad lecturam in schola theologiæ hora septima incipientem, et ad lecturam in Collegio Magdalenensi inchoatam hora nona ante meridiem, vel quibuscunque aliis horis prædictas lectiones legi contigerit, quoad in eis summe et perfecte profecerint, nec desistant quoad cum eisdem dispensetur per Præsidentem et Visitatorem, profectum hujusmodi intelligentes ac compertum et exploratum eum habentes. Volumus etiam ut artium Baccalaurei singulis diebus, nisi ex causa legitima per prædictos ut dictum est approbata, simul euntes et redeuntes accedant, quatenus per lecturas publicas in nostro Collegio publice lectas commode possint, ad duas lecturas philosophicas in Collegio Magdalenensi lectas, quoad perfecte profecerint; et insuper usque ad eorum in artibus inceptionem, nisi cum eisdem, post tamen sufficientem profectum, per Præsidentem, Vicepræsidentem et suum Decanum, dispensetur. Quod si quispiam theologorum aut artistarum hoc statutum violaverit, pœnis in statuto de lectura Bibliæ et aliis puniatur, ad arbitrium Præsidentis vel Vicepræsidentis et unius Decanorum. Permittimus, tamen, ut in tempore pestis Oxoniæ sævientis theologi nostri Collegii una cum suo Lectore in aliquem locum, ubi lectionibus et disputationibus perinde ac si in Collegio fuissent incumbant, congregentur. Ac etiam artistæ nostri Collegii, una cum suo Decano qui sui collegæ vices foris suppleat, cumque suis Lectoribus tam humanitatis quam Græcæ, ac præterea juniore Dispensatore, si Præsidenti vel eo absente Vicepræsidenti et tribus aliis maxime senioribus, quibus et pestis gravitatem, numerum et tempus absentium, et prædictorum omnium

Lectures to be attended by Theologians.

By Bachelors of Arts.

Case of Pestilence.

necessitatem et opportunitatem, æstimandam et arbitrandam committimus, id necessum videbitur, ad locum aliquem prope Magdalenenses, si talis commode pro eis provideri possit; sin minus ad alium congregentur locum per prædictos assignandum. Et quandocunque artium Baccalaurei ita causa pestis ad unum locum, per prædictos assignatum, convenerint, mandamus ut suas disputationes, perinde ac si in Collegio essent, semper servent: et, si opus fuerit, per Præsidentem, vel eo absente Vicepræsidentem, et tres ex septem maxime senioribus eligatur, et in virtute sui juramenti deputetur, unus de Sociis Collegii qui in philosophia naturali vel metaphysica lectionem perlegat; habeatque singulis septimanis in quibus legerit pro ejus stipendio duodecim denarios. Cujus salarii una medietas sit ad impensas Collegii altera auditorum. Lectores in logica et eorum auditores, ad quemcunque locum deputatum congregentur, omnia eodem ordine observent aut similia quæ in Universitate duximus observanda. Et omnes hujusmodi absentes et studiis et lectionibus prædictis simul incumbentes, præter domos quas Collegii impensis conduci permittimus, si Socii fuerint aut scholares intra biennium probationis, pro communis suis minus uno denario, et discipuli minus uno obolo, quam domi haberent, pro qualibet septimana singuli percipiant. Et quod de communis absentium deduximus, unam medietatem ad sustentionem et augmentationem convictus domi manentium, alteram vero ad extraordinarios Collegii absentium causa sumptus, videlicet, in philosophia Lectoris domorumque conductionem, converti volumus. Proviso, ut tamdiu et non ultra unusquisque ad onus Collegii communas uti præfertur habeat, quamdiu ruri et extra oppidum, quatenus per absentiam hujusmodi liceat, se ferat ut in Universitate secundum ordinationes statutorum deberet. Cujus rei curam seniori inter eos Socio et officiariis cum eis emissis committimus. Ac etiam proviso, ut tot remaneant domi quot ad Collegii conservationem sufficiant, videlicet, Vicepræsidens, Decanus artium et senior Dispensator: nam juniorem Dispensatorem cum cæteris per prædictos emitti, si eis opportunum et necessarium videatur, permittimus: ac etiam alii duo Socii sacerdotes si qui fuerint, sin minus alii duo Socii, Decani artium et alterius Dispensatoris loco, cum ut præfertur affuerint, ad Præsidentis, vel eo absente Vicepræsidentis, et seniorum prædictorum assignationem, cum tamen illorum officiariorum consilio, deputati. Quod si aliquis istorum quos domi manere jussimus alium Socium idoneum ad ejus officium domi administrandum, pro quo suo periculo respondeat, subrogare velit et possit, in eo casu eum etiam cum prædictorum consensu abesse permittimus. Dum tamen nullus unus simul duorum officiariorum claves ut præfertur custodiat; ac etiam alter Dispensatorum omnino domi resideat. Ministros autem sacelli ac communes Collegii famulos, omnes et singulos,

Commons during absence on account of pestilence.

Number required to remain at home.

Ministers of the Chapel and Col-

lege servants required to remain.

per se vel per suos deputatos idoneos, Præsidentis vel Vicepræsidentis judicio approbandos, in Collegio continuo manere, residere, ac sua ipsorum officia diligenter, etiam tempore pestis hujusmodi, exequi, volumus, statuimus, atque in ipsorum vim juramenti eos astrictos decernimus et declaramus. Et interea, dum videlicet, Socii et scholares ob vehementem hujusmodi pestem in unum locum ut præfertur congregati fuerint, nec illos absentes nec etiam hos qui domi resident ad solennem cantum matutinarum et cæterarum horarum canonicarum, videlicet, primæ, tertiæ, sextæ et nonæ, astringi et arctari volumus. Eos tamen qui domi relicti fuerint prædictas matutinas et horas in communi in choro, singulis diebus in quibus eas canere consueverunt, submissiori voce inter se dicere et persolvere præcipimus, statuimus et ordinamus. Et quoniam rudimenta sunt noviciis difficiliora, majoremque propterea expetunt diligentiam, mandamus ut per Præsidentem, aut eo absente per Vicepræsidentem, et Decanum artium unus aut duo, secundum numerum audientium, conducantur Socii vel scholares in biennio probationis, qui sophistas et logicos omnes et singulos nostri Collegii toto anno erudiant, assidue legendo, ac cum reddiderint ea quæ lecta sunt advertendo, arguendo, increpando, in tempore laudando, desides et negligentes castigando aut verberibus aut alia pœna quæ præsentius videatur afferre remedium; sophismata ante meridiem, et si oporteat etiam post prandium, ac variationes post cœnam, assidue audiant, et ut cum omni vigilantia et exercitatione observentur intendant, ac creberrime cogant unum aut plures suorum discipulorum omnes aut multas recitare argumentationes cum earum solutionibus, ut intelligant quam attente adhibuerint aures. Nec contemnatur illud gloriosum in Parviso certamen; præstare etenim aliis et excellere acre et generosum alit ingenium; sed illud adeant omnes nostri Collegii sophistæ et dialectici qui supra semestre et minus triginta mensibus sophistiæ et dialecticæ operam dederunt, quoties videatur Præsidenti aut eo absente Vicepræsidenti. Nec liceat Socio aut scholari ad officium Lectoris deputato id oneris, sub pœna perjurii, denegare aut contradicere. Qui diligenter Porphyrium et Aristotelem, primo Latine et postea Græce, discipulis explanabit. Et si in assumpto officio fuerit negligentior, per Præsidentem vel Vicepræsidentem et artium Decanum, per subtractionem salarii ac etiam suæ pensionis aut convictus, nisi monitus se correxerit, puniatur. Dies vero festos ac parvas ob festa vacationes hi scholastici non otio non ludo consumant, sed in conficiendis carminibus et epistolis, in præceptis eloquentiæ, poetis, oratoribus aut historiis, pro arbitrio Lectoris humanitatis (cui ea quæ dictis temporibus composuerint mox ostendant, ejus judicio censura probanda vel castiganda). Ut tamen interdum animos et studia ad tempus, tam profestis quam festis, post meridiem, et nonnunquam etiam in vacationibus, sed

Service of canonical hours remitted during pestilence.

Teachers of casuistry and logic.

Moot in the Parvis.

Refusal of office of Lecturer.

Occupations of students on holidays.

rarius ante meridiem, cum consensu sui Lectoris et Decani remittant, modo Præsidens aut eo absente Vicepræsidens non prohibeat, permittimus et concedimus. Baccalaureis etiam, ne ipsi otio languescant animosque et studia in vacationibus solvant nedum remittant, præcipimus ut ipsi, ter ad minus singulis septimanis, a Dominica Reliquiarum in mense Julii usque ad primam Dominicam Octobris, præsentibus Magistris et scholaribus nostri Collegii (quos omnes in Universitate præsentes præter graduatos in theologia illis lectionibus volumus interesse, cessante impedimento legitimo per Vicepræsidentem et suum Decanum, vel saltem eorum alter umaut eorum deputatos, approbando) in sacello aut aula nostri Collegii, vicissim legant algarismum vel tractatum de sphæra vel de motu planetarum, vel aliud opus mathematicum per Decanum philosophiæ assignandum. Aliis vero vacationibus minoribus, explanet eorum unus, ab artium Decano assignatus, cæteris Baccalaureis et scholasticis audientibus poetam aliquem, oratorem aut historiographum, quoties in hebdomada ille jusserit Decanus.

Lectures by Bachelors during Vacations.

Cap. 23. *De disputationibus Sociorum, scholarium et discipulorum.*

In disciplinis omnibus nihil esse præstantius nihil commodius exercitatione docet usus, fatetur hominum universitas. Ne itaque in nostro torpescant alveario apes, statuimus ut, in singulis hebdomadis a prima Dominica mensis Octobris usque ad primam Dominicam Augusti, præterquam in tribus septimanis vacationis circiter festum Nativitatis Domini, hebdomada Paschatis et septimana proxima præcedente, ac etiam hebdomada Pentecostes, Baccalaurei artium nostri Collegii, si duo in Universitate præsentes fuerint, inter se diebus Mercurii et Veneris quæstiones et dubia, triduo antea in aula nostri Collegii in scriptis publice proposita, inter se in eadem aula per vices publice disceptare teneantur. Ita, videlicet, ut semper die Mercurii ibidem problema aut dubium disputetur et dissolvatur logicum; nisi in ea septimana qua Vesperias in Universitate tractari contigerit, in qua septimana quæstiones Vesperiarum inter eosdem, ipso etiam Mercurii die, in Collegio disputari volumus; et præterquam in ea septimana qua aliquem Baccalaureum nostri Collegii ad Augustinenses contigerit disputare, nam tunc illius quæstiones in die Mercurii, Qualescunque fuerint, in nostro Collegio prius volumus disputari. Die vero Veneris tres inter eosdem quæstiones dissolvantur de philosophia naturali aut metaphysica, præterquam in Quadragesima, in qua volumus ut tam die Mercurii quam Veneris tres quæstiones disceptentur de morali philosophia. Si vero numerus Baccalaureorum nostri Collegii ternarium non excedat numerum, eo casu volumus ut Magistri necessario regentes sint principales in philosophia opponentes per vices inter eos, donec numerus Baccalaureorum iterum augeatur. Ut autem Magis-

Disputations of Bachelors of Arts.

In logic.

In natural philosophy, metaphysics, and morals.

Masters to be opponents in philosophy.

tri respondeant eos cogere et arctare nolumus. Baccalaureos quoque principalis opponentis munere et onere tantisper absolvimus et liberamus. Quod si in nostro Collegio non fuerint Magistri ad minus duo regentes, tunc volumus ut Baccalaurei inter se more consueto respondeant et opponant, et omnes alii Magistri, præter Vicepræsidentem et Doctores in sacra theologia, quos ad hoc arctari nolumus, suppleant vices replicantium. His disputationibus Baccalaureos artium nostri Collegii omnes præter ministros sacelli, a principio usque ad finem, et præterea Magistros omnes, etiam Doctores, per majorem partem horæ, sub pœnis in capite de lectura Bibliæ notatis, præcipimus interesse; nisi causam honestam coram Præsidente aut eo absente Vicepræsidente et suo Decano, aut his absentibus eorum deputatis, ostendant, per eosdem approbandam. Qui autem absque causa rationabili, per prædictos prius approbata, vicem suam in opponendo aut respondendo non servaverit, is suo convictu per mensem, toties quoties in eo deliquerit, privetur. In quibus disputationibus, volumus ut Magistri, saltem regentes, Baccalaureos et juniores in propositis quæstionibus erudiant, instruant et replicent. Has disceptationes per duas horas integras et non supra tres durare volumus; nisi, propter solennitatem festi eo die incidentis aut aliam causam admodum urgentem, Decano artium aut ejus deputato, quem his disceptationibus præesse statuimus, eas post unam actam horam interdum corripere ac finire libuerit. Adjicientes etiam ut Decanus jubeat et cogat Baccalaureos proponere suas argumentationes ut voluerit, non servato ordine disputantium aut materiarum, sed quandoque juniorem ante seniorem et quandoque e converso, et interdum in secunda vel tertia quæstione priusquam disputetur aut dissolvatur prima vel secunda, quoqunque ordine voluerit, ut non uno telo sed pluribus progrediantur armati. Et plerumque cogat aliquem, quem viderit aut suspicetur torpentem, ea quæ a cæteris dicta sunt recitare, et quæ fuerit respondentis aut aliorum solutio explicare, ut otiosi non dormitent; et qui in his contumax, negligens aut tardus, et minime advertens, deprehenditur, per Præsidentem vel Vicepræsidentem et unum Decanum, aut eorum deputatos, usque ad emendationem, eorundem judicio condignam, juxta formam in capitulo cujus initium est "Convictores" traditam, citra remissionem puniatur. Ad hæc, ne, laborantibus ancillis logica et philosophia, torpescat domina theologia, decernimus ut per Præsidentem et sacræ theologiæ Lectorem cæteri omnes Doctores, Baccalaurei et scholares, theologiæ hujus nostri Collegii, singulis septimanis prædictis semel in hebdomada, die aliquo quem Decanus theologiæ designaverit, quæstionem theologicam, triduo ante publice in aula nostri Collegii in scriptis propositam, inter se, dummodo tres ex illis in Universitate fuerint, in sacello aut aula disceptent, per duas vel paulo minus

Duration of disputations.

Order of disputation.

Theological disputations.

horas, regente et in sui virtute juramenti erudiente in illis disceptationibus Lectore sacræ theologiæ, et eo absente Decano theologiæ, et utroque absente, Socio maxime seniore. Quibus disceptationibus intersint omnes theologi prædicti et replicent, alioqui per Præsidentem Vicepræsidentemve puniantur. Quod si eorum quispiam, absque causa rationabili per Præsidentem aut Vicepræsidentem et Decanum approbanda, ab earum aliqua abfuerit, is per subtractionem communarum suarum, secundum quantitatem delicti et frequentiam delinquendi, secundum formam in statuto contra vernacule loquentes constitutam et descriptam, puniatur. Et si sic non emendaverit, deter ei pro pœna injunctio ut ad ædem Petri in Quadragessima proxima publice prædicet, sine contradictione aut exceptione, aut alia injunctio consimilis. Adjicientes ut in tempore pestis, si major pars theologorum rure persistat, fiat illic disputatio et etiam Bibliæ expositio, et domi interea nulla.

Penalty for absence.

In case of pestilence.

Cap. 24. *De tempore assumendi gradus.*

Cupientes operatores et benemeritos ad altiora provehere, torpentes vero et desides aut abigere aut inglorios relinquere, statuimus ut unusquisque Socius vel discipulus qui triennium aut ad summum quadriennium in sophistia et logicis consumpsit, si Præsidenti et Vicepræsidenti, Decanis et Dispensatoribus, aut Præsidenti et Vicepræsidenti, uni Decano, uni Dispensatori, et duobus aliis ex septem maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, aut Præsidenti et Vicepræsidenti et majori parti eorundem septem seniorum, ad gradum Baccalaureatus aptus et idoneus moribus et scientia videatur, tunc ad eum gradum intra sex menses promoveatur: ante vero completum ut præmittitur triennium nullo pacto. Observandum semper in omnibus ut, ante gradus ascensionem, legat et explanet unusquisque aliquod opus vel aliquam partem saltem (veluti unum volumen) alicujus Latini poetæ, oratoris vel historici, quem antea audivit, aut audire potuit, ad Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis assignationem. Socii vero vel discipuli quicunque, Baccalaurei artium, completo prius post gradum Baccalaureatus et determinationes triennio aut ad summum quadriennio, ac formis in Universitate consuetis, et aliquem librum (sive volumen saltem) logicæ Græcæ vel philosophiæ Græcæ, quem audivit aut audire potuit, per Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis limitationem, hora et loco a prædictis assignato explanavit, dummodo per prænominatos eodem modo digni et habiles judicentur, ad gradum magistratus intra sex menses promoveantur. Nec licebit Baccalaureis hujusmodi ulla gratia aut dispensatione Universitatis uti, nisi pro auditu ordinariorum et sua librorum lectione in scholis. Artium quoque Magistri, omnes et singuli, tempore

Time for taking a Bachelor's degree.

Master's degree.

suæ necessariæ regentiæ completo, statim ad sacram theologiam se divertant, ei tam diligenter operam dantes ut octavo post gradum Magistratus adeptum anno ad lecturam libri Sententiarum admittantur, et omnino promoveantur; ac deinde, ante sextum annum completum post gradum Baccalaureatus, actus omnes scholasticos et cætera ad gradum Doctoratus requisita, præter lectionum quas ordinarias appellant auditum, compleant, et ad ipsum Doctoratus sacræ theologiæ gradum actualiter advolent; nisi ex causa rationabili probata per Præsidentem et septem seniores, aut per Præsidentem et majorem partem eorundem, tempus prorogandum et differendum videatur, aut aliter ab eisdem dispensatum fuerit. Sed in theologiæ Baccalaureo tempus non ultra noni anni finem porrigatur. Et singulis deinceps annis, usque ad decennium a Doctoratu, septies, in aliquibus urbe, oppido, aut saltem burgo amplave parochia, nisi mors eos interea occupaverit aut gravis infirmitas et diuturna aliave causa licita eos legitime impedierit, quilibet eorum Doctorum, in virtute juramenti, populo publice prædicet temporibus subscriptis; videlicet, in Adventu semel, intra Septuagesimam et Quadragesimam semel, intra Quadragesimam et Pascha bis, intra quindecim dies ante vel post Pentecosten semel; et præterea bis temporibus a seipso deligendis; ita ut semel in illo decennio unus ex his sermonibus sit ad Crucem Divi Pauli vel Hospitale Beatæ Mariæ Londini, si locum et facultatem ibi impetrare possit. Eadem etiam omnia et similiter faciant Baccalaurei theologiæ et Magistri artium, sacerdotes, si ante Doctoratum in theologia a nostro Collegio decesserint et post decessum a Collegio ad Doctoratum evolaverint, per decennium ab eorum Doctoratu supputandum. Lecturas tamen publicas et privatas, ad quas pro quovis gradu in theologia aut artibus suscipiendo vel suscepto ex statutis Universitatis astricti fuerint, remitti permittimus; dummodo aliquam lectionem publicam vel saltem, omnibus domesticis eam audire volentibus, privatam, per prædictos assignandam et eorum arbitrio continuandam, in earum compensationem intra Collegium nostrum legant et interpretentur. Et quicunque ad aliquem gradum in hoc statuto designatum, intra quatuor menses proximos post tempus sibi in ea parte præscriptum et limitatum, actualiter promotus non fuerit, si intra illud tempus fuerit actus publicus in Universitate in artibus aut theologia, sive Socius sit sive discipulus, intra mensem extunc proxime post illos quatuor menses sequentem a nostro Collegio perpetuo ipso facto amoveatur; nisi solum gratia et facultas promovendi illi ab Universitate et Magistratibus ejusdem tunc negata eum a gradu hujusmodi cohibeat, pro qua tamen temporibus competentibus Præsidens, Vicepræsidens, Decani et Dispensatores, ac ipse promovendus, in virtute juramenti, diligenter et fideliter instare teneantur; ac, ea impetrata,

Masters to take the degree of Doctor of Divinity.

Sermons to be preached by Doctors.

Taking a Doctor's degree after leaving the College.

Failure to take a requisite degree.

ipse intra tres aut ad summum quatuor menses, sub eadem pœna quam ipso facto eum incurrere decernimus, effectualiter ad illum gradum teneatur promoveri. Sociis tamen qui ad gradum quemvis in facultate artium temporibus supra limitatis inhabiles prædictorum judicio reperiuntur, si vicesimum quintum suæ ætatis annum non attigerint, usque ad illud ætatis duntaxat in Sociis nostri Collegii numerari, et cameras, victum sive communias et vestem consuetas, dummodo interea alias bene se gesserint et literis et virtutibus pro ingenio juxta formam statutorum vacaverint, ne mendicent, permittimus. Pensionem autem aliquam a nostro Collegio post illam reprobationem nullo pacto recipient, nec suffragia in quavis in eodem electione aut nominatione habebunt nec dabunt, sed quantum ad hæc duo perinde ac si Socii non essent æstimentur et reputentur. Et quum vicesimum quartum ætatis suæ annum compleverint, quoniam tunc ad ordinem sacerdotii unde honeste vivant promoveri possunt, intra mensem post completam illam viginti quatuor annorum ætatem proxime sequentem, a nostro Collegio perpetuo discedant, ac eo ipso post illum mensem pro non Sociis in perpetuum habeantur. Discipuli vero qui, temporibus sibi in hoc statuto pro quovis gradu diffinitis, ad eum gradum assumendum, Præsidentis vel Vicepræsidentis et cæterorum prædictorum judicio et sententia, indigni et inhabiles comperti et judicati fuerint, quarto mense illam reprobationem proxime sequente a nostro Collegio, nisi interea sponte in omne ævum cesserint, per Præsidentem vel Vicepræsidentem et unum Decanum abigantur et in perpetuum amoveantur; nec in illud postea, ut Socii, scholares vel discipuli, etiam si sponte cesserint, unquam admittantur aut eligantur. Præsidentis autem, Vicepræsidentis, Decanorum, Dispensatorum et seniorum prædictorum, conscientias quantum possumus in Domino gravissime oneramus, ut in prædictis judiciis approbationis vel reprobationis, ac gratiarum Universitatis commutationis, omnem cæcam affectionem deponant, ac duntaxat ad mores et doctrinam eorum qui gradum ambiunt respiciant. Scholarem autem intra biennium probationis ad nullum interea sublimiorem gradum volumus promoveri. Et si interea ad tempus pro gradu per nos supra limitatum pervenerit, nihilominus illam pœnam evadet si, intra sex menses post ejus in perpetuum Socium admissionem, ad illum gradum conscendat. Permittimus tamen ut, in ejus secundo anno approbationis, et nunquam in primo, nisi fuerit electus e domesticis annosque habuerit completos ex statuti ordine, gradum assumere poterit, si id videatur expediens Præsidenti et majori parti septem seniorum. Idem censemus de discipulis, statuentes et præcipientes eos ante completum annum ab eorum in discipulos admissione ad nullum gradum admitti; pœnamque illis qui tempore statuto non promoventur indictam, quanquam illud

Fellows unfit for a degree in arts.

Students unfit for a degree.

Probationary Scholar.

Students of less than a year's standing.

interea compleverint, non mereri; dummodo intra sex menses post completum illum primum annum ad gradum Baccalaureatus promoveantur. Quicunque autem quemvis gradum in facultate artium ante tempus in hoc statuto pro eodem gradu sibi descriptum et limitatum, aut priusquam Præsidentis et Vicepræsidentis ac cæterorum prædictorum sententia habilis et idoneus ad eundem judicatus fuerit, vel suscipere vel ad eum admitti et licentiari ut appellant præsumpserit. Socius sit scholaris aut discipulus, eo ipso, immediate post illam susceptionem, admissionem aut licentiationem, pro non Socio, scholare aut discipulo, in perpetuum habeatur. Eandem pœnam similiter incurrat qui, postquam ad biennium probationis electus fuerit, ad quemvis gradum ante ejus admissionem in verum Socium, nisi eo modo quem supra nominavimus, se promoveri aut admitti quovismodo fecerit. Adjicientes, insuper, ut Præsidens et major pars septem seniorum possint dispensare cum unico aut duobus scholaribus aut Sociis ne aliquem gradum assumant; dummodo sint tales qui tam docti creduntur esse futuri Græce et Latine ut possint et velint in utraque lingua prælegere. Statuentes, præterea, quod, quotiescunque Præsidens, Socius, discipulus vel sacelli minister, nostri Collegii ad gradum quemvis in quacunque facultate realiter ascensurus sit, in die admissionis ejusdem, Præsidens, si in Universitate tunc præsens fuerit, ac Socii omnes, scholares et discipuli, ac etiam ministri sacelli, sine impedimento legitimo, per Præsidentem seu ipso absente per Vicepræsidentem eodem die approbando, comitatum, eundo et redeundo, exhibeant personalem; et in actibus eorum, præterquam dum ad incipiendum admittuntur (quod, uti diximus, licentiari appellant), interesse teneantur omnes Socii et graduati, sub pœna subtractionis convictus per mensem, nisi prius causa approbata per Præsidentem vel eo absente Vicepræsidentem et unum Decanum.

Taking a degree before the prescribed time.

Dispensation from taking a degree.

Members of the College to accompany one of their body when taking a degree.

Cap. 25. *De tempore assumendi sacros ordines.*

Ne quisquam se a Dominico retrahat ministerio, sed seipsum præparet ut quamprimum in ejus recipiatur sortem, statuimus ut Socius quicunque Magister artium, præter eum qui studio medicinæ est deputatus, intra annum post necessariam suam regentiam completam, impedimento duntaxat ætatis cessante, et qui per ætatem tunc impeditus fuerit intra annum postquam ad legitimam ætatem pervenerit, ad sacerdotium promoveatur; sin minus, eo ipso, post lapsum illius anni, pro non Socio hujus nostri Collegii in perpetuum habeatur. Ante tamen gradum Magistratus, nullus Socius, scholaris aut discipulus, ad aliquem ordinem sacrum promoveatur. Contrafaciens, intra tres menses proxime sequentes, a Collegio in perpetuum discedat; sin minus statim expellatur. Et si forte numerus sacerdotum et Sociorum sit adeo diminutus ut non possint tres missæ (excipio

Every Fellow, being Master of Arts, to take holy orders.

Deficiency of number of priests

quartam pro Wilhelmo Frost) quotidie celebrari, volumus ut celebrentur per Socios et capellanos, quantum possunt, per singulos dies, donec accrescat numerus. Et ut hoc fiat sine fraude, dolo, aut simulata excusatione, eorum qui tunc erunt virtute juramenti astringimus conscientias. Prohibemus, etiam, ne extra nostrum Collegium pro annuali stipendio, aut ad tempus pro salario aut pensione aliqua, sub quovis colore, quavis persona nostri Collegii, nisi in exequiis fortuitis, aliquo pacto missam celebret, nec etiam officium capellani Universitatis suscipiat. Ut tamen salarium quodcunque ad suum subsidium, relevamen ac sustentationem, ab externis vel amicis recipiat, dummodo in nostri Collegii sacello et non alibi celebret, et quatuor marcas in toto præter ea quæ a Collegio ex nostra assignatione recepturus est non excedat, vigore præsentium concedimus et indulgemus; ita ut non excludat, sed includat potius, orationes et preces pro Fundatore et aliis benefactoribus, ac etiam publicis in nostro Collegio Lectoribus, ut illi quatuor libras. Hi vero, id est Doctores et publici Lectores, quantumvis in stipendium non perpetuum, ultra omnia quæ a Collegio ex nostra ordinatione quivis eorum recepturus sit, recipere possint. Præterea, ne quispiam hujus nostri Collegii Socius, veluti servus inutilis, talentum sibi traditum abscondat, statuimus ut eorum quilibet, intra quinquennium a regentia necessaria completa, nisi ex causa rationabili coram Præsidente et majore parte seniorum probata, semel ad minus ad ædem Divi Petri in oriente post prandium in Quadragesima, aut ad crucem Divæ Frideswidæ, publice prædicet, uti discernant alii fueritne ingeniosa apis an ignavum pecus. Et quoniam plures simul in eodem creberrime procedunt actu, permittimus ut, si non ante perfecerint, possint complere aut eodem anno aut annis sequentibus, ita ut omnino fiat; quod relinquimus Præsidentis et prædictorum judicio. Quod si contempserit aut recusaverit facere, aut si, cum permittat Universitatis moderator, non fecerit, virtute hujus statuti, intra annum tunc proxime sequentem, ab alveario, id est Collegio nostro, sponte decedat, sin minus omnino invitus abigatur. Lectores tamen nostri Collegii publicos, tantisper dum illo munere et officio fungantur, nec ad sacros ordines suscipiendos nec aliquam hujusmodi concionem habendam, nisi Præsidens et major pars septem maxime seniorum expresse mandaverint, arctari atque distringi volumus.

and Fellows to celebrate three masses daily.

Against doing duty out of the College.

Payments from strangers for services performed in the College Chapel.

Sermon at St. Peter's in the East or St. Frideswide's Cross.

Public Lecturers not bound to take holy orders.

Cap. 26. *De morum honestate servanda, et dissensionibus sedandis.*

Cum inter homines nihil sit magis decorum quam morum honestas, nihilque hominem a bellua magis discernat quam probitas vitæ, modesta cum aliis conversatio, ac in injuriis, siquæ inferantur, patientia: nos igitur hæc expetentes statuimus, ac in visceribus Jesu Christi obsecramus Præsidentem, Socios,

Injunction to charity and concord.

scholares, ac discipulos omnes præsentes et futuros, uti in omnibus et super omnia unitatem et mutuam inter se caritatem, dilectionem, pacem et concordiam, semper habeant et observent, ac pro eis semper fovendis et alendis pro viribus enitantur; quodque scurrilitates, quæcunque verba invidiosa, contumeliosa, contentiosa, damnosa, susurra, jurgia, turpiloquia, derisiones, scandala, opprobria, comparationes odiosæ verbo vel facto, quibus de verisimili commoveri possunt Socii vel scholares, ne proferantur quidem aut ab ore cujusque excidant, neque intra nostrum Collegium neque extra, publice vel privatim. Quod si quis Sociorum, scholarium aut discipulorum, in præmissis vel eorum aliquo probabiliter et vehementer suspectus infamatus seu intolerabilis existat, et super eisdem vel aliquo eorundem coram Præsidente aut eo absente Vicepræsidente et uno Decano, per testes idoneos vel confessionem propriam aut evidentiam facti, judicio Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis et unius Decani reus inveniatur, tunc, præsentis statuti vigore, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem, et ita deinceps proportionabiliter aggravando, communiis suis careat ipso facto. Insuper, si delicti vel facti qualitas id exposcat, ut in casibus detractionis gravis et ad alicujus infamiam pertinentis, comparationis valde odiosæ, conspirationis aut seminationis discordiæ magnæ, si quispiam in horum aliquo deliquisse prædictorum judicio deprehenditur, is pro prima vice tam communiis suis quam pensione pro rata per septimanam, pro secunda per quindenam, pro tertia per mensem, careat ipso facto. Quod si quarto in horum aliquo, judicio Præsidentis, Vicepræsidentis, Decanorum et Dispensatorum, vel Præsidentis et majoris partis eorundem, legitime convictus fuerit, ipsum perpetuo exclusum et privatum ipso facto a nostro Collegio, nulla alia monitione præmissa, virtute præsentis statuti decernimus. Statuentes, præterea, quod si aliqua discordiæ, iræ, rixæ aut dissensionis, materia, quod absit! in dicto Collegio suborta sit qualitercunque, inter quoscunque scholares, Socios, aut alios in nostro Collegio morantes, nisi sic dissentientes intra unum diem inter se concordent, tunc celerius, cautius et melius, quo fieri poterit, per Præsidentem, Decanos, Dispensatores et alios per quos melius videbitur expedire, intra biduum sedetur et pacificetur hujusmodi dissensio. Si vero ipsi ad eam sedandam non sufficiant, tunc Præsidens, assumpto sibi Vicepræsidente, Decanis, Dispensatoribus et aliis Sociis, per quos verisimiliter sedari poterit, summarie et de plano eam examinet, sicque finis discordiæ, iræ, dissensioni et jurgio hujusmodi, favore, partialitate, ira, odio et invidia, quibuscunque cessantibus, intra tres dies lapsum illius bidui immediate sequentes, ponatur. Et quicquid Præsidens cum prædictis duxerit ordinandum et agendum, per partes discordantes firmiter in virtute eorum juramenti observetur, et

Punishment of offenders.

executioni absque contradictione cujuscunque demandetur. Nec liceat alicui de nostro Collegio, cujuscunque status aut gradus extiterit, occasione rixæ, jurgii aut dissensionis, intra dictum Collegium aut extra inter eosdem ortæ vel motæ, prosecutionem facere aut litem aliquam movere, vel aliquem impetere, aut ad judicium trahere coram aliquo judice extrinseco, ecclesiastico vel sæculari; sed volumus omnino quod hujusmodi jurgia, iræ, rixæ, discordiæ et dissensiones, quæ per Dei gratiam raro aut nunquam contingent, per personas prædictas aliqua ordinatione bona seu concordia terminentur et finiantur. Quod si inter Præsidentem et alium aut alios nostri Collegii Socios causa aliqua vel materia dissensionis, iræ vel discordiæ, in nostro Collegio suscitata fuerit, et per Vicepræsidentem Decanos vel Dispensatores, et duos alios ex septem senioribus, finis rationabilis seu placabilis intra octo dies proxime sequentes factus non fuerit, tunc volumus ut partes dissentientes, virtute juramenti sui, intra triduum post illos octo dies, duos Socios eligant; qui electi, in sui virtute juramenti, intra biduum post eorum ad hoc electionem et deputationem, Cancellarium Universitatis, si tunc intra Universitatem fuerit, Custodemque Collegii Novi Beatæ Mariæ Wintoniensis in Oxonia, et Præsidentem Collegii Divæ Magdalenæin eadem, aut, dictis Cancellario, Custode et Præsidente, eorumve aliquo, extra Universitatem agentibus, tunc eorum vices absentium in dictis officiis intra Universitatem gerentes, ac etiam reliquos prænominatos, siqui fuerint in Universitate præsentes, adeant, et eisdem hujusmodi dissensionis causam sive materiam in scriptis significent et referant; et quicquid duo ex illis pro tempore consulti arbitrati fuerint et decreverint, illi omnes pareant et in sui virtute juramenti obediant. Præterea, ne in nostro Collegio inter Magistros regentes ambitiosos aut alios oriantur contentiones et lites propter electiones ad officium Procuratorum, nos hujusmodi ambitioni ac contentioni obsistere et earum occasiones radicitus tollere cupientes, statuimus et ordinamus ut nullus nostri Collegii Socius, scholaris, discipulus aut minister, officium et munus Procuratoris Universitatis aut ejus vices petat, ambiat, gerat vel acceptet, sub pœna perjurii ipso facto, et insuper amotionis perpetuæ a nostro Collegio; quam amotionis pœnam Præsidens Vicepræsidens et officiarii contravenienti cuicunque, intra triduum postquam hujusmodi petitionem, ambitum aut acceptationem, juxta formam in capitulo de punitione pro majoribus criminibus descriptam, cognoverint, in virtute juramenti infligere teneantur. Eum tamen qui, ob mortem Procuratoris aut resignationem, ejus vices ex statuto consuetudineve usque ad alterius electionem supplere coactus fuerit, tantisper eo munere fungi, dum videlicet, officium vacaverit modo absint arma hac nostra venia, impune permittimus. Et quia exoptamus maxime concordiam, volumus ut, tam in hujusmodi electionibus

Against moving suits in other courts.

Dissensions between President and Fellows to be referred to arbitrators.

No member of the College to be Proctor of the University.

Elections of University Officers.

Procuratorum quam aliorum quorumcunque Universitatis officiariorum, minor pars Sociorum regentium nostri Collegii in Universitate tempore electionis præsentium conformet se majori parti eorundem. Quod si cujuspiam murmuret conscientia, absit potius ab Universitate, vel saltem electione, quam palam unus aut pauciores a pluribus et eisdem Sociis suis dissentire videantur, sub pœna amissionis pensionis suæ per annum proxime sequentem, et hoc ipso facto. Minister autem sacelli, scholaris intra biennium probationis vel discipulus, qui contra majorem Sociorum partem prædictam suffragium dederit, eo ipso a nostro Collegio sit ejectus in perpetuum. Quod si Socii regentes inter se ita dissentiant ut major pars eorum in unum non conveniant, tunc omnes regentes nostri Collegii seniorem Socium ejusdem regentem ita sequantur ut nemo eorum, sub pœnis prædictis eodem modo infligendis, alium quam quem dictus senior regens nostri Collegii ei prædixerit nominet aut eligat, vel alicui alteri voto, voce, prece vel aliter quovismodo, suffragetur. Proviso semper, ut senior ille regens et cæteri omnes, in hujusmodi electionibus, consilio et assensui obtemperet Præsidentis aut, eo absente, Vicepræsidentis, aut utrisque absentibus Socii maxime senioris, sub pœna ejectionis e Collegio in perpetuum. Prohibemus insuper ne ulla persona nostri Collegii, exceptis famulis, domum alicujus laici vel laicæ intra Universitatem vel suburbia infra unius milliaris distantiam, non excludendo officinas (shoppas vocant) quibus calcei, vestes, libri aut hujusmodi res, venduntur, non victualia, ex quacunque causa vel pro quocunque negotio ingrediatur; sub pœna amissionis convictus sui per unam septimanam toties quoties in eo vel consimili deliquerit, et hoc ipso facto; nisi in causa gravis infirmitatis aut alia urgente causa, per Præsidentem vel Vicepræsidentem et suum Decanum, aut ipsis aut eorum aliquo absentibus per eorum deputatos, intra viginti quatuor horas proximas vel prius approbanda. Ut tamen aliqua persona nostri Collegii, præter famulos, in aliqua ex domibus prædictis ex aliqua causa quacunque comedat aut bibat, præterquam ex causa infirmitatis gravis aut alia causa urgentissima et rarissima, per prædictos ut præfertur intra tempus prædictum approbanda, prohibemus omnino, sub pœna subtractionis et amissionis convictus sui per mensem, toties quoties in eo delinquerit, et hoc ipso facto. Quam etiam pœnam eo facto subeat et incurrat qui, quacunque de causa, aliquam domum ex prædictis ingressus, suum ingressum prædictis Præsidenti vel Vicepræsidenti et cæteris, ut præfertur, intra viginti quatuor horas proximas post hujusmodi ingressum, sponte, etiam si non rogetur aut deprehendatur, non intimaverit. Et qui aliquam domum vel societatem suspectam frequentaverit, posteaquam per prædictos illa ei fuerit prohibita, et inde juxta formam statuti de majoribus criminibus puniendis convictus fuerit, eo facto

Against entering laymen's houses.

Digitized by Google

a nostro Collegio inperpetuum sit exclusus; quam pœnam etiam eo facto incurrat quicunque muros aut portas Collegii absque prædictorum mandato transilierit.

Cap. 27. *De vestitu et ornatu, et armis non portandis.*

Nihil est magis consentaneum majorive laude dignum quam ut quisque ea veste sit ornatus quæ suo congruat ordini. Adeo namque decora est fratri minori observanti ea vestis, licet vilis et pilis caprinis contexta, ut purpura auro intexta Regi. Ut itaque clerici in nostro Collegio discernantur a laicis, statuimus ut Præsidens, Socii et scholares, discipuli, ministri sacelli, omnes et singuli, utantur, tam in Universitate quam extra, solis vestibus et ornatu clericis et viris ecclesiasticis et non aliis congruentibus, longisque togis ex parte anteriore ab imo ventre supra pudenda usque ad extremam fimbriam continuo consutis. Permittimus, tamen, ut extra Universitatem, si ut extraneus mutuo accipiat togam, ea tantisper dum abfuerit, quamvis non prædicto modo consuta, utatur. Prohibentes insuper prædictos omnes et singulos ne caligis rufis, rubeis, albis, viridibus aut variis, calceisve rostratis, alteriusve formæ aut coloris quam gradui sacerdotali, discretionibus Præsidentis et Vicepræsidentis, congruere et convenire videbuntur, in Universitate vel extra uti præsumant. Adjicimus quoque, inhibentes omnino, ne intra Collegium aut extra utantur armis aut telis ullis invasivis aut defensivis nisi arcu et sagittis, et illis quidem duntaxat gratia recreandi, neque ensibus, gladiis, fustibus, lanceis, securibus, cultellis longis, neque aliquod hujusmodi gerant publice vel occulte; nisi cum extra Universitatem, ex venia secundum statuta concessa, se conferant aut referant, aut nisi aliqua occurrente causa necessaria, per Præsidentem aut, eo absente, per Vicepræsidentem et officiarios primitus approbata, videbitur id debere fieri. Præterea, quia dicitur, væ soli! volumus ut Socii, scholares et discipuli, ac ministri sacelli nostri Collegii, soli non vagentur, eant aut morentur, in oppido, sed secum semper habeant comitem aliquem nostri Collegii Socium, scholarem, discipulum, ministrum vel famulum, utpote suæ honestæ conversationis testem; nisi ex aliqua urgente causa ad processionem, acta aut consilia Universitatis, scholas aut bibliothecam se conferant, seu saltem ad aliquod Collegium aut Aulam se recipiant, vel lecturam aut audiant aut legant, aut lecturis reddendis aut disputationibus eos ut conductos interesse contingat. Socii, præterea, scholares et discipuli non graduati, fores Collegii nullo pacto, præterquam ad parvisum et ordinarium, sine licentia speciali sui Decani aut Lectoris logicorum, egredi præsumant. Et cum in agros aut alia loca, causa ambulandi aut relaxandi animos, hujusmodi non graduati ex licentia prædicta exierint, non pauciores sint numero quam tres, neque dispergantur, sed sese simul contineant et ita redeant. Ad hæc,

Respecting dress.

Against the use of arms.

Against walking in the Town alone, or without leave.

Against long hair.

statuimus ne quis Sociorum, scholarium, discipulorum aut ministrorum sacelli nostri Collegii, comam suam inordinate nutriat, aut ipsam in collo vel in fronte nimis protensam habeat. Habeantque prædicti coronas et tonsuras ipsorum ordini, gradui et statui, congruentes. Prohibemus insuper ne quis Sociorum, scholarium, discipulorum aut ministrorum sacelli, magis pretiosis aut sumptuosis utatur pellibus quam ejus statui et gradui. Præsidentis vel eo absente Vicepræsidentis judicio, conveniat, aut velveto, damasceto, chameleto, serico vel satino serico, in vestibus suis, exterius vel interius, sive in earum fimbriis vel extremitatibus. Quod si forsan quisquam prædictorum in nostro Collegio in præmissis vel eorum aliquo hujus statuti transgressor inveniatur, et super his convictus fuerit, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem, proxime secuturum, convictu suo privetur ipso facto: qui si quarto deliquerit et rebellis et obstinatus existat, in hoc casu, a nostro Collegio, præsentis vigore statuti, ipsum exclusum et privatum decernimus ipso facto. Insuper, prohibemus omnes prædictos ne in Universitate, extra aut intra Collegium, utantur mantellis aut liripipiis, bissinis aut laneis, nisi ingruente infirmitate, aut impetrata Præsidentis aut Vicepræsidentis ex urgente causa facultate. Permittimus, tamen, ut exeuntes Universitatem et redeuntes torquibus tartarinis aut laneis (liripipia vocant) tantisper si velint utantur.

Furs, velvet, etc.

Penalties.

Use of cloaks, etc.

Cap. 28. *De ludis, venationibus et aucupationibus, prohibitis.*

Ut ea propulsentur omnia quæ studio literario sunt adversantia quæque ad miram et incredibilem trahant voluptatem, cui nimium dediti efficiuntur suæ honestatis et commodi immemores, statuimus ut nullus Socius, scholaris vel discipulus, aut minister sacelli nostri Collegii, deditus sit venationi et aucupio: canemve habeat aut nutriat venaticum seu alterius cujusvis generis, aut viverram, ferettum appellant, cujuscunque generis, accipitres qualescunque aut aves aucupii, aut cantatrices, ut turdum, maviscum vocant, lusciniam, sturnum aut merulam, intra Collegium vel extra. Prohibentes insuper talorum, taxillorum, alearum, chartarum pictarum, chardas vocant, orbium præterea seu pilarum lignearum aut aliarum pilarum ad ædes, muros, tegulas aut ultra fines jactitarum, omnemque insuper alium ludum jure canonico vel regni, aut Præsidentis vel Vicepræsidentis qui pro tempore fuerit et unius Decani judicio et sententia, illicitum et prohibitum, a nostris aut eorum aliquo ullo pacto, in Universitate vel extra, fieri aut exerceri. Honestam tamen et moderatam venationem aut aucupationem, cum extra Universitatem ex venia agant, per præsentes non intendimus prohibere. Si quis vero prædictorum hujus statuti violator extiterit, et super hoc convictus fuerit coram Præsidente, vel eo absente Vicepræsidente, et suo Decano vel ejus deputato,

Against hunting, hawking, etc.

Dice, cards, etc.

Penalties.

vel, illis offendentibus, coram Præsidente et alio Socio seniore, cujuscunque gradus aut conditionis fuerit, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem, tunc proxime sequentem convictu careat ipso facto. Qui si quarto in eodem vel consimili deliquerit, in hoc casu a Collegio nostro, præsentis vigore statuti, ipsum exclusum et privatum fore decernimus. Statuentes, præterea, ne quisquam prædictorum sagittet, aut jactet lapides, pilas, ligna, terram seu alia quæcunque, seu aliquos ludos vel jactus faciat vel exerceat, nec ab aliis eo præsente quantum in eo fuerit fieri permittat, intra Collegium prædictum, claustrum vel hortum ejusdem vel extra, per quæ vel eorum aliquod sacellum, aula, seu domus aliæ vel ædificia dicti Collegii vel alterius cujuscunque vicini, in fenestris vitreis, muris, tectis, tegulis, vel alias qualitercunque intus vel extra, superius vel inferius, fracturas vel læsiones aut damnum aliud patiantur sive jacturam. Ac si quis in hoc casu deliquerit, et super hoc modo ut præfertur convictus fuerit, pro damno sic illato satisfaciat, et nihilominus per subtractionem communiarum suarum per quindenam vel saltem septimanam, vel per alium modum qui eum magis cruciet, secundum qualitatem et quantitatem delicti, acriter puniatur sine favore, ne ad perpetranda similia cæteris audacia tribuatur. Non prohibemus tamen lusum pilæ ad murum, tabulata aut tegulas, in horto, causa solummodo exercendi corporis et sanitatis.

Against games within the College.

Exceptions.

Cap. 29. *De exitu ab Universitate et venia petenda.*

Ne semper includantur apes in alveo sed quandoque pateat exitus ad sua negotia obeunda, neque nimium laxentur libertatis habenæ, statuimus ut si quis Sociorum, scholarium, discipulorum, aut ministrorum sacelli, ab Universitate exire voluerit, causam suam justam, honestam et veram, Præsidenti et suo Decano, aut Præsidente absente Vicepræsidenti et suo Decano, aut Præsidente et Vicepræsidente absentibus Socio maxime seniori in Universitate præsenti et suo Decano aut ejus deputato, ostendat, et ab iisdem proficiscendi petat facultatem; quos nolumus in causa honesta et vera esse nimis difficiles, et præcipue in vacationibus, sed, consideratis et perpensis causis, statu quoque et gradu personarum, necnon distantia et intervallo locorum, præscribatur eisdem certum tempus redeundi ad Collegium et studium, quod tempus observare debent, cessante impedimento legitimo coram dictis intra biduum post eorum reditum approbando. His ex provisione additis, primo, ut, quicunque exeundi facultatem petierit, illemet prius in registro apud Vicepræsidentem aut Socium maxime seniorem in Universitate pro tempore præsentem remanenti causam et diem exitus, et rursus diem reditus postridie quam redierit, manu sua scribat. Quod etiam observari volumus in gratiis omnibus pro absentiæ tempore petitis et concessis; ac

Absence from the University.

To be registered.

insuper in correctionibus et punitionibus, sed seorsim a gratiis, in eodem tamen registro, ut noscatur frequentia et usus transgressionum et absentiæ dierum. Secundo, ut dum absentes fuerint se gerant sicut decet clericos, et honeste induantur ut clerici, nec tabernas frequentent nisi ad eorum necessitatem, nec ullas domos quas cognoscant male infamatas aut suspectas, nec spectacula prohibita visant, aut ludos jure ecclesiastico aut regni prohibitos, aliave enormia, exerceant: sed, ubicunque sint, firmiter sentiant et judicent Collegii jugum suam opprimere cervicem, ne eorum factum aut crimen in suum redundet dedecus, obloquium et scandalum. Nec liceat alicui prædictorum extra Collegium nostrum, in oppido Oxonii, suburbiis, vel aliis locis minus sex millibus passuum ab Oxonio distantibus, seu intra intervallum prædictum, cubare aut pernoctare, nisi ex causa rationabili et honesta per prædictos intra biduum ante vel post approbanda. Quod si forsan quisquam Sociorum, scholarium, discipulorum aut ministrorum sacelli, in præmissis vel eorum aliquo, arbitrio Præsidentis vel ipso absente Vicepræsidentis et sui Decani, culpabilis inveniatur, cujuscunque gradus aut conditionis fuerit, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem, tunc proxime sequentem, convictu privetur ipso facto: qui si quarta vice deliquerit, a nostro Collegio, præsentis virtute statuti, ipsum exclusum et privatum decernimus ipso facto. Eodem modo puniatur qui, cum quacunque de causa extra Collegium nostrum et infra intervallum prædictum pernoctaverit, et causam suam, quamvis justam et rationabilem, prædictis intra biduum ante vel post non intimaverit sed occultaverit; si super hoc postea convictus fuerit, pœnam statuti subeat pro pernoctatione, et præterea tantam et æqualem pro taciturnitate et occultatione. Hoc etiam adjiciendum duximus, ut nullus Sociorum in nostro Collegio in uno et eodem anno, a festo Corporis Christi ad eundem diem revolutum semper supputando, ultra quadraginta dies, scholares vero intra biennium probationis aut discipulus ultra viginti dies, continuos vel vicibus diversis discontinuos, cessante infirmitate corporali, a Collegio absit. Et omnes qui simul abfuerint Socii, scholares et discipuli, senarium non excedant numerum, ne cultus divinus in nostro Collegio diminuatur et profectus studii scholastici subtrahatur. Attamen, a vigilia Divi Thomæ Apostoli usque ad festum Epiphaniæ, et a die Dominica in Ramis Palmarum usque ad Sabbatum in hebdomada Paschatis, et a die Mercurii ante Pentecosten usque ad vigiliam Trinitatis, et a Dominica prima Augusti usque ad Dominicam ultimam Septembris, Socios, scholares et discipulos, usque ad numerum decem personarum, ex causa rationabili vel relaxationis animi, simul abesse et facultatem totidem dari permittimus: illis qui propter negotia Collegii, aut ex speciali causa et gratia inferius in hoc vel in

Behaviour during absence.

Against passing a night out of the College without leave.

Limit of absence.

Number allowed to be absent at one time.

proximo capitulo annotanda, absentes fuerint, in numero absentium minime computatis. Non prohibemus tamen quin Sociis aut scholaribus et discipulis ex causis promotionis ipsorum, mortis vel gravis infirmitatis parentum seu præcipuorum amicorum, vel causis consimilibus urgentibus, per juramentum petentium hujusmodi licentiam, in præsentia Præsidentis vel eo absente Vicepræsidentis, aut ambobus absentibus Socii maxime senioris tunc in Universitate præsentis, unius Decani unius Dispensatoris aut eorum deputatorum, et duorum aliorum ex septem maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, affirmandis et approbandis, per eosdem concedatur certum tempus quo abesse possunt, habito respectu ad causas, personas, intervalla locorum et circumstantias hujusmodi. Proviso ut, præter et ultra dies absentiæ prædictos, nulli Socio concedatur in una vice aliquod aliud absentiæ tempus ultra quadraginta aut ad summum, et id ex urgentissima causa et rarissima, sexaginta dies; nulli vero scholari intra biennium probationis aut discipulo ultra viginti, aut ad summum triginta, nec hoc nisi ex causis urgentissimis et rarissimis. Et, durante tempore unius hujusmodi approbationis et licentiæ, nulla interea concedatur aut fiat ulterior approbatio absentiæ alicujus: et duntaxat bis ad summum in uno anno (uti præfertur supputando), et id nisi ex urgentissima causa et rarissima, hujusmodi licentia uni et eidem concedatur. Sociis tamen ad obsequium Regis aut Episcopi evocatis et accersitis aut assumptis per sex menses, in eorum hujusmodi obsequio, abesse potestatem et licentiam per prædictos, sed semel duntaxat in vita uni et eidem, concedi permittimus. Doctoribus quoque et Baccalaureis theologiæ et Magistris theologis ad Crucem Divi Pauli aut Hospitale Divæ Mariæ Virginis Londini aut apud Westmynster publice prædicaturis, ex hac nostra gratia concedimus, ut eorum unusquisque, quoties ad prædicandum in aliquo horum trium locorum cum consensu et auctoritate Præsidentis vel Vicepræsidentis et cæterorum prædictorum proficiscitur, toties decem dies abesse licite possit, ultra dies ei alias quomodocunque per statuta concessos aut permissos, non obstantibus statutis quibuscunque. His tamen non obstantibus, permittimus ut Præsidens et major pars septem Sociorum seniorum possint Socium, aut magnæ expectationis et præclaræ indolis discipulum, in Italiam aut aliam regionem mittere, qui triennio illic moretur; habeatque illic convictum, vestem, stipendium, uti domi haberet; ea tamen conditione, ut se et alios fide dignos et opulentos per scriptum obligatorium in quadraginta libris Præsidenti astringat ut, triennio exacto, redeat ad Collegium, in quo tunc si altera vacet lectio, aut postea cum vacaverit, per prædictos assignatus, saltem per triennium illic legat. Proviso semper ut unus solus absit, non plures.

Special causes of absence.

Allowance of six months' absence to Fellows.

Doctors, etc. preaching in London.

Travelling Fellow or student.

Cap. 30. *De promotione, et causis deserendi Collegium.*

Ut non recipiantur in nostrum alvearium transfugæ cum voluerint, nec excludantur justa et honesta causa absentes habentes animum redeundi, statuimus ut si quis nostri Collegii Socius, scholaris vel discipulus, religionem aliquam professus fuerit, uxoremve duxerit aut matrimonium vel sponsalia contraxerit, aut alicui obsequio, officio aut exercitio, per quod a studio in Universitate Oxonii ultra unum mensem in anno, exceptis in proximo præcedente capitulo præexceptis, impediatur, se commiserit, vel ad aliquod aliud Collegium in Universitate Oxonii vel extra, ut Socius vel scholaris ejusdem, vel quovis alio nomine vocatus, electus vel assumptus et admissus fuerit; immediate posteaquam aliquod istorum Præsidenti vel Vicepræsidenti et duobus aliis Sociis cognitum fuerit, omne jus et titulum quem in nostro Collegio habuit eo ipso amittat, et ab illo primo notitiæ die in numero Sociorum, scholarium aut discipulorum, ejusdem nunquam postea numeretur. Qui autem ab ipso nostro Collegio animo deserendi studium discesserit, quod intelligi volumus esse factum eo ipso quod Sociorum aliquis ultra quadraginta dies, discipulus vero aut scholaris intra biennium probationis ultra viginti dies, in anno, continuos vel diversis vicibus discontinuos, cessante infirmitate corporali seu negotiorum Collegii procuratione, et nisi ex causa rationabili Præsidenti vel eo absente Vicepræsidenti, aut ambobus absentibus Socio maxime seniori in Universitate præsenti, uni Decano et uni Dispensatori, aut eorum deputatis, ac duobus aliis Sociis ex septem maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, intra viginti dies (et hoc nisi semel in anno) post lapsum dictorum quadraginta dierum si Socius fuerit, si vero discipulus aut scholaris intra biennium probationis tunc intra decem dies, semel tamen in anno, post lapsum dictorum viginti dierum immediate sequentes, ostensa, significata et declarata, ac etiam per eosdem tunc, ordinationibus proximi præcedentis capituli de exitu et venia semper inconcusse observatis, approbata, ab Universitate abfuerit, eo ipso, ut transfugæ, denegetur ei reditus, et extunc eo ipso a nostro Collegio in perpetuum amotus censeatur; diebus quos Doctoribus, Baccalaureis et Magistris, theologis, ad prædicandum proficiscentibus, in prædicto capitulo proximo præcedente concessimus in numero prædictorum quadraginta dierum minime computatis. Si vero prædictorum Sociorum aut scholarium quispiam patrimonium, hæreditatem, feodumve sæculare, præbendam, liberam capellam aut aliud consimile, aut annuam pensionem ad terminum vitæ duraturam, ad annuum valorem communibus annis centum solidorum, ipse vel alius ad ejus usum et commodum assecutus fuerit, tunc eum, intra tres menses a tempore assecutionis alicujus hujusmodi hæreditatis, patrimonii, pensionis aut feodi, continuo numerandos, auctoritate

Forfeiture of right in the College by promotion, etc.

By prolonged absence.

By acquiring a patrimony or office of the yearly value of 100 shillings.

præsentis statuti a nostro Collegio amotum fore statuimus, ipso facto, ac postea pro non scholare aut non Socio penitus haberi. Quod si quispiam Sociorum aut scholarium prædictorum beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, de jure vel consuetudine cum alio beneficio absque dispensatione compatibili, cujus fructus, redditus et proventus, octo librarum annuum valorem, deductis procurationibus et synodalibus, excedant, adeptus fuerit, eum per annum unum et non ultra in nostro Collegio Socium vel scholarem manere permittimus; volentes ac etiam decernentes ut, post lapsum illius anni, nisi intra annum eundem ipsum beneficium effectualiter et sine fraude dimiserit, vel nisi, cessantibus dolo, fraude, ac perverso ingenio, litigiosum sit, ipso facto pro non Socio et non scholare habeatur. Præsidentem vero dicti Collegii propter aliqua beneficia ecclesiastica, redditus vel proventus ecclesiasticos vel temporales, cujuscunque valoris existant, per ipsum obtenta vel obtinenda, ab officio Præsidentis amoveri nolumus vel privari; dum tamen in dicto Collegio juxta formam in ejus juramento descriptam corporaliter resideat, et officium suum juxta statutorum nostrorum exigentiam gerat ac debite exequatur. Proviso, quod Doctores theologiæ in nostro Collegio beneficium ecclesiasticum quodcunque, cum cura vel sine cura, habere poterunt una cum Collegio, dummodo ejus verus valor annuus decem libras, deductis procurationibus et synodalibus, ipso ab hujusmodi beneficio suo absente, non excedat. Singulis præterea Lectoribus publicis prædictis quodcunque unum beneficium cum Collegio et officio permittimus; dummodo et quamdiu suum officium in omnibus, juxta nostram ordinationem prædictam, fideliter et diligenter faciant et exequantur. Discipuli vero qui hæreditatem, patrimonium, beneficium, feodum, præbendam aut aliud ut præfertur, aut pensionem ad terminum vitæ duraturam, quorum verus valor annuus quinque marcas excesserit, assecuti fuerint, aut in aliquod aliud Collegium tanquam Socii vel scholares admissi fuerint, ipso primo die quo pacificam in aliquo hujusmodi possessionem vel ipsi vel alii ad eorum commodum et usum habuerint, eorum loca in nostro Collegio ipso facto vacent, et alii in eorundem loca juxta formam statutam sufficiantur.

Or church preferment to yearly value of eight pounds.

Exception of President.

Doctors in Theology.

Public Lecturers.

Students.

Cap. 31. *De convictu omnium ordinum.*

Multa de nutrimento animæ prælocuti, jam tandem ad corporalem pervenimus cibum, sine quo non vivitur. Et quia in annonæ caritate et vilitate non est semper idem pretium, ita disponemus tempora ut velimus semper nostris esse quod sufficiat. Statuimus itaque ut, in distribuendo convictu, sint tres ordines. In primo ordine sint Præsidens omnesque Socii et scholares intra biennium probationis, duo ministri sacelli sacerdotes, Lectores præterea publici et clericus computi, si ha-

Allowance of food.

buerint. In secundo discipuli et duo sacelli ministri clerici, duo choristæ. In tertio vero septem famuli. Atque ut his secundum varietatem temporum variæ fiant allocationes, hoc modo, videlicet, quamdiu quarterium frumenti communiter venditur in foro Oxonii tribus continuis septimanis citra quinque solidos, tunc pro quolibet in primo ordine, personaliter existente in Collegio, duodecim pro septimana allocentur denarii, et pro quolibet in secundo ordine octo denarii, et pro quolibet in tertio ordine decem denarii. Quando vero quarterium frumenti venditur tribus continuis septimanis pro quinque solidis et ultra, usque ad sex solidos et octo denarios, tunc pro quolibet in primo ordine tredecim denarii, et pro quolibet in secundo ordine octo denarii et obolus. Rursus, quando venditur quarterium frumenti tribus continuis septimanis in foro Oxoniensi, ut præfertur, pro sex solidis et octo denariis et ultra, usque ad decem solidos, tunc allocentur in septimana pro quolibet in primo ordine quatuordecim denarii, et pro quolibet in secundo ordine novem denarii. Ac, insuper, quando venditur quarterium frumenti ut præfertur pro decem solidis et ultra, usque ad tredecim solidos et quatuor denarios, tunc allocentur pro quolibet in primo ordine quindecim denarii, et pro quolibet in secundo ordine novem denarii et obolus. Præterea, quando venditur quarterium frumenti ut supra pro tredecim solidis et quatuor denariis et ultra, usque ad sexdecim solidos et octo denarios, tunc pro quolibet in primo ordine sexdecim denarii, et pro quolibet in secundo ordine decem denarii. Quando venditur quarterium frumenti pro sexdecim solidis et octo denariis et ultra, usque ad viginti solidos, tunc pro quolibet in primo ordine septemdecim denarii, et pro quolibet in secundo ordine decem denarii et obolus. Quando vero venditur quarterium frumenti viginti solidis et ultra, pro quolibet in primo ordine octodecim denarii et pro quolibet in secundo ordine undecim denarii. Et nunquam fiat ulterior allocatio pro convictu. Hanc tamen ut supra notavimus modo et forma observari volumus, cum consensu et assensu Præsidentis, vel eo absente Vicepræsidentis, et unius Decani, vel, utroque absente, eorum deputati et unius Decani, et per manus Dispensatorum de bonis Collegii exponi. Et si quid in fine anni superfuerit, ad utilitatem Collegii convertatur. Allocationem autem pro famulis, qui viz: tertii sunt ordinis, nullo pacto ex quavis pretii varietate augeri liceat. Qui autem ab Universitate aberunt, sive in negotiis propriis sive Collegii aut alterius cujuscunque, communiis suis interea carebunt; et eorum absentia quanta fuerit per senescallum singulis septimanis notabitur, et eorum communiæ interea ad utilitatem Collegii convertentur. Si vero per unum diem sint domi, tunc volumus quod pro illo die pro illis qui sunt de primo ordine allocentur duo denarii, pro illis de secundo ordine denarius et obolus. Si vero per duos dies integros sint domi, tunc allocentur de utroque ordine pro dimidio convictu.

Variations in allowance, according to price of corn.

Cases of absence.

Si per tres intersint et quarto vel postea decesserint, pro integro allocentur convictu. Nec per hæc præmissa volumus ut singulis Sociis vel scholaribus supradictis in victualibus et obsoniis æqualiter serviatur, quia non omnes erunt æqualis gradus, laboris et meriti: sed volumus ut serviatur iisdem secundum ordinationem et discretionem Vicepræsidentis, Decanorum et Dispensatorum, habito respectu ad merita, gradus et status, Præsidentis (cui æqualem cum duobus Sociis convictum semper allocamus) Sociorum et scholarium, æqualitate allocationis pro communiis per nos superius ordinata non obstante. Nolentes, præterea, quod occasione communiarum aut administrationis earundem aliqua inter eosdem fiat murmuratio, sed omnes cum appositis, et secundum prædictorum vel majoris partis eorundem discretionem administratis, quietos et contentos esse volumus. Quod ut facilius et commodiùs fiat, volumus ut pro supremo in aula ferculo, si Præsidens fuerit domi, singulis diebus allocentur pro eo duo denarii præter convictum superius allocatum, et pro aliis domesticis sedentibus cum eo in eodem ferculo denarius. Absente vero Præsidente aut in suo cubiculo prandente vel cœnante, si adsit in primo ferculo Vicepræsidens vel Lector theologiæ, allocentur singulis diebus duo denarii ultra omnia alia superius per nos assignata. Et quum Præsidens interdum in camera sua prandere aut cœnare voluerit, ei portionem suam una cum illa sua allocatione ter vel quater in septimana sibi vendicare liceat.

Gradations in commons.

Statuentes, præterea, ut in fine cujuscunque quarterii anni per Dispensatores in scriptis fiat visus; et particularis computus tam communiarum quam omnium et singularum aliarum expensarum intrinsecarum dicti Collegii, per Præsidentem Vicepræsidentem et Decanos diligenter videatur; ea de causa ut si aliqua in re aut persona erratum inveniant, ipsum statim corrigant ut eis videbitur expedire pro utilitate Collegii. Attamen, ut mens nostra in allocationibus communiarum pro prospero statu nostri Collegii conservando clarius patefiat, ita eam explicamus; ut quanquam diversis septimanis in quovis anno excessus vel detrimentum communiarum contingat, arctius tamen sub pœna perjurii inhibemus ne, in finali computo anni, amplior allocatio communiarum fiat ullo modo vel quocunque colore quam supra exprimitur. Et si totius anni sumptus superaverint allocationes secundum formam prædictam faciendas, Dispensatores computantes ad illam exuperantiam suis impensis et sumptibus satisfaciendam in virtute juramenti teneantur. Et ne parum curent aut contemnant, volumus ut, finito eorum computo, obligent se per scriptum obligatorium Præsidenti et Sociis dicti Collegii ad plenam solutionem detrimentorum aut suorum debitorum intra duos menses proxime sequentes, nisi Præsidens et major pars seniorum ulterius tempus solutionis prorogari et differri decreverunt. Et si solutionem non perimpleverint per tempus assignatum, volumus ut postea non recipiant hujusmodi

Accompt of commons, etc. to be kept by Bursars.

Excess of commons.

To be made good by Bursars.

debitores stipendium ullum in Collegio aut vestem, sed ea reservet sibi Collegium, in partem solutionis, quoad omnia persolvantur. Ac si forte decesserit ante plenam solutionem, volumus ut implacitetur in lege, nec aliquid remittatur, propter ejus ingratitudinem. Tamen, si dicti Dispensatores Præsidenti, Vicepræsidenti, Decanis et cæteris ex septem Sociis maxime senioribus, vel Præsidenti uni Decano et majori parti eorundem septem Sociorum maxime seniorum, declaraverint et demonstraverint non sua culpa aut negligentia, aut nimia proprio luxui indulgentia, hujusmodi sumptus allocationibus fuisse majores, tunc ab illis auditoribus, quorum judicio obtemperari et stari volumus, exigere possunt ut Socii, scholares et discipuli, ad levationem illius exuperantiæ contribuant. Præsidentisque et cæterorum omnium prædictorum conscientias, ad judicandum et prosequendum id quod in ea parte justum et rationi consentaneum crediderint, quantum possumus in Domino oneramus.

Commons on the greater Festivals. Volumus tamen et ordinamus ut, pro communiis inter eos in majoribus festis et solennioribus allocentur sex libræ tredecim solidi et quatuor denarii, juxta prudentiam et arbitrium Præsidentis, vel eo absente Vicepræsidentis, et majoris partis septem seniorum, quando et quomodo dividendæ et dispensandæ fuerint. Grossos præterea pistorum et brasiatorum, ut appellant, ad augmentationem convictus Sociorum et scholarium, per Dispensatores, consentientibus Præsidente et majore parte dictorum septem maxime seniorum, converti permittimus; ita tamen, ut singulis annis nostri Collegii Dispensatores illorum grossorum reddant rationem, et vel ad convictus augmentationem, ut præfertur, vel ad Collegii utilitatem convertantur.

Dearness of meat. Et si interdum magna et, Præsidentis, vel eo absente Vicepræsidentis, unius Decani et majoris partis aliorum septem seniorum judicio, fere intolerabilis boum oviumve caristia in comitatu Oxoniensi ultra mensem integrum duraverit, tunc, pro singulis septimanis ejuscemodi quibus perseveraverit illa tam vehemens caristia, duos solidos ultra omnia prædicta, ad prænominatorum arbitrium et in virtute juramenti ad strictam conscientiam, si videlicet, ex illa tam intolerabili caristia tantum in suis communiis detrimentorum incurrant, pro universa multitudine omnium personarum nostri Collegii allocari permittimus. Dummodo tamen pro pluribus quam pro quadraginta septimanis in uno et eodem anno hæc nullo pacto fiat allocatio.

Wood and coals. Et quia cupimus omnino ut prædictus convictus sit congruus et studentibus aptus, ex nostra benignitate, ad convictus adminiculum, concedimus eis singulis annis pro lignis et carbonibus in culina consumendis quatuor libras.

Cap. 32. *De Senescallo aulæ.*

Ne in Dispensatores aut Obsonatorem merito ingeratur crimen aut, ut plerumque fit, oriatur suspicio de esculentorum

qualitate, quantitate aut pretio, statuimus et volumus ut unus nostri Collegii Socius graduatus, non Vicepræsidens, Doctor theologiæ nec Baccalaureus, Dispensator nec Lector publicus, vice sua et ordine secundum gradum servando, ita ut absens cum redierit vicem suam suppleat, sit esculentorum et victualium omnium in illa hebdomada emendorum supervisor; et Senescallus, cum supervisione et dispositione duorum Dispensatorum aut saltem unius, coram Præsidente, Sociis, et aliis in primo ordine, patinas apponat. Particulas quoque omnium et singularum emptionum, provisionum, et expensarum quarumcunque pro illa septimana, et nomina præsentium ac extraneorum ad onus Collegii receptorum, manu sua scribat vel, legitime impeditus, per alium Socium non Dispensatorem scribi faciat; et in die Veneris, si commode fieri poterit, aut ad summum die Sabbati, adsit cum Dispensatoribus et Obsonatore, de singulis emptionibus, provisionibus et expensis, ipsius septimanæ fideliter acturus et visurus. Nec liceat cuiquam Dispensatorum aut alii cuivis, in virtute juramenti, Senescalli libro semel inscripto postea inserere nomen alicujus qui abfuerit pro præsenti, aut extranei ullius addere nomen.

A Senechal to supervise the Bursars.

Cap. 33. *De mensis Præsidentis et aliorum.*

Ne quisquam nostrorum cum rubore et verecundia audiat illud Evangelicum, "Descende frater recumbe hoc loco. Qui se exaltat humiliabitur," collocabimus unumquemque in sua mensa. Statuentes ut ad principalem mensam in superiori parte aulæ sedeant Præsidens ac Vicepræsidens et Lector in sacra theologia ad unum cum eo ferculum, nisi adsint extranei judicio Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis præferendi. Et Præsidente, Vicepræsidente aut Lectore prædicto, aut eorum aliquo, absentibus, convocet illorum præsentium præstantior absentium loco Doctores, Baccalaureos theologiæ, aut alios quos duxerit digniores præsentes. Deinde, etiam ad mensam principalem, sedeant reliqui sacræ theologiæ Doctores et Baccalaurei. Et ad lateralem mensam ex dextra parte aulæ sedeant Magistri artium, in theologia minime graduati, ac Lectores linguæ Græcæ et humanitatis, sine delectu aut vindicatione loci. Deinde, ad primam lateralem mensam ex sinistra parte aulæ sedeant reliqui Socii et scholares intra biennium probationis, et duo ministri sacelli sacerdotes, etiam sine delectu aut vindicatione loci. Deinde, ad alias mensas ex utraque parte sedeant discipuli et reliqui duo ministri sacelli. Ad mensam vero potario et panario propiorem sedeant duo Dispensatores aut eorum deputati, senescallus et clericus computi, aut, eo absente, Socius quem senescallus cum consensu Dispensatorum accerserit. Quibus omnibus ad aulam per campanam vel alio sono hora debita convocatis et cum silentio sedentibus, volumus ut celeriter opponantur cibus et potus per Senescallum, adjuvantibus Præ-

Places at table.

Service of table.

sidentis et aliis Collegii famulis, duobus choristis ac duobus sacelli ministris non sacerdotibus, si deputentur per senescallum, et quando isti non sufficiantur opitulentur discipuli a Senescallo deputati. Discipuli et ministri sacelli, si non deserviant in aula, sibi ipsis vicissim serviant, singulis septimanis bini. Auferantur patinæ et mappæ per Obsonatorem vel alium, jubente Præsidente vel eo absente Vicepræsidente, vel, utroque absente, Socio maxime seniore ibidem præsente. Ut autem aliquis nostri Collegii, etiam officiarius, præter Præsidentem, communias suas vel quidpiam eorum loco extra aulam Collegii ad impensas ejusdem sciens et prudens comedat, recipiat aut habeat, nisi ex causa admodum rationabili, et ea per Præsidentem vel eo absente Vicepræsidentem, aut utroque absente Socium maxime seniorem tunc in Universitate præsentem, unum Decanum et unum Dispensatorem, primitus approbanda, omnibus et singulis nostri Collegii in virtute juramenti prohibemus. Non tamen prohibemus quin interdum ad omnes has mensas possint sedere extranei, per se aut cum aliis mixti, secundum discretionem Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis, aut ambobus his absentibus Socii maxime senioris, unius præterea Dispensatoris et Senescalli, et secundum formam in aliis nostris statutis descriptam: poterunt etiam alii inferiores, ejusdem tamen ordinis, per Senescallum vocari ad aliquam superiorem mensam, ad supplendum ferculi numerum. Nec liceat cuiquam ingredi potarium aut panarium præter Præsidentem, Vicepræsidentem, Dispensatores, Decanos et Senescallum, nec ibi sedere; nisi ex causa approbata per Præsidentem aut Vicepræsidentem aut eorum locum tenentem, vel approbanda, si quando honestas cogat repente extraneum introduci; sub pœna privationis convictus per unam septimanam.

Against having commons out of the Hall.

Strangers at table.

Admission to buttery.

Cap. 34. *De extraneis non introducendis.*

Ne supervacaneis gravetur Collegium sumptibus, aut frequentia hospitum impediatur studium augescatque luxus, hoc statuto prohibemus ne quisquam nostri Collegii Socius, scholaris, discipulus, minister, aut etiam ipse Præsidens, parentes, fratres, consanguineos vel extraneos, unum vel plures, ad onus nostri Collegii introducat, aut cuiquam Sociorum, scholarium vel aliorum, per extraneorum introductionem inferat occasionem ut a studio impediatur aut in rebus damnum aliquod patiatur. Permittimus, tamen, ut si ad aliquem prædictorum parentes, consanguinei, aut alii amici accesserint, Præsidentis aut Vicepræsidentis, aut, his absentibus, Socii maxime senioris, venia impetrata, possunt in aula vel in cubiculo sedere aut discumbere ad sumptus invitantium, non Collegii, et sine cæterorum damno aut impedimento, ita ut ad summum biduum, aut in actis Universitatis publicis triduum, non excedant. Si tamen Præsidens in Collegio præsens, aut eo absente Vicepræsidens, aut utroque

Introduction of strangers.

absente Socius maxime senior, extraneos supervenientes pro utilitate, commodo et honore, Collegii, cum consilio unius Dispensatoris, invitaverit, volumus ut invitatis in aula vel alibi intra Collegium discumbentibus, secundum discretionem Præsidentis, aut eo absente Vicepræsidentis, et unius Dispensatoris, secundum eorum statum et gradum debite provideatur. Et ne communiæ Præsidentis aut aliorum per tales invitatos nimis onerentur, volumus quod pro qualibet persona sic invitata ad ferculum Præsidentis vel eo absente Vicepræsidentis in magna aula sedentis singulis vicibus quatuor denarii, ad ferculum aut mensam Sociorum tres denarii, ad mensam discipulorum et famulorum duo denarii, pro qualibet refectione de bonis Collegii persolvantur. Sin autem alibi quam in magna aula eum sedere contigerit, tunc secundum discretionem Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis, et utroque absente Socii maxime senioris, unius Decani et unius Dispensatoris, citra luxum et superfluitatem provideatur eisdem. Proviso, ut nulla persona nostri Collegii, præter Præsidentem, aliquam fæminam in ejus cubiculum admittat, præter suam matrem aut sororem, et earum pro tempore famulas alicui earum tunc ibidem inservientes; sub pœna privationis convictus per mensem tunc proxime sequentem pro prima vice, pro secunda per duos, pro tertia per tres; et quarto in hoc delinquens ipso facto a collegio in perpetuum sit exclusus. Nec has, tamen, sine eorum licentia prius obtenta. Pro aliis autem fæminis etiam licentiam dari prohibemus, cessante causa infirmitatis prius per dictos approbanda. Adjicimus quoque ut nullus extraneus, cujuscunque gradus aut conditionis existat, intra nostrum Collegium noctu hospitetur, cubet aut pernoctet illis duntaxat exceptis qui aliquando nostri Collegii Socii fuerunt aut discipuli jurati, et ab eo ex causis honestis recesserunt. Tales, cum uno eorum serviente honesto, cum facultate Præsidentis aut eo absente Vicepræsidentis, ac utroque absente eorum deputati, honesto modo recipi permittimus, et triduum duntaxat in eodem mense in nostro Collegio pernoctare. Si quis vero nostri Collegii, contra formam hujus statuti, quamvis personam ad comedendum aut pernoctandum intra nostrum Collegium admiserit, seu comestioni aut pernoctationi hujusmodi causam aut occasionem dederit, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem, convictu privetur ipso facto. Et si postea in ea re transgressor inventus fuerit, pœna ipsa aut alia gravior contra ipsum debite aggravetur, secundum arbitrium Præsidentis, aut eo absente Vicepræsidentis, unius Decani et unius Dispensatoris. Præsidentem autem, in virtute juramenti, ad observantiam hujus statuti in omnibus adeo adstringi volumus, decernimus et declaramus, ut neque ipse in virtute juramenti aliquem extraneum, etiamsi aliquando Socius fuit aut domesticus, ad hospitandum vel pernoctandum in Collegio contra formam prædictam inducat, nec etiam ab alio

Commons for strangers.

Admission of females.

Strangers not to pass the night in the College.

quocunque induci scienter permittat. Extraneos autem appellamus omnes quibus ex ordinationibus nostris et statutis vestes et communiæ non sunt assignatæ. Permittimus tamen ut quatuor aut ad summum sex filiorum nobilium aut jure regni peritorum, ad discretionem Præsidentis, possint assumi ad convictum et alia, sumptibus tamen suis non Collegii, quamdiu sint sub tutoribus et honeste se gerant in omnibus exemplo et moribus, ut alii ex Collegio per eos fiant non deteriores.

Admission of children of the nobility.

Cap. 35. *De mora non trahenda in aula post refectiones.*

Turpiloquia, detractiones, jurgia, scurrilitates, verbositas et cætera linguæ vitia, raro vacuum comitantur ventrem ac crebro inflatum et repletum. Quocirca, ut obstemus principiis, mandamus statuentes ut in nostro Collegio, singulis diebus post prandium et cœnam, persoluta prius Altissimo pro acceptis gratiarum actione, et potu caritatis bibere volentibus ministrato, ac etiam post illas potationes in aula (quas bibesia vocant) de more Universitatis pro tempore consuetas, seniores singuli, cujuscunque gradus aut status extiterint, statim, sine ullo intervallo, ad studia sua vel loca alia se conferant, nec juniores alios ibidem moram facere ulterius permittant; nisi quando vel consilia domus vel alia negotia ardua Collegium tangentia immediate debeant pertractari, vel lectiones, disputationes, aut Bibliæ expositiones et declarationes, continuo consequantur; quibus etiam absolutis et finitis statim decedant: vel quando ob Dei reverentiam suæ gloriosæ Matris vel alterius Sancti ad solatium omnium inhabitantium, ibidem conservatur ignis; tunc enim liceat Sociis et scholaribus nostri Collegii, post dictas refectiones et potationes, gratia recreationis, modeste ut decet Clericos, in canticis et aliis solatiis honestis in aula moram facere, et poemata, historias ac mundi mirabilia, et cætera hujus generis, inter se conferre, legere et enarrare.

Against tarrying in the Hall after meals.

Occasional indulgence.

Cap. 36. *De cubiculorum dispositione.*

Ab aula discedimus ad cubicula, ut loca quietis et somni, et post curas et labores receptacula. Statuimus igitur ut unusquisque nostri Collegii in suo cubiculo se honeste gerat et modeste, tam cum suo cubiculario quam cum aliis vicinis; utque nullum quovis tempore a somno quiete aut studio impediat per immoderatos clamores, risus, cantica, strepitus, saltationes, musicorum instrumentorum pulsationes. Sed si aliquando, ante ignem aut alibi, animi laxandi causa cum aliis libeat conversari, producatur tempus cum moderato silentio in his quæ ad virtutem et doctrinam attinent. Neque in his fiant serotinæ comessationes aut potationes, sed temperatæ et salubres. Sed redimus ad cubicula, quæ volumus omnibus nostri Collegii per solum Præsidentem definiri. In quibus, tam superioribus quam inferioribus, sint duo cubilia si opus fuerit altiora, vel saltem

Behaviour in chambers.

Allotment of chambers.

unum altius et aliud humile aut rotale, pro arbitrio Præsidentis. Et in altiori cubet Socius vel scholaris intra biennium probationis, in altero semper discipulus. Nisi forte Præsidens, propter ætatem aut gradum Sociorum, scholarium aut discipulorum, aut ex alia causa perurgenti, eos aliter collocare maluerit et collocaverit. Turri, et cubiculis Præsidentis, et uno pro thesauraria Dispensatorum, et altero pro ratiocinario computo et aliis quæ ad clericum computi attinebunt faciendis, et uno alio pro tonstrina et cereis faciendis, et paucis aliis necessariis Collegii usibus accommodandis, exceptis, et in eos usus reservatis. Mandamus insuper ut Socii, scholares et discipuli, ministri sacelli, omnes et singuli, quartumdecimum excedentes annum, soli in singulis et distinctis lectis intra Collegium nostrum jaceant et cubent. Insuper, volumus quod seniores junioribus concubicularibus bene consulant, bene exhortentur et bonum præbeant exemplum, in disciplinis erudiant, crebras transgressiones et errata eis denuntient, exprobrent et objiciant, et si necesse erit ea ad Præsidentem, Vicepræsidentem vel Decanos, quamprimum deferant verbo vel scriptis.

Cap. 37. *De pensionibus ac stipendiis Præsidentis et aliorum.*

Libentius subitur labor cui respondet emolumentum, efflagitatque justitia ut benemerentibus justum reddatur præmium et pro meritis augeatur merces. Statuimus, itaque, ut Præsidens nostri Collegii, qui plus cæteris est laboraturus majoresque adhibiturus curas et vigilias, quippe omnium Præsidens et minister, pro suo salario annuo, ultra ea quæ inferius assignantur et quæ de jure statutorum et ordinationum nostri Collegii erit alias percepturus, de bonis hujus Collegii, ad quatuor anni terminos, per manus Dispensatorum, decem libras sterlingorum recipiet, videlicet, pro quolibet termino quinquaginta solidos. Habeat etiam pro se, duobus servientibus et clerico computi, si tale pactum de equo cum eo inierunt, et pro Socio qui equitaturus est cum Præsidente in progressu, quinque equos et nunquam plures ad onus Collegii: quos quidem equos quatuor sive quinque quoties defecerint, quocunque casu aut quacunque causa, volumus ut emantur novi et alii ex impensis nostri Collegii, provisione Vicepræsidentis et senioris Dispensatoris, quos volumus attendere diligenter ad omnes impensas quæ fiant circa equos et stabulum, ne nimium increscat sumptus. Et eorum mandato ac consilio provideatur pro equino pabulo, aut gramine, cum tempus fuerit, fœno, stramine, pane et cæteris necessariis; ac insuper pro ornamentis quatuor equorum vel quinque, cum opus fuerit, cellis, frænis, ferramentis et aliis necessariis; et quoties opus fuerit reparatione et renovatione, nostri Collegii impensis. Habeat etiam de bonis Collegii pro ambobus suis famulis, singulis annis, pro vestibus longis, virgas octo; pretium virgæ sint tres solidi et quatuor

Salary of President.

Allowance of horses, &c.

Liveries for servants.

denarii; pro vestibus brevibus sex virgas, ejusdem pretii. Habeat præterea a Collegio omnes expensas pro se et duobus suis famulis, quoties, consilio et assensu Vicepræsidentis, unius Decani et unius Dispensatoris, ac duorum aliorum ex septem maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, ad Collegii negotia obeunda exierit. Ac etiam pro clerico computi et Socio, quoties cum eo in negotiis Collegii equitaverint vel alias ex prædictorum consensu mittantur, necnon pro aliis per ipsum, negotiis Collegii merito exigentibus, foris invitandis, de bonis Collegii habeat expensas. Proviso semper, quod particulas omnium expensarum per ipsum in absentia factarum, intra tres dies post reditum ad Collegium, Vicepræsidenti, Decanis et Dispensatoribus, aut eorum legitimis deputatis, tradere teneatur, per eorum discretiones allocandas aut expungendas, sub pœna amissionis expensarum præmissarum. Si vero Præsidens in negotiis suis propriis abfuerit, de suis bonis non Collegii tunc vivat. Usum tamen equorum Collegii tunc habeat; ea conditione, ut eis in omnibus utatur veluti deberet et vellet uti suis; ut in pabulo, ferramentis et medicamentis, si opus fuerit, non nimia fatigatione, diligenti observatione in diversoriis, et aliis omnibus quæ ad equos pertinent. Ex Sociis autem sacerdotes habeant singulis annis pro pensione, præter convictum et vestem, quatuor marcas, ad quatuor anni terminos consuetos per æquales portiones, per manus Dispensatorum. Socii autem non sacerdotes quadraginta solidos, similiter solvendos. Scholares autem intra biennium probationis et discipuli singuli viginti sex solidos et octo denarios, ad prædictos terminos per eosdem similiter solvendos. Si quis autem Sociorum, scholarium aut discipulorum prædictorum, beneficium quodcunque, hæreditatem, patrimonium, feodum, pensionem, vel aliud, ut præfertur, aut obsequium, cum Collegio post tempus alibi definitum incompatibile nactus fuerit, pacificamque illius possessionem vel ipse vel alius ad ejus commodum et usum habuerit, ab ipso primo die assecutionis et pacificæ possessionis hujusmodi cesset omnino ejus pensio prædicta in omne ævum; nisi fortasse, aliquo prædictorum intra tempus ut præfertur limitatum dimisso, in Collegio permanere maluerit, tunc enim, eo dimisso pensionem, consuetam a Collegio ei pro tempore dimissionem consequente percipere liceat. Et qui post mensem ab incepto quovis termino in nostrum Collegium admissus fuerit, aut totidem dies ante postremum diem alicujus termini prædicti vel ipso Collegio cesserit vel ab eo ejectus fuerit, aut aliquid incompatibile, ut præfertur, cum Collegio, vel pensionem prædictam pacifice possederit, cujuscunque status aut gradus fuerit, pensione sua integra careat pro illo termino. Qui autem in quovis termino per duos integros menses inter Socios, scholares aut discipulos ejusdem, numeratus fuerit, is, exceptis præexceptis, pensionem suam pro rata illius

His expenses when absent on College business.

Pensions of Fellows and Scholars.

termini a Collegio recipiat. Discipulos autem in scholares intra biennium probationis electos et assumptos pensionem discipulis per nos limitatam, et scholares hujusmodi in Socios admissos scholarium pensionem, pro illis assumptionis et admissionis terminis, percipere concedimus et volumus. Vicepræsidens autem, tam pro officio suo quam pro Decanatu theologiæ, singulis annis ad quatuor terminos, per manus Dispensatorum, ultra pensionem suam sibi ut Socio prius assignatam, viginti sex solidos et octo denarios per æquales portiones; uterque Decanorum similiter tredecim solidos et quatuor denarios; uterque Dispensatorum similiter tredecim solidos et quatuor denarios; Lector sive Lectores, si duo fuerint, sophistarum seu logicorum pro quolibet Socio, scholare aut discipulo, Collegii, cui per majorem partem termini legerint, quindecim denarios inter se æqualiter dividendos, pro hujusmodi lecturis et aliis quæ illi officio incumbunt, a Collegio recipient. Ita tamen, ut in nullo eodem termino supra viginti solidos inter se pro iisdem exigant aut habeant quovismodo, nisi quando logicam in Græcis discipulis interpretantur; tunc enim volumus ut, pro eo tempore, pro quolibet cui sic explanant viginti denarios in termino recipiant, si ita videantur Præsidenti aut eo absente Vicepræsidenti et Lectori Græcæ digni. Pro ministris autem sacelli aut famulis Collegii nihil ab aliis aut Collegio exigant, quos tamen ad commune cum discipulis auditorium admittere teneantur. Sacrista autem habeat pro illo officio quadraginta solidos; et Præcentor tantundem pro suo. Qui Præcentor, si judicio Præsidentis et majoris partis seniorum singularis et excellens videatur, quatuor marcas. Modulator organorum viginti sex solidos et octo denarios. Pulsator campanarum et idem minister in æde vestiario viginti solidos, aut ad summum viginti sex solidos et octo denarios. Clericus autem computi habeat pro stipendio quinquaginta tres solidos et quatuor denarios. Obsonator sive mancipium quadraginta solidos. Pincerna viginta solidos. Primus coquus quadraginta solidos. Secundus coquus pro stipendio et conservatione discorun pro quibus respondeat viginti sex solidos et octo denarios. Janitor, pro officio suo, triginta tres solidos et quatuor denarios. Habeat quoque Præsidens pro duobus famulis suis quinquaginta tres solidos et quatuor denarios. Quod si Præsidens cum aliquo istorum conductitiorum minoris quam assignavimus convenire poterit, id ei licere decernimus et declaramus. Et ne discipuli nostri Collegii pensione per nos eis concessa abutantur in luxum, statuimus ut unicuique discipulorum per Præsidentem unus ex Sociis in tutorem deputetur, qui sui discipuli curam gerat, ejus profectus invigilet et incumbat, errantem corripiat et, si non graduatus fuerit nec vicesimum ætatis annum excedens, verberibus, sin minus aliter, cum oporteat corrigiat. Qui tutor pensionem prædictam pro suo dis-

Pensions of Students, Vice-Presidents, Lecturers, Deans, &c.

Pensions of servants, &c.

Students' Tutors to take charge of their pensions.

cipulo a Dispensatoribus recipiat, ac tam de ea quam de reliquis omnibus per eum pro illo discipulo receptis et expositis reddere teneatur, semel in anno, quandocunque per Præsidentem vel eo absente Vicepræsidentem jussus fuerit, rationem. Proviso ut, in hac tutorum deputatione, unicuique Magistro ac Baccalaureo Socio unus deputetur per Præsidentem discipulus, qui cum eo in eodem dormiat cubiculo, ac ei ibidem in licitis et honestis inserviat. Et quoniam intelleximus damna non mediocria Collegiis aliis evenisse ab extraordinario victu (batellas vocant), statuimus ut nemo nostri Collegii supra certam summam pro singulis septimanis, per Præsidentem vel Vicepræsidentem, Decanum et Dispensatorem, limitandam, in batellis consumat; nec pensionem aut vestem ante eorundem completam solutionem percipiat. Et præterea, qui intra quindecim dies proximos post completum aliquem terminum consuetum pro eis plene Collegio non satisfecerit, deinceps extraordinarie intra Collegium quicquam sumere (batellas vocant) non præsumat, sub pœna amotionis perpetuæ a nostro Collegio, quam contrafacientes incurrere volumus, præterquam in causa gravis infirmitatis, ipso facto.

Limitation of battels.

Cap. 38. *De vestibus quas liberatas appellant.*

In Evangelio, merito reprehenditur qui nuptiali veste sicuti alii indutus non prodiit. Vestis enim plerumque ignotum incognito facile præ se fert cujus sit religionis vel loci membrum. Ut igitur nostri monitorem habeant simul et testem fraternæ inter se concordiæ, omnibus nostri Collegii de panno unius prope coloris, licet non unius pretii ac magnitudinis, pro vestibus exterioribus, togas appellant, una cum capitiis pro graduatis, ad impensas et sumptus nostri Collegii, per Præsidentem et cæteros officiarios clavigeros volumus singulis annis in omne ævum provideri, hoc pacto inter eos, ad festum Ascensionis, Pentecostes vel Corporis Christi, pro arbitrio Præsidentis et majoris partis quinque officiariorum, distribuendo. Quicunque fuerit primo die Maii Præsidens, Socius, scholaris, discipulus, minister sacelli aut famulus domesticus nostri Collegii, is recipiat et habeat a Præsidente vel Vicepræsidente et Dispensatoribus ejusdem, ad aliquem ex diebus supradictis, ad sumptus Collegii, portionem panni, ex qua sibi togam conficiat, eaque plerisque illius anni proxime sequentis diebus intra Universitatem publice utatur, sub pœna amissionis pensionis suæ pro illo anno. Excepto tamen et proviso, ut discipuli et sacelli ministri qui nequaquam per quatuor menses anni illius proxime præcedentis, ad primum diem Maii prædictum terminati, in Collegio degerunt, hi nullam hujusmodi portionem ad impensas Collegii ab eodem recipiant. Qui autem ex his per quatuor menses in illo anno proxime præcedente in Collegio degerunt, et primo die Maii prædicto ac etiam tempore distributionis vestium prædictarum degant, his suam portionem

Liveries of one colour.

concedimus, dummodo ipsis Dispensatoribus in commodum Collegii, pro rata mensium et dierum qui de anno illo integro defuerunt, restituant et persolvant, priusquam suam hujusmodi vestem ullo pacto recipiant. Quod si quispiam nostri Collegii Socius, scholaris aut discipulus, locum quem habuit in nostro Collegio ante primum illum diem Maii dimiserit vel amiserit, vel beneficium aut aliud quidpiam cum loco et statu suo in Collegio ultra annum uti supra cavetur incompatibile, vel per se vel per alium ad ejus usum aut commodum, in illo primo die Maii quovis anno pacifice possederit, is omnem suæ vestis prædictæ portionem pro anno proxime illum primum diem Maii præcedente omnino amittat. Ministri autem sacelli et famuli qui ante illum diem sua in Collegio loca et obsequia vel sua sponte dimiserint vel sua culpa aut negligentia amiserint, hi quoque omnem suæ vestis portionem pro illo anno amittant. Summum autem pretium unius cujusque vestis, quod nullo pacto aut ratione unquam de bonis et impensis Collegii augeatur aut excedatur, inclusis etiam in eo sumptibus et expensis emptionis, vecturæ, et siqui aliis umptus circa eam rem quovismodo evenient, ita definimus, ut summum pretium vestis ipsius Præsidentis sit viginti sex solidorum et octo denariorum; Vicepræsidentis autem et uniuscujusque septem maxime seniorum, Decanorumque et Dispensatorum, ac trium nostri Collegii Lectorum publicorum, viginti solidorum; cæterorum autem Sociorum graduatorum uniuscujusque sexdecim solidorum et octo denariorum; Sociorum autem non graduatorum ac scholarium intra biennium probationis quorumcunque, Cantoris quoque et Sacristæ, et præterea discipulorum graduatorum uniuscujusque, tredecim solidorum et quatuor denariorum; Discipulorum autem non graduatorum et duorum sacelli ministrorum non sacerdotum, duorum choristarum et pincernæ quoque et inferioris coqui, decem solidorum; mancipii vero, janitoris et superioris coqui, vestis tredecim solidorum et quatuor denariorum. Pro vestibus autem duorum Præsidentis famulorum, earum pretium in capite de pensionibus et stipendiis supra ordinavimus. Nec tamen prohibemus quin prædictorum quivis, si velit, cum consensu Præsidentis et majoris partis quinque officiariorum, possit quidpiam de suis nummis ad augendum pretium aut mensuram suæ vestis apponere, dummodo idem vel quam proximus sit color. Et tam pro illa exuperantia quam pro sumptibus et expensis emptionis, vecturæ et hujusmodi, prius Dispensatoribus Collegii pro rata solvat quam suam vestem ulla ratione recipiat. De quo Præsidentem et cæteros officiarios in vim juramenti astringimus, ne aliquod detrimentum nostro Collegio ex hac nostra venia et facilitate quovis tempore, ullo modo ejus abusu, in posterum eveniat. Veruntamen, his non obstantibus, committimus judicio Præsidentis et majoris partis seniorum ut, si videatur eis in commodum Collegii, propter multa quæ possunt

Price of livery.

Money instead of livery.

accidere in emptione vestium, possunt dare singulis in pecuniis suam portionem, ut supra allocavimus. Proviso semper ut, si quis negligens sit ut detrita utatur veste et sordida, cogatur ex suo stipendio et pretio vestis emere sibi vestem suæ personæ congruam et decentem, arbitrio Præsidentis, sui Decani et alterius Dispensatorum. His annectimus, ut clericus computi vestes habeat ejusdem portionis et pretii cum altero ex Præsidentis famulis, nisi minoris cum eo conventum fuerit.

Cap. 39. *De provisione pro Præsidente et aliis ægrotantibus.*

Quo in majorem quispiam incidat miseriam eo firmiori indiget auxilio, ne deploratus omnino pereat. Quocirca, ut in nostro Collegio non omni priventur spe, statuimus ut, si Præsidens nostri Collegii in ægrotationem inciderit contagiosam, veluti lepram aut perpetuam insaniam, propter quam oportebit et decebit ipsum ab officio amoveri, tunc ei extra Collegium moraturo de bonis nostri Collegii decem libræ annuatim, ad quatuor anni terminos principales, pro sustentatione sua fideliter persolvantur; dummodo nullam in spiritualibus aut temporalibus possessionem aut victum perpetuum obtineat et possideat. Quod si promotus fuerit in spiritualibus aut temporalibus aut utrisque, non tamen ad summam decem librarum de claro, deductis omnibus quibuscunque, etiam tunc volumus ut id quod deest de illa summa decem librarum suppleatur et eidem persolvatur de bonis nostri Collegii, usque ad summam decem librarum. Et si quid, post cessionem aut amotionem suam, de bonis Collegii vel ante receperit et ea suo usui applicaverit, per successorem suum statim ad restitutionem compellatur, ut in suo juramento fuit astrictus. Si vero prædictus Præsidens nostri Collegii laborat aliqua impotentia vel infirmitate duntaxat temporali, interea tantum percipiet sicut sanus. Et interim Vicepræsidens, Decani et Dispensatores, vices ejus cum ejusdem consilio debite suppleant exerceantque, et fideliter exequantur; præterquam in casibus quibus aliter per nostra statuta et ordinationes specialiter est provisum. Præterea, si aliquem Socium, scholarem aut discipulum, nostri Collegii graviter, judicio Præsidentis aut, eo absente, Vicepræsidentis, et utroque absente Vicepræsidentis deputati, unius Decani et unius Dispensatoris, contingat ægrotare, tantundem a Collegio nostro recipiet quantum sanus esset ab eodem recepturus, et pecunias pro communiis singulis septimanis, quamdiu prædicti allocaverint. Pro pensione vero, singulis mensibus, si tam diuturna fuerit infirmitas hujusmodi, ægrotantibus per manus Dispensatorum persolvi volumus, quamdiu hujusmodi infirmitas duraverit. Qui autem minus quam per septimanam ægrotaverit, aut minus bene valeat stomacho, fueritve natura a cibis consuetis abhorrente, et id prædictis satis probaverit, illi alii parentur cibi, aut juxta ratam præbeatur pecunia. Si

Provision for President in sickness causing removal from office.

In temporary sickness.

Sickness of Fellows, etc.

vero Præsidentem, Socios aut alios, missos pro necessitate et utilitate Collegii aut in negotiis ejusdem, infirmitate brevi aut læsione alicujus membri, ut ex casu ab equo et similibus fortuitis, quæ verisimiliter ei non accidissent si in eo itinere aut negotiis non fuisset, laborare contingat, tunc sustentatio competens ei de bonis Collegii ministretur, secundum ejus statum et gradum et infirmitatis qualitatem. Ac etiam pro ejus curatione ac medicinis necessariis satisfiat, secundum discretionem Præsidentis, aut eo absente Vicepræsidentis, unius Decani et unius Dispensatoris; dummodo tamen per evidentias et probationes justas prædictis constiterit, quod infirmitas hujusmodi ficta non fuerit, vel facile et citius curari non potuit. Et idem infirmus, quam cito equitare poterit, ad Collegium redeat, se Præsidenti et aliis officiariis ostensurus. Et tunc omnino cesset hæc subventio propter medicinas, nisi quatenus in hoc statuto pro aliis infirmis est provisum.

Sickness of President or others absent on College business.

Cap. 40. *De supervisione terrarum et computis faciendis.*

Experti novimus redditus et proventus ex negligentia et incuria possessorum ruere et delabi: verumque est illud adagium, quo quis a sua re sit remotior, eo propinquior est damno. Quocirca, ut in nostri Collegii possessionibus nulla, quoad fieri possit, sit jactura, statuimus ut, singulis annis post Pascha, sine magna dilatione, fiat lustratio et progressio per Præsidentem, vel eo legitime impedito per Vicepræsidentem, vel alium Socium per Præsidentem et majorem partem seniorum electum, et clericum computi, si talem habuerint, ad omnia maneria, beneficia, silvas, boscos, ad nostrum Collegium pertinentia, in quibus Præsidenti et majori parti seniorum hujusmodi supervisio videbitur necessaria; necnon ad pecunias Collegio debitas una cum arreragiis exigendas et recipiendas, et ut ruinosa reficiantur, et quæ superiori anno reparata sunt prospiciantur. In quibus quidem et aliis receptionibus quibuscunque, volumus ut fiant de omnibus et singulis summis receptis mutuæ indenturæ, inter receptores ex parte Collegii ac firmarios et alios quoscunque solventes; ac quod receptores hujusmodi, intra biduum postquam ad Collegium redierint, Dispensatoribus ejusdem reddant indenturas, et eis solvant omnes et singulas summas sic receptas, et eas tunc et ibidem inscribant vel inscribi faciant in magnis indenturis in præsentia Præsidentis vel Vicepræsidentis et alicujus Decani. Ordinantes, præterea, ut, cum nova ædificia vel reparationes domorum et aliorum sint facienda, illa non incipiantur ante primum diem Martii et finiantur aut cessent ante festum Simonis et Judæ extunc proxime sequens. Ædificationibus et reparationibus quæ commode absque dispendio Collegii differri non possunt duntaxat exceptis. Fiat etiam singulis annis alius progressus, post Autumnum, ad ea loca quæ videbuntur prædictis necessaria,

Yearly supervision of lands, etc.

Accompts with farmers, etc.

Buildings and repairs.

Autumnal Progress.

per unum Socium, per majorem partem septem seniorum eligendum, ac per clericum computi, aut necessitate urgente per ipsum Præsidentem, ad ea peragenda quæ supra requiruntur; vel omittatur ille progressus, quando videbitur prædictis non necessarius sed potius sumptuosus. Volumus, insuper, ut in eodem progressu autumnali aut postea, per clericum computi aut alium quempiam ex mandato Præsidentis vel Vicepræsidentis, moneantur omnes et singuli forinseci receptores, ballivi, firmarii et alii computantes, ne ignorantiam allegent et excusent, de certo die Novembris assignato, quo parati sint Oxonii in nostro Collegio ad reddendum computum redditusque solvendos; nisi interdum, ex urgenti causa, per Præsidentem et majorem partem septem seniorum approbanda, aliis temporibus et alibi fuerint faciendi. Statuentes, præterea, ut per Præsidentem, aut eo ex causa urgentissima et rarissima legitime impedito per Vicepræsidentem, duos Decanos et quatuor seniores, aut saltem per majorem partem eorundem, et clericum computi aut alium ejus loco, extrinsecorum computi in nostro Collegio Oxonii audiantur. Quibus completis, statim omnes hujusmodi computi seorsim et particulariter in forma et mundis membranis scribantur; qui, cum rotulis curiarum et aliis memorandis, in ratiocinario aut tabellario reponantur, in quadam cista aut armario, ut ex his evidentiæ et declarationes, tam pro defensione maneriorum ecclesiarum et jurium quam de valore annuo eorundem, de tempore in tempus valeant haberi in futurum. Adjicimus quoque ut, post completionem hujusmodi completi, fiant duæ indenturæ in membranis, omnes summas ex quolibet dominio et aliis possessionibus Collegii receptas et etiam expensas, et onera eorundem, anno præterito continentes, una cum arreragiis particulatim expressis. Quarum una pars remaneat apud Præsidentem alia in manibus Dispensatorum proxime eligendorum, usque ad finem anni futuri. Et tunc easdem apponi volumus in dicta cista aut armario, cum rotulis computorum conservandas, ut sic singulis annis patere poterit status Collegii nostri. His hoc ordine peractis, et satisfactione facta cistis unde Dispensatores prius pecunias mutuati sunt, statim finalis computus omnium communiarum dicti Collegii et aliarum expensarum extrinsecarum quarumcunque per Dispensatores fideliter et complete reddatur, et per auditores prædictos, præter clericum computi, audiatur, et debite perscribatur et conservetur. Excrescentiæ quoque illius anni ante electionem officiariorum in turrim perducantur. Quo computo ut prædicitur reddito et conscripto, statim, sine mora aliqua, ad sacellum aliumve locum nostri Collegii Præsidens et septem maxime seniores per eum præmoniti conveniant, et ibidem dicti Dispensatores claves omnium cistarum et custodiarum quarumcunque eis prius commissarum Præsidenti Collegii prædicti reddant, in signum resignationis et dimissionis

Bailiffs' accompts.

Bursars' accompts.

Their surrender of office.

officiorum suorum. Quod idem, statim post Dispensatores, faciant alii officiarii clavigeri omnes præter Præsidentem, videlicet Decani, deinde Vicepræsidens, suisque officiis decedant. Quo facto, ad Vicepræsidentis cæterorumque officiariorum electionem procedatur, veluti a nobis supra est prænotatum, ordine resignationis converso. Nullique liceat officium sibi deputatum recusare, aut simul duo ex dictis officiis gerere. Proviso ut, qui semel ad aliquod officium in nostro Collegio electus fuerit, is ante finalem computum illius anni ad alium officium incompatibile invitus minime eligatur aut admittatur. Lectorem autem publicum, invitum vel volentem, ad aliquod aliud officium in nostro Collegio eligi, deputari aut assumi, nolumus ullo modo. **Election Officers.**

Cap. 41. *De expensis eorum qui in negotiis Collegii emittuntur.*

Nemo militat suis stipendiis, auctore Apostolo, dignus est enim operarius mercede sua. Statuimus itaque ut Socius aut alius quicunque, ad negotia Collegii obeunda emissus, considerata causæ et negotii qualitate, loci distantia et aliis circumstantiis, arbitrio Præsidentis, vel eo absente Vicepræsidentis, et utroque absente Vicepræsidents deputati, unius Decani et unius Dispensatoris, expensas habeat necessarias. Ita, quod Socii et alii quicunque coram prædictis personis fidelem reddant computum de hujusmodi expensis factis, in veris et certis particulis et non aliis, singillatim, in scriptis, intra duos dies postquam redierint, sub pœna amissionis omnium dictarum expensarum. Et qui ita in negotiis Collegii, vel etiam propriis, aut per integram septimanam aut per majorem partem affuere, eorum interea communiæ ad utilitatem et incrementum transferantur Collegii. **Expenses of a Fellow or other absent on College business.**

Cap. 42. *De custodia bonorum Collegii.*

In re familiari nihil est diligenti custode commodius: quippe res omnis quanto pretiosior tanto celerius, nisi conservetur, patitur jacturam et damnum. Statuimus itaque ut vestimenta, calices, et alia vasa et ornamenta sacra (jocalia appellant), libri, aut alia quæ ad sacellum attinent, nisi forte eorundem quædam tutiori loco fuerint recondenda, ex nostra aut aliorum largitate dicto Collegio, ut divina honorificentius peragantur, collata, aut ex bonis Collegii acquisita, in sacrario sive vestiario tuto reponantur et reserventur, nisi quando ad divina officia sint extrahenda. Quæ ullo unquam tempore, quocunque alienationis titulo, in aliam personam transferri seu impignorari districte prohibemus, aut eadem extra Collegii septa quovismodo deferri, nisi gratia emendandi aut reparandi, aliave ardua et necessaria causa, per Præsidentem vel eo absente Vicepræsidentem, Decanos, Dispensatores, et duos alios ex septem maxime senioribus Sociis nostri Collegii, approbanda, ea ad tempus exportari contigerit. Quæ omnia, quantum ad alienationem, volumus obser- **Custody of the sacred vessels and books.**

vari in vasis, poculis, salinis, cochlearibus et aliis necessariis, argenteis vel aureis, pertinentibus ad aulam, panarium, potarium, aut cubiculum Præsidentis vel aliorum quorumcunque, ac etiam in libris qui ad Bibliothecam attinent, aut qui Sociis per indenturas commodantur. Illud quoque adjicimus, ut in Bibliotheca nullus inferatur aut catinetur liber, nisi sit competentis pretii aut utilitatis, nisi id præceperit voluntas donatoris; nec inde extrahatur nisi forte abundent de ea materia, aut alius eo melior et majoris pretii, qui ejus locum suppleat, a quoquam donetur. Ita ut libri qui sunt pretiosiores, et in quacunque facultate magis utilem ad studium scholasticum complectuntur materiam, in Bibliotheca reponantur. Alios vero indignos Bibliotheca, aut quorum exemplaria in ea satis affluunt, permittimus ut Socii nostri Collegii recipiant, per indenturas inter Præsidentem, vel eo absente Vicepræsidentem, et unum Decanorum, aut alicujus eorum absentis deputatum, ac illos mutuo recipientes. In quibus indenturis, in manibus Præsidentis vel Vicepræsidentis ad exitum anni remansuris, inscribantur initia secundorum cujuslibet libri foliorum ita commodati. Quas indenturas cum libris, tempore convocationis infra statuto, referant vel referri faciant, ac de libris mutuo recipiendis novas faciant indenturas, sub pœna perditionis convictus per unum mensem. Quam librorum commodationem, distributionem, ac in quodam registro chartaceo sive papiri inscriptionem, volumus perfici intra octo dies post calendas Octobris. In qua distributione, omnes libri theologiæ inter Magistros, libri autem philosophiæ et mathematici etiam Græci inter Baccalaureos, libri autem humanitatis et Græci inter Baccalaureos et scholasticos, Socios, scholares aut discipulos, juxta arbitrium Præsidentis, unius Decani et unius Dispensatoris, aut, Præsidente absente, Vicepræsidentis et cæterorum prædictorum, dividantur, nisi voluntas donatorum expresse repugnaverit. Permittimus tamen ut, si forsan posthac, ex largitate donatorum et eadem materia, tot abundent libri ut etiam inutilis sit Sociis mutuatio, tunc, ex consensu Præsidentis et majoris partis seniorum, vendantur ad utilitatem Collegii. Quod etiam volumus observari et in aliis rebus mobilibus inutilibus, et quæ tempore putrescant, quibuscunque nostro Collegio collatis; nisi obstet et expresse adversetur donatoris voluntas. Hoc insuper statuto facimus potestatem Præsidenti, singulis Sociis, scholaribus, discipulis juratis et ministris sacelli, accedendi ad Bibliothecam, venia semel a Præsidente vel Vicepræsidente petita et obtenta, nisi postea eorum aliquis per eosdem vel eorum alterum expresse prohibeatur. Concedimus quoque ut eorum quilibet, venia a Præsidente aut Vicepræsidente obtenta, habeat clavem propriam, qua libere valeat ingredi et egredi; ita ut non inducat extraneos, nisi cum quibus ipse vel alius dicti Collegii Socius, scholaris vel discipulus juratus, velit continue personaliter adesse, et pro quibus etiam velit, si quod damnun

Alienation of plate.

Care and loans of books.

Sale of books, &c.

Admission to Library.

perpetrarint, respondere. Adjicimus quoque, ut quicunque nostri Collegii, Bibliothecam ingredientes, libros quos invenerint apertos claudant; advertant etiam ad fenestras ne, exoriente vento aut pluvia, inferatur damnum aut vitro aut libris. Et quoties quis exierit, neminem ibi relinquens, ostium obseret. Si quis vero in his deliquerit, pœnam, quam supra de Latino sermone observando posuimus, eum incurrere volumus. Præterea, statuimus ut de omnibus libris in Bibliotheca repositis fiat registrum duplex in membranis, unum in ea, alterum apud Præsidentem, permansurum. Fiat etiam et aliud registrum in membranis de his qui mutuo Sociis et scholaribus dabuntur, apud Decanos remanens. Ac quotiescunque donabuntur alii, statim in eorum altero inscribantur. Inscribatur quoque in eo libro sic donato, in folio quo commodius poterit, hujusmodi clausula "Liber Collegii Corporis Christi, ex dono N." adjectis nomine et cognomine donatoris. De vasis, ornamentis, et aliis bonis Collegii quibuscunque apud Præsidentem permanentibus, fiant, in primo ejus ingressu antequam eis utatur, ac postea singulis annis intra triduum post electionem officiariorum sub visu et testimonio Decanorum aut trium aliorum seniorum, indenturæ inter Præsidentem et Dispensatores de his quæ erunt in custodia Dispensatorum. Verum, ut redeamus ad sacellum, volumus ut etiam omnia et singula ad illud attinentia in quodam registro conscribantur, ac in donariis, cum mentione nominis et cognominis donatoris. Quod etiam observari volumus in vasis aut aliis ornamentis aulæ aut cubiculis datis. Volumus, insuper, ut de rebus sacelli omnibus fiant indenturæ inter Præsidentem et Sacristam. Mandantes ut, singulis annis, intra octo dies ante vel post ædis dedicationem, coram Præsidente vel Vicepræsidente, uno saltem Decano, aut ejus absentis deputato, et Dispensatore, ostendantur visibiliter, realiter et distincte, omnia vestimenta, calices, vasa, libri, et alia ornamenta sacelli, in dictis indenturis contenta, ut sic apparere valeat si aliqua de prædictis fuerint perdita, subtracta, dilacerata, rupta aut deturpata; et quæ necessario emendanda fuerint, tempore debito et opportuno emendari et refici valeant. Fiat insuper registrum, ad modum indenturarum bipartitum, de omnibus jocalibus in turri repositis et conservatis; cujus unam partem ibidem in una cista ad ea ordinata continuo remanere volumus, alteram vero partem in custodia Vicepræsidentis. Sit etiam unum amplum registrum, saltem chartaceum, in quo omnia prædicta conscribantur, quod quoties opus fuerit renovetur.

Catalogue of books, etc.

Plate, etc. in the hands of the President.

Registry of Chapel plate, etc.

Other registries of plate, etc.

Cap. 43. *De cistis et sigillo.*

De negligenti custodia quamplurimos audimus conquestos, de vigilanti neminem. Neque major adhibenda est vigilantia quam in communi sigillo, tot solent evenire incommoda. Sta-

Custody and use of Common Seal.

tuimus itaque, mandantes, ut sigillum commune nostri Collegii, literæ patentes Regiæ de licentia fundandi Collegium, et originalis charta fundationis ipsius Collegii, in quadam reponantur et includantur cistula, tribus seris obserata. Quo sigillo communi mandamus ut nihil unquam signetur, nisi quod ante plene et aperte in altero registro, videlicet, indenturarum, obligationum, acquietantiarum et hujusmodi, vel registro præsentationum ad beneficia, admissionum, electionum et talium (volumus enim habere duo), scribatur, et cum registro in sacello Collegii publice conferatur et perlegatur, ac per Præsidentem et majorem partem omnium, ut præfertur, Sociorum super hujusmodi scripto mature communiter deliberatum sit et per eosdem approbatum. In quorum præsentia, dictum commune sigillum a parva cista prædicta, in dicti Collegii sacello, et non alias aut alibi unquam, aperienda, extractum, hujusmodi scripto apponatur. Aliæ autem literæ quæcunque, obligationes, indenturæ sive scripta, cujuscunque tenoris, quocunqueve nomine censeantur, prædicto communi sigillo aliter aut alibi sigillata, omni careant robore firmitatis, præter literas ut præfertur de electione Præsidentis. Et si secus fiat per Præsidentem aut alios nostri Collegii, omnes et singulos qui contra formam præscriptam sigillum commune prædictum alicui literæ, obligationi, indenturæ seu scripto, aut albæ chartæ seu pergameno vel membranæ non scriptæ cuicunque, apposuerint, et qui ad id faciendum consenserint, præter pœnam perjurii, quam ipso facto eos incurrere volumus, ipsos a dicto Collegio privatos fore decernimus ipso facto. Et, nihilominus, ad satisfaciendum pro damnis et injuriis Collegio ea occasione illatis seu inferendis arctius remaneant obligati. Et ad hoc vigore nostri præsentis statuti teneantur. Sint etiam duæ cistillæ, quæ cistæ mutui vocentur, quarum utraque tribus seris sit obserata. In quarum una reposuimus ducentas marcas, in altera vero centum. Ex quibus possunt Dispensatores, cum opus fuerit, a dictis ejusdem cistellæ clavigeris, per modum mutui et per summæ sua ipsorum manu in magnis indenturis et registro ejusdem cistellæ chartaceo inscriptionem, pecunias accipere. Quas pecunias mutuo ita acceptas, vel tantundem, ipsi Dispensatores in fine anni, ante computum suum, dictis cistellis plene et integre restituere teneantur. Sit etiam et altera cistella majuscula, tribus seris obserata, in qua reponantur omnes pecuniæ provenientes de excrescentiis communiarum, et ex redditibus et proventibus Collegii, in fine computi Dispensatorum. Quæ omnes pro litibus et placitis defendendis, necnon pro possessionibus amplioribus, si oporteat, acquirendis, tutissime conserventur. In qua sit unum registrum, in quo, in fine cujusque anni, scribatur quantum inferatur, quantumque in ea tunc contineatur; ac, quoties extrahendi occurrat necessitas, inscribatur summa extracta, cum causa et præsentium nominibus. Et uniuscujusque

Loan chests.

Surplus chest for suits, etc.

istarum cistellarum prædictarum claves inter se diversas habeant Præsidens unam, Vicepræsidens aliam, Decanus artium senior tertiam. Et hæc cistella pro placitis, et duæ aliæ, videlicet, ea in qua collocavimus sigillum, et una mutui in qua ducentas marcas reposuimus, in una majori et forti cista includantur tribus seris obserata, quarum claves servent duo Dispensatores et artium Decanus junior; quæ cista major in superiori parte turris collocetur. Ubi etiam alia reponatur cista magna valida et bene munita, ac tribus seris obserata, quarum claves servent Præsidens, Decanus senior artium et senior Dispensator; in qua custodiantur vasa et alia quæ non erunt in quotidiano usu. Quæ cista suum habeat registrum, in quo scribantur omnia et singula in ea contenta. Ac etiam, si quando ex urgenti causa opus erit aliquid eorum extrahi, scribantur in eodem dies et causa extractionis et restitutionis, ac præsentium in extractione et restitutione nomina. Ostii autem hujus superioris in turri cameræ, tribus variis seris obserati, claves servent Vicepræsidens, junior artium Decanus et junior Dispensator. Sit etiam, præter hæc, una cista in thesauraria duabus seris obserata, quarum diversas claves habeant inter se duo Dispensatores, pro pecuniis de proventibus Collegii per eos receptis, atque de eisdem ibidem securius et tutius conservandis, quantæ sufficient ad onera quotidiana supportanda. Residuum vero pecuniæ receptæ perducatur ad cistam in turri, et in ea reponatur.

Keys of chests.

Other chests.

Cap. 44. *De evidentiis, munimentis et scriptis.*

Ut in nostro Collegio provocati ad lites et arma semper sint parati, nec ad pugnam in acie progrediantur inermes, statuimus ut eorum arma, hoc est, evidentiæ, chartæ, munimenta et reliqua scripta, in superiori camera turris ponantur. Ita ut in una cista magna, valida et secura, tribus obserata seris, quarum diversas claves habeant Præsidens, Vicepræsidens et senior artium Decanus, conserventur omnes bullæ Apostolicæ et Episcopales cum processibus, appropriationes ecclesiarum, ordinationes vicariorum, chartæ Regiæ et aliorum dominorum, cæteraque munimenta originalia, et ea quæ sunt majoris ponderis, præter chartam Regiam licentiæ fundationis et chartam magnam nostræ fundationis prædictas; liber quoque originalis omnium statutorum nostrorum, nostro sigillo obsignatus, castigator depravationis, si quæ obtigerit. In capsis autem in eadem camera collocatis reponantur registra, transcripta chartarum Regiarum et aliorum dominorum, computus Dispensatorum, indenturæ magnæ et arreragiorum. In aliis quoque capsis ibidem, pro unoquoque comitatu confectis, imponantur capsellæ ligneæ, includentes chartas, munimenta et scripta, computos, curiarum rotulos, ad quodlibet manerium aut beneficium in eo comitatu pertinentia, rentalia, terraria cum limitibus (bundas appellant) quæ in duodecimo vel ad minus

Custody evidences, muniments, statutes, &c.

vicesimo quolibet anno renovari volumus, ut constet ubi destringatur, cum opus fuerit, et ne particula terræ majori adjuncta ab ea devoretur. Prohibemus, insuper, Præsidenti ac omnibus et singulis Sociis Collegii nostri, ne ad ostensionem evidentiarum seu earum exemplariorum sint nimis proni aut properi, præsertim in hujusmodi quibus tangitur jus seu titulus possessionum Collegii; sed tantummodo fiat ostensio hujusmodi cum deliberatione matura, cum ad hoc moneat urgens causa et necessaria valde, et cum eorum jurisprudentium consilio in quibus præ cæteris confidunt; ut sic evitentur imaginationes, inventiones subtiles, ac pericula quæ insequi poterunt.

Showing evidences.

Cap. 45. *De bonis et possessionibus non alienandis.*

Accumulatores potius exoptamus in hoc Collegio quam adimentes; raroque videntur aliena acquirere qui sua negligenter dispergant. Statuimus igitur ut maneria, advocationes, jus patronatus ecclesiarum, terras, tenementa, redditus, servitia, nativos, solum vel aream ubi domus fuit, silvam aut boscum, id est locum ubi crescebat, prata, pascua, pasturas, seu alia bona immobilia quæcunque nostri Collegii, spiritualia seu temporalia aut mixta, nullo modo aut colore alienentur; nisi forte contigerit eos aliquando habituros domos in urbibus aut oppidis, aut alia ædificia, maxime molendina, quæ magnas semper requirunt reparationes et parum terrarum pascuorum aut redditum ad ea pertineat; talia nempe permittimus pro terris, pratis, pascuis, pasturis, redditibus, concurrente unanimi consensu Præsidentis, Vicepræsidentis et majoris partis Sociorum, ac Patroni Collegii, permutari. Adjicimus quoque ut nihil prædictorum quorumcunque ullo tempore vel ad terminum vitæ cujusquam, aliter quam nunc prædictum est, alienetur sive impignoretur. Nolumus præterea ut maneria aut firmas ultra viginti annos, aut ecclesias appropriatas aut portiones ultra decem annos, ad firmam aut alio modo alicui tradant seu dimittant, nec per scriptum aut aliter ad ulteriorem dimissionem post lapsum dictorum annorum Collegium sub quovis colore obligent, sub pœna perjurii ipso facto. In maneriis tamen et locis ubi terræ tenentur secundum consuetudinem manerii et servantur curiæ, observetur illorum consuetudo. Rursus, si quæ terræ aut tenementa pervenerint in posterum ad dictum Collegium, per escaetam sive forisfacturam, defectum hæredum, per donum vel emptionem, vel alio modo, illa possunt per copias secundum consuetudinem manerii vel indenturas, ut præfertur, dimittere. Indenturæ quoque cujuscunque dimissionis erunt inter Præsidentem et scholares ex una parte et recipientem seu recipientes ex altera parte conficiendæ, sigilloque communi dicti Collegii et recipientis sigillandæ. Et apponatur hæc clausula in omnibus indenturis, quod hujusmodi tenentes terras, tenementa, beneficia, portiones aut quæ-

Against alienating lands, &c.

Terms of leases of lands.

Clause in leases against sub letting.

cunque alia, ipsa vel aliquam partem eorum non alienabunt, nec terminum aut tempus sic eis concessum aliis personis quibuscunque concedent seu qualitercunque tradent, sine licentia speciali et consensu Præsidentis et scholarium prædictorum; et ad omnes particulas in hujusmodi indenturis contentas debite observandas recipientes, una cum fidejussoribus, in summa convenienti Collegio sint omnino obligati. Et quanquam supra prohibuimus maneria et firmas magnas ultra viginti annos per indenturas dimitti et locari, permittimus tamen ut areæ et domus in urbibus, oppidis, villis et vicis, ac etiam horti, gardina, et hujusmodi particulæ minutæ, per perticas aut pedes limitatæ et molendina, possint tradi seu dimitti ad quinquaginta aut ad summum octoginta annos. Statuentes, præterea, ut Præsidens et Socii nostri Collegii pensiones annuas vel cantarias perpetuas, aut corrodia aliqua, nullo pacto ex nostro Collegio concedant, nec ad aliqua onera spiritualia vel temporalia nostrum Collegium in perpetuum, vel ultra terminum quadraginta annorum, obligent quovismodo; nisi, pro hujusmodi onere supportando suaque indemnitate et interesse, redditus et possessiones perpetuas ad omnia hujusmodi onera supportanda sufficientes, (ita ut quarta saltem pars redditiuum et possessionum hujusmodi singulis vel plerisque et communibus annis in perpetuum, ultra omnia alia onera, de claro, in omne ævum Collegio proveniat) pro Collegio adepti et nacti fuerint, et quiete possideant: ut, videlicet, ad onus hujusmodi trium librarum, Collegio conferantur redditus et possessiones perpetuæ ad valorem quatuor librarum ultra reprisas singulis annis continuum, vel saltem plerisque, et ita proportionabiliter. Ita, quoque, ut decrescentibus aut deficientibus citra culpam aut fraudem Præsidentis et scholarium illis redditibus et possessionibus, decrescat aut deficiat pars oneris, vel ipsum totum onus proportionabiliter respondens.

Leases of houses, &c.

Against granting annuities or corrodies.

Cap. 46. *In quibus Sociorum consensus Præsidenti sit requirendus.*

Tametsi magnam Præsidenti dedimus auctoritatem, ut Principi, et cæteris imperitanti, ne tamen fretus sit nimium suo ingenio aut potestate, statuimus ut, in majoribus Collegii negotiis, videlicet in traditionibus aut locationibus firmarum, beneficiorum ecclesiasticorum et maneriorum, præsentationibus ad beneficia, quorum advocationes vel jus patronatus ipsi jam obtinent aut posthac obtinebunt, aut in causis, controversiis, placitis, litibus, ipsum Collegium concernentibus, aggrediendis seu inchoandis, aut aliis similibus aut majoribus negotiis, omnes septem seniores nostri Collegii, tempore quo pro hujusmodi negotiis sit providendum in Universitate præsentes, ad vocationem dicti Præsidentis, in sacellum aliumve locum intra nostrum Collegium una cum Præsidente conveniant, ad communiter tractandum et deliberandum de hujusmodi negotiis.

President to consult with senior Fellows in certain affairs.

Et quod in præmissis unanimiter per Præsidentem et majorem partem eorundem deliberatum et consensum fuerit, roboris habeat firmitatem. Liceat tamen Præsidenti cum ab Universitate abfuerit, si aliqua lis movenda tunc ei subito occurrat, aut locatio firmæ ad paucos annos facienda, quæ sine damno aut præjudicio Collegii usque ad ejus reditum ad Collegium differri non potuit, eam tunc in eo casu aggredi, et quatenus res interea exigat prosequi ac conficere; dummodo ex eo grave damnum Collegio non sit probabiliter eventurum; consilio Sociorum ut præfertur minime requisito.

Cases of exception.

Cap. 47. *De portis et ostiis.*

A turri descendimus ad januam, cui præsit Janitor vigilans, a Jano bicipiti dictus, uti ingredientes et egredientes perspiciat, ne intret suspicio exeat furtum. Statuimus, igitur, ut porta prope murum Sanctæ Frideswidæ vergens in hortum, et altera janua versus culinam, continue maneant clausæ et seratæ, nisi ex causa vecturæ lignorum, carbonum, lapidum, tegularum, aut aliorum necessariorum ad Collegium aut inhabitantes. Janua vero magna et principalis sub turri non aperiatur in toto, nisi causa vecturæ, aut mandato Præsidentis vel Vicepræsidentis, aut, utroque absente, ejus deputati. Ostium vero sive portula in ea, a primo die Septembris usque ad primum diem Aprilis, circiter horam octavam post meridiem claudatur, et mane circiter horam sextam, post missam videlicet matutinalem, aperiatur; nisi ex causa rationabili per Præsidentem vel eo absente Vicepræsidentem, aut, utrisque absentibus, per eorum locum tenentem, approbanda. A primo vero die Aprilis usque ad principium Septembris circiter horam nonam post meridiem claudatur, hora quinta mane vel circiter aperiatur. Claudanturque, præterea, omnes portæ ac ostia prædicta singulis diebus tempore prandii et cœnæ, ac etiam bibesiorum, in quibus in aula Antiphonam Beatæ Mariæ Virginis cantari decrevimus, et hoc a principio usque ad finem. Nec liceat dictum ostium semel clausum ante tempus statutum aperire, nisi ex causa necessaria, per Præsidentem vel eo absente Vicepræsidentem, aut ambobus absentibus Vicepræsidentis deputatum, et unum Decanum, prius approbata, vel in crastino merito approbanda. Claves autem dictarum portarum et ostii in custodia Præsidentis et eo absente Vicepræsidentis, et utroque absente Vicepræsidentis deputati, interea saltem noctu remanere volumus.

Closing the gates.

Cap. 48. *De modo procedendi contra Præsidentem criminosum vel alias inhabilem.*

His ordine dispositis, ad errata quæ accidere possunt pervenimus, adhibituri quæ poterimus remedia: incipientes a Præsidente, ut duce et principe, quo bono et provido ut nihil est

utilius, ita, imprudenti, inepto, indigno, criminoso, nihil est detestabilius. Quocirca, statuimus ut Præsidens quicunque propter terrarum, tenementorum, redditiuum, possessionum spiritualium seu temporalium, sua culpa, diminutionem seu alienationem, vel propter detractionem, ablationem, alienationem illicitam bonorum et rerum ipsius Collegii, infamiam incontinentiamque notabilem, negligentiam intolerabilem, homicidium voluntarium, aliamve causam enormem ipsum Præsidentem omnino reddentem criminaliter irregularem vel aliter inhabilem, necnon propter infirmitatem infectivam et contagiosam perpetuam, cujus occasione non poterit absque scandalo officium hujusmodi exercere, ab eo penitus amoveatur. Ad cujus amotionem hoc modo procedatur, videlicet, ut statim, vel saltem intra quindecim dies postquam aliquod præmissorum commiserit, vel in eorum aliquod inciderit, primo per Vicepræsidentem, assistentibus ei aliis duobus officiariis clavigeris, et duobus aliis Sociis ex septem simpliciter senioribus dicti Collegii, vel saltem cum assensu et assistentia duarum tertiarum partium omnium Sociorum dicti Collegii, vel, Vicepræsidente nolente aut negligente, per Decanum artium seniorem, cum prædictorum assistentia, moneatur Præsidens et suadeatur ad voluntarie cedendum ab officio. Quod si sponte intra triduum cedere noluerit, tunc, intra octo dies post hujusmodi monitionem, Vicepræsidens, assensu et testimonio omnium Sociorum dicti Collegii vel saltem omnium prædictorum, modo aliquo prædicto sibi in Præsidentis monitione assistentium, vel, ipso nolente aut negligente, dictus Decanus artium senior, cum assensu et testimonio prædictorum, denunciabit Domino Wintoniensi Episcopo, aut, eo in remotis agente, Vicario in spiritualibus generali, seu, sede Wintoniensi vacante, custodi spiritualitatis ejusdem, per duos aut tres ipsius Collegii Socios seniores, cum literis aliquo sigillo autentico ac signo et subscriptione alicujus Notarii publici signatis, vel saltem, loco sigilli autentici, subscriptione dicti Vicepræsidentis vel artium senioris Decani et prædictorum assistentium, ac Notarii publici signo, communitis, causas, defectus, crimina, excessus vel enormia Præsidentis continentibus. Proviso, quod omnes hujusmodi assistentes ac testimonium perhibentes, prius tactis sacrosanctis Evangeliis, coram Vicepræsidente aut Decano artium seniore, ipso primum id coram eis præstante, ac deinde a singulis illorum exigente, jurabunt quod non per invidiam, malitiam, odium vel timorem ipsius Præsidentis, amorem vel honorem alicujus promovendi ad illud officium, nec per conspirationem æmulorum aut confœderationem, nec per procurationem alicujus vel aliquorum, nec prece aut pretio aut alio quocunque modo illicito inducti, sed solummodo pro bono zelo et utilitate Collegii prædicti, et pro utiliori et convenientiori regimine ejusdem et honore, testimonium illud perhibebunt. Episcopus vero Wintoniensis, vel,

Cases for removal of the President.

Manner of proceeding.

ipso in remotis agente, suus Vicarius in spiritualibus generalis, aut, sede Wintoniensi vacante, custos spiritualitatis ejusdem, de causis, criminibus, excessibus et defectibus, contra dictum Præsidentem propositis, summarie et de plano et extrajudiciali cognoscat; et si, per sufficientes informationes ministratas, hujusmodi suggesta, quæ ad dicti Præsidentis amotionem sufficere debeant, reperiat esse vera, statim, aut saltem intra triduum proxime secuturum, ipsum ab officio suo et ab administratione sua amoveat, sine ulteriori dilatione, dictique Collegii Sociis denuntiet et injungat ut ad electionem novi Præsidentis libere procedere valeant et debeant, juxta formam in statutis superius expressam, cessantibus appellationis, recusationis, querelæ, aut cujuscunque alterius juris et facti remediis, quibus hujusmodi amotio valeat impediri aut differri, quæ omnia irrita esse volumus, statuimus et decernimus, ipso facto.

Cap. 49. *De modo procedendi contra Socios aut scholasticos in majoribus criminibus.*

Cases for the removal of Fellows, scholars, and students.

Non assentimus Stoicis, omnia crimina paria facientibus, sed alia aliis graviora aut leviora in eodem discernimus genera, omnia fugienda sed majora magis, et idcirco gravior ea sequitur pœna. Qua de causa, statuimus ut, si contra aliquem Sociorum, scholarium vel discipulorum, nostri Collegii infamia oriatur, super crimine hæresis, simoniæ, aut de perjurio manifesto vel furto notabili, homicidio voluntario, adulterio, incestu, injuriosa et atroci percussione Socii, scholaris vel discipuli, ei læsionem valde gravem, et a judicibus infra designatis æstimandam, inferente, aut de iniqua et injuriosa, licet non multum atroci, percussione Præsidentis, Vicepræsidentis, vel alicujus officiariorum aut Doctorum nostri Collegii, eorum alicui læsionem dictorum judicum æstimatione non mediocrem inferente, vel super aliquo crimine de majoribus criminibus, vel super eo quod notorius fornicator existat, aut quod conspirationes illicitas contra statum Collegii fecerit aut inierit, vel eas fieri procuraverit, vel facientibus conspirationes hujusmodi præstiterit consilium vel favorem, aut aliquod factum hujusmodi perpetraverit per quod aliquod damnum præjudicium vel scandalum, judicum hic designatorum sententia, multum grave dicto Collegio generetur; et præmissa vel eorum aliquod coram Præsidente, assistentibus ei Vicepræsidente, Decanis et Dispensatoribus, vel saltem uno Decano, uno Dispensatore, et aliis tribus ex septem maxime senioribus, publice confessus fuerit, vel per testes idoneos prædictorum judicio approbandos, aut per facti coram eisdem evidentiam, manifeste reus eorum judicio et sententia convictus fuerit, eum statim a nostro Collegio, præsentis virtute statuti, nulla alia monitione præmissa, exclusum et privatum fore ipso facto decernimus, absque cujuscunque appellationis vel querelæ remedio.

Cap. 50. *De punitione in minoribus criminibus.*

Sicuti ex scintilla plerumque neglecta accenditur ignis qui splendidissimas incendat ædes, ita ex delicto impunito creberrime ad perpetranda flagitia crescit audacia. Quam ut a nostro excludamus Collegio, statuimus ut si quis Socius, scholaris, discipulus aut minister, crimen vel delictum aliquod de levioribus commiserit, de quo probabiliter coram Præsidente vel Vicepræsidente et uno Decanorum fuerit convictus, veluti inobedientiam non pertinacem, aut irreverentiam nequaquam gravem contra Præsidentem vel Vicepræsidentem, aut contra suum seniorem, sive jurgium breve vel verbum indecorum cum Vicepræsidente, Decanis, Dispensatoribus vel aliis Sociis, seu levis contentio per eum in dicto Collegio vel extra fuerit suscitata, vel alio modo leviter excesserit seu deliquerit, per quod grave scandalum sibi vel Collegio minime generetur, is per Præsidentem vel Vicepræsidentem corripiatur de commisso, et, sub pœna subtractionis suæ ex Collegio sustentationis, moneatur attente ne postea talia attentare præsumat. Quod si postea in eodem vel consimili sic iterum delinquat, si in nostris statutis alibi de hujusmodi crimine, delicto, vel pœna pro eo infligenda, aut ad quorum arbitrium pro eo puniri debeat, expressa mentio facta fuerit, tunc secundum exigentiam eorundem puniatur et castigetur. Quod si in eisdem, de hujusmodi delicto vel pœna, expressa mentio facta non fuerit ad quorum arbitrium pro eo puniri debeat, tunc secundum excessum et delicti quantitatem Præsidens vel Vicepræsidens, cum consensu unius Decani, eum corrigat puniatque pro commissis, per convictus ad tempus subtractionem, vel in aula ut solus, dum cæteri prandeant, solo pane et potu, et quandoque sola aqua cum pane appositis, sedeat, aut per injunctionem ut per horam vel horas, cum minime vellet, aliquid scribat aut componat in Bibliotheca; quod quidem scriptum sit paratus ostendere cum prædicti jusserint, ne conterat tempus. Cui quidem injunctioni si non effectualiter paruerit, augeatur pœna pro inobedientia. Quas pœnas aut correctiones culpabilis in ea parte, absque contradictionis, appellationis vel querelæ, obstaculo, in virtute juramenti sustineat patienter. Verum si postea hæc eadem perpetraverit, acrius contra eum procedatur, prout in aliis nostris statutis plenius continetur, quibus per hoc nostrum statutum nolumus in aliquo derogari, sed ipsa in suo robore volumus permanere.

Punishments for minor offences.

Cap. 51. *De subtractione vel diminutione convictus, sive pensionis pro convictu.*

Convictores a convictu, quia simul vivunt et aluntur, dictos arbitramur: quos in nostro alveario tam diu esse volumus quam diu se ut decet gerant: contrarium facientes usque ad

dignam castigationem convictu suo priventur, vel incorrigibiles a contubernio nostro excludantur. Statuimus igitur ut omnibus et singulis nostri Collegii Sociis, scholaribus, discipulis et ministris, communiæ per nos ordinatæ et debitæ sustentationes præstari debeant, quam diu suis superioribus rationabiliter et humiliter fuerint obtemperantes, et cum Sociis suis honeste et modeste se gesserint, necnon studio scholastico, lecturis, disputationibus, ac scientiis seu facultatibus quibus incumbent, secundum formam in his statutis descriptam, diligenter vacantes ac etiam proficientes, necnon in divinis officiis et obsequiis, præsertim, secundum formam in nostris statutis traditam, diligentes fuerint et assidui, ac juramentum suum ipsi Collegio in eorum admissione præstitum bene conservaverint, ac bonis et probis moribus et laudabiliter se habuerint. Quod si qui in præmissis vel eorum aliquo contrarium fecerint, et super hoc coram Præsidente vel Vicepræsidente et altero Decanorum convicti fuerint, notabiliter vel deliquerint, nisi ad monitionem et mandatum eorundem effectualiter se correxerint, usque ad emendationem prædictorum judicio condignam, cesset in eorum personis exhibitio communiarum prædictarum, et ab eisdem, vigore præsentis statuti et ordinationis communiæ sive convictus, auctoritate Præsidentis vel, eo absente, Vicepræsidentis et unius Decani, sine favore, usque ad dignam ut præfertur emendationem, realiter subtrahantur; statutis nostris aliis hanc pœnam vel aliam infligentibus in suis casibus nihilominus in suo robore permansuris. Decernentes, præterea, et declarantes ut, quicunque nostri Collegii per convictus subtractionem ad tempus puniti sint, non in oppido sed in aula nostri Collegii, Baccaulaurei videlicet, in artibus et non graduati soli vel cum aliis punitis, cæteri vero Magistri more consueto, interea discumbant et comedant, deque bonis propriis continuo, vel saltem in fine termini, Dispensatoribus pro eodem sub pœna perjurii, ipso facto, juxta ratam allocationis consuetam tunc in Collegio currentis, satisfaciant et solvant; ita tamen, quod privatus minus quam per unam septimanam pro singulis diebus solvat duos denarios. Et hujusmodi correctiones, una cum causa et illius puniti nomine, in Decanorum registro per manum ejusdem puniti statim scribantur; qui Decani exemplum earum correctionum vel pœnarum omnium, in fine cujusque termini, ante solutionem pensionum et stipendiorum, Dispensatoribus tradere teneantur; sub pœna amissionis pensionis suæ pro illo termino, ac satisfactionis pro damnis et interesse, si quæ Collegium illius carentia patiatur.

Withdrawal of commons.

Those so punished to feed in the College, not in the town.

Registry of punishments.

Cap. 52. *De statutorum lectione, et scrutinio semel in anno celebrando.*

Tametsi ignorantia cæca in his ad quæ observanda adstringitur quispiam nemini opitulari debeat, sed adversari potius et

in eum objici; ne tamen quispiam in hoc nostro Collegio eam frustra adducat pro defensione, statuimus ut sint originalis horum statutorum libri duo exemplaria, quorum alterum remaneat apud Præsidentem vel ejus supplentem vicem, alterum, catena alligatum, in cistula fixa et obserata in Bibliotheca collocetur, cujus cistulæ clavem habeant singuli Socii quos deceat, ex consensu tamen et licentia Præsidentis, aliis nullo pacto ad eum pateat accessus. Adjicientes ut, ad mandatum Præsidentis, Vicepræsidentis aut ejus supplentis locum, omnes et singuli Socii, scholares et discipuli, in aula Collegii, die congruo, in quo minus fuerit impedimentum studii aut actus scholastici, præcedentibus biduum aut triduum inter prandendum publicis monitionibus, singulis videlicet, illis diebus una monitione, convocentur et conveniant in sacellum vel aulam nostri Collegii, primo intra octo dies vel circiter ante festum Sancti Michaelis, in Septembri; secundo, intra octo dies vel circiter ante Natalem Domini, tertio in hebdomada proxima ante Pascha; quibus sic hora definita congregatis, legantur publice, sensim productim et distincte, hæc nostra statuta et ordinationes, vel bona pars eorundem, ita ut ad minus omnia et singula statuta et ordinationes nostri Collegii, saltem a capite de divinis officiis usque ad extremum apicem, in dictis tribus vicibus per tres portiones proportionales perlegantur. Siquis vero prædictorum nostri Collegii a lectura et recitatione statutorum hujusmodi, impedimento cessante legitimo, per eum qui convocavit et unum Decanum approbando, abfuerit, convictu per quindenam ipso facto privetur. [Præterea, volumus ut illa vice congregationis ad lecturam statutorum quæ erit ante Pascha, statim post lecturam statutorum, pro illa vice, in sacello vel aula, fiat scrutinium pro reformatione violationis statutorum et ordinationum nostri Collegii vel alicujus eorundem, vel alterius rei cujuscunque quæ ad Collegii utilitatem expedire videbitur, tam intra Collegium quam extra, sive in spiritualibus sive temporalibus; in quo scrutinio, ne oriatur suspicio, ita procedatur. Volumus ut Præsidens, si præsens, et non legitime impeditus, vel aliter Vicepræsidens, assumat sibi unum de discretioribus Sociis, qui sibi assistat in singulis hujusmodi examinationibus ac scrutiniis, et denuntiata scribat; inhibentes ne examinatores aut eorum aliquis nomina personarum in scrutinio hujusmodi quidpiam coram eis detegentium sive deponentium ullo modo unquam revelent, in virtute sui juramenti Collegio præstiti. In quo scrutinio, de singulorum in nostro Collegio vita, conversatione, moribus et scientiis, profectu, observantia statutorum et ordinationum nostrarum, necnon de omnibus quæ in ipso nostro Collegio vel personis ejusdem correctione et reformatione indigent, cautius et diligentius a singulis Sociis nostri Collegii tunc in Universitate præsentibus, sine ordine, a senioribus incipiendo, seorsim et privatim inquiratur. Quos omnes specialiter et singillatim ad hoc coram eis vocari, ac vocationi, inquisitioni et examinationi hujusmodi,

Two copies of the Statutes.

Reading the Statutes.

Enquiry into violations of Statutes.

parere; ac quæ denuntianda cognoverint et revelanda eis tunc denuntiare volumus, sut pœna perjurii, ut secundum quod per has inquisitiones ibidem repertum fuerit corrigantur. Quod si ad perficiendum præmissa primus dies scrutinii non sufficiat, ipsum tunc prorogari volumus et continuari ad tres dies proxime sequentes, si negotiorum et rerum necessitas tantum temporis exigat, et non ultra. Præterea, volumus ut convictiones, punitiones, reformationes et correctiones quæcunque, omnium et singulorum excessuum, transgressionum, defectuum, per quoscunque dicti Collegii commissorum et in hoc scrutinio compertorum, intra quindecim dies post Pascha hujusmodi delinquentibus infligantur. Aliorum autem vel aliter aut alio tempore compertorum] convictiones, correctiones et reformationes, intra tres dies continuos postquam ipsa comperta fuerint vel denuntiata, seu alias de eis constiterit, secundum vim, formam et effectum, statutorum et ordinationum ipsius Collegii, absque ulteriori dilatione, fiant debite et ut decet; nisi forsan, propter Præsidentis aut personæ delinquentis, aut alicujus ad hujusmodi convictionem, correctionem et punitionem, secundum ordinationes et statuta dicti Collegii requisiti, absentiam, vel propter aliam causam urgentem, correctiones et reformationes hujusmodi merito fuerint differendæ vel dilationes expetant largiores; ad quas tamen injunctiones, correctiones et reformationes, ita dilatas, quamprimum commode per ista fieri possunt, ac cæteras omnes prædictas ut præfertur faciendas, Præsidentem et officiarios qui in illis interesse habent in virtute juramenti decernimus obligatos. Ad hæc, mandamus ut in Sociorum correctionibus et punitionibus, omnibus et singulis, de quibus in nostris statutis fit mentio specialis, coram Socio puniendo, antequam puniatur, legantur statuta et particulæ in quibus fit mentio de excessu, crimine aut delicto, pro quo fiet punitio delinquentis. Si vero in nostris statutis de tali excessu vel delicto aut pœna delinquentis specialiter cautum non existat, nec alias fiat mentio specialis ad quorum discretionem et arbitrium puniri debeat, in eo casu, Socius sit scholaris vel discipulus, eum ad tempus puniri volumus secundum arbitrium et discretionem Præsidentis vel Vicepræsidentis et unius Decani, vel, ipsis aut eorum aliquo absentibus, suorum deputatorum aut deputati. Statuentes, præterea, ut nullus in nostro Collegio, cujuscunque gradus aut status existat, alium ejusdem Collegii quemcunque, de aliquo crimine, excessu vel delicto, coram Præsidente, Vicepræsidente aut Decanis, delatum vel accusatum, et legitime convictum, tueatur, vel eidem assistat verbo vel facto, aut pro eorum aliquo falso, frivole, minaciter aut obstinate aliqualiter alleget, quominus ipsius delinquentis justa convictio, punitio seu correctio, fieri valeat, secundum formam et exigentiam ordinationum et statutorum nostrorum, aut quo ipsa hujusmodi convicti correctio retardetur, differatur, aut ad alium vel ad alios quam statuta nostra præ-

Punishments of offences.

Offences not specially mentioned by the Statutes.

Protection of offenders.

cipiant deferatur, sub pœna amotionis perpetuæ a Collegio nostro; quam, si quis in hac parte deliquisse, secundum formam in capite de punitione in majoribus criminibus traditam, convictus fuerit, incurrat ipso facto. Volumus, insuper, ut nulli personæ nostri Collegii, super aliquo crimine, excessu vel delicto, detectæ seu delatæ, tradatur seu ostendatur exemplar sive copia compertorum, detectorum aut delatorum, seu alicujus eorundem, vel nomen alicujus detegentis, deferentis aut denuntiantis, illi tradatur, ostendatur aut indicetur, aliquo, pacto, ullove in omne ævum tempore, verbo vel facto, nutu, scripto vel signo, per se vel interpositam personam, sub pœna perjurii et amotionis perpetuæ a nostro Collegio; quam pœnam quemque horum tradentium, ostendentium, revelantium seu indicantium, incurrere volumus et decernimus ipso facto; sed ad comperta et detecta personaliter respondeat. Ubi si, secundum ordinationum et statutorum nostrorum exigentiam et tenorem, convictus fuerit, correctionem debitam subeat, sub pœna amotionis perpetuæ a nostro Collegio, cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus, et aliis juris et facti remediis, per quas seu per quæ ipsius delinquentis punitio differri valeat seu alias quovismodo impediri.

Against furnishing the accused with a copy of the charges.

Cap. 53. *De Visitatione.*

Adeo pronum et ad malum proclive est humanum genus et, uti quotidie videmus, varietas temporum optima quæque aufert et mutat, ut non sit in nostra potestate eas condere leges et statuta quæ non violabit aliquando astutus et versipellis, aut male interpretando aut aliquid fraudis ingerendo, aut excogitando modum quo nodum quamvis Herculeum dissolvat. Nos, tamen ea quæ duximus nostro tempore utilia et commoda inferentes, freti auctoritate et benignitate successorum nostrorum Episcoporum Wintoniensum, quos nostri Collegii Patronos et Visitatores relinquimus, ut illi ex sua liberalitate, mera benignitate adducti, et fervida caritate in fidem Christianam inflammati, ad hoc alvearium conservandum invigilent, ut statuta et observationes nostræ observentur, virtutes et disciplinæ nutriantur, possessiones et bona spiritualia et temporalia prospero statu floreant, jura, libertates ac privilegia, defendantur et protegantur; ea de causa statuimus, ordinamus et volumus, ut liceat domino Episcopo Wintoniensi qui pro tempore fuerit, et nulli alii nec aliis, quoties per Præsidentem nostri Collegii, Vicepræsidentem, Decanos et Dispensatores, vel per Præsidentem et quatuor alios ex septem maxime ejusdem senioribus, vel per Præsidentem et quatuor ex illis senioribus, vel, Præsidente et Vicepræsidente invitis recusantibus aut negligentibus, per quinque ex aliis septem senioribus hujus nostri Collegii, vel per duas tertias partes Sociorum ejusdem, fuerit requisitus, necnon, absque requisitione ulla, de quinquennio in quinquennium semel, ad nostrum Collegium, per se vel suum Commissarium speci-

Bishops of Winchester appointed Patrons and Visitors.

Visitation by the Bishop or his Commissary.

alem quem duxerit deputandum; præterquam per Cancellarium Universitatis seu ejus Commissarium generalem, seu Procuratores Universitatis Oxonii, et præterquam per illos qui ex dicto nostro Collegio pro aliquo crimine aut delicto amoti sunt, aut amotionem hujusmodi fugientes recesserunt, ac præterquam per Præsidentem aut aliquam personam nostri Collegii, aut alios quoscunque in Universitate per unam quindenam anno proximo eam Visitationem præcedente studentes, et præterquam per religiosos qualescunque, prædictorumve aliquem, aut consanguineum alicujus Socii nostri Collegii; ad ejus Visitationem libere accedere, Præsidentemque ac alios singulos Socios, scholares ac discipulos, ejusdem nostri Collegii in sacellum ejusdem convocare. Cui quidem reverendo patri ac Commissario suo, præterea nemini, vigore præsentis statuti plenam concedimus potestatem ut super omnibus et singulis particulis et articulis in nostris statutis contentis, ac de quibuscunque aliis articulis, statum, commodum aut honorem, dicti Collegii concernentibus, aut quæ in dicto Collegio aut aliqua illius persona fuerint reformanda aut corrigenda, præterquam de secretis aut occultis, Præsidentem, Socios, scholares et discipulos, interroget et inquirat; cogatque eorum unumquemque in virtute juramenti et per censuras, si opus fuerit, ad dicendum veritatem de præmissis omnibus et singulis, etiamsi super eis non fuerint specialiter requisiti, præterquam ut dictum est de secretis et occultis; excessusque ac negligentias, crimina et delicta, quocunque dicti Collegii qualitercunque commissa et in ea Visitatione comperta, secundum excessus exigentiam et criminis aut delicti qualitatem, debite puniat et reformet; cæteraque omnia et singula faciat et exerceat quæ ad eorum correctionem et reformationem sint necessaria aut quovismodo opportuna, etiamsi ad privationem aut amotionem Præsidentis, Vicepræsidentis, vel alterius cujuscunque, ab administratione sua vel officio, seu si ad amotionem alicujus Socii, scholaris vel discipuli, ab eo Collegio, statutis et ordinationibus id exigentibus, procedere contingat. Quos quidem Præsidentem, Socios et scholares, discipulos ac præterea ministros, quoscunque etiam famulos, prædicto domino Episcopo et suo Commissario, sed nulli alii, quoad omnia et singula præmissa, volumus et præcipimus effectualiter intendere et parere. Statuentes, insuper, ut nullus, in Visitationibus prædictis seu aliis scrutiniis faciendis in dicto Collegio, contra Præsidentem aut aliquem alium ipsius Collegii quicquam dicat, deponat seu denuntiet, nisi quod verum crediderit, seu de quo publica vox vel fama laboraverit contra eundem, in virtute juramenti ab eo Collegio præstiti. Ordinantes, præterea, uti domino Episcopo Wintoniensi, cum in persona propria visitare et præmissa facere dignetur, Præsidens et Dispensatores, unam in Collegio refectionem et quinque marcas ei humiliter et reverenter offerant. Commissario autem, cum præmissa fecerit, duas refectiones in Collegio et quadraginta solidos per manus Dispensatorum de

Power to enquire, reform, and punish.

Power to remove President or others.

Allowance to Visitor.

bonis Collegii persolvi concedimus, pro omnibus expensis et laboribus in hac causa, tam in itinere quam in Universitate, tempore hujusmodi Visitationis. Ita, quod dictus Episcopus quinque marcas, Commissarius vero quadraginta solidos, in uno et eodem anno pro actu Visitationis ad sumptus Collegii non excedat. Nec inceptam aliquam Visitationem ultra duos dies proxime sequentes, aut ex causis urgentissimis et rarissimis ultra quinque dies, prorogari aut continuari ullo pacto volumus. Sed, lapso et acto illo triduo, et, quando ex causis prædictis ulterius prorogatur, sexto die transacto, eo ipso Visitatio illa pro terminata et dissoluta habeatur. Et si quæ in ea comperit corrigenda et reformanda, quæ brevitate temporis corrigere et reformare non potuit, ea Præsidenti in scriptis tradat, qui ea omnia, secundum formam et exigentiam statutorum, quamprimum corrigere et reformare, in virtute juramenti et sub pœna privationis a suo Præsidentis officio, ipso facto, teneatur. Prædictorum quoque reverendorum patrum Wintoniensium Episcoporum et Commissariorum suorum quorumcunque conscientias apud Altissimum quantum possumus gravius oneramus, ac in visceribus Domini nostri Jesu Christi hortamur et obsecramus, ut in faciendo et exequendo præmissa, secundum Apostoli doctrinam, non quærant quæ sua sed quæ Jesu Christi, solumque Deum habentes præ oculis mentis, favore, timore, odio, prece aut pretio, coloribus, occasionibus postpositis quibuscunque, inquisitionis, correctionis et reformationis, officium diligenter impendant et fideliter in omnibus exequantur, sicut coram Deo, in ejus extremo judicio, in hoc cusu voluerint reddere rationem. Statuentes, præterea, ut Præsidens, Socius, scholaris, aut alius quispiam nostri Collegii, super excessibus vel delictis in Visitationibus et inquisitionibus per dictum Episcopum Wintoniensem vel ejus Commissarium, ut præmittitur, faciendis accusatus vel detectus, copiam compertorum vel detectorum hujusmodi sibi tradi, edi, dari, ostendi, aut nomina detegentium vel denuntiantium sibi exponi aut declarari, nullo modo petat, neque ipsa comperta et detecta aut nomina detegentium tradantur eidem aut ostendantur; sed super eisdem compertis et detectis statim coram ipso domino Episcopo vel ejus Commissario personaliter respondeat, ac correctionem debitam subeat pro eisdem, secundum nostrarum ordinationum et statutorum exigentiam et tenorem; cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus, querelis, et aliis juris et facti remediis, per quæ ipsius correctio et punitio differri valeat seu alias quovismodo impediri. Si tamen ad privationem aut inhabilitatem Præsidentis, aut expulsionem Socii aut scholaris, per Episcopum aut ejus Commissarium agatur, tunc ostendantur ei detecta; quæ si non poterit rationabiliter evitare et probabiliter et justa defensione propulsare, amoveatur, sine appellatione aut ulteriori remedio; dummodo ad ejus expulsionem concurrat consensus trium ex septem maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, sine quorum con-

Duration of visitation.

Cases omitted to be referred to the President.

Against furnishing a copy of charges to the accused.

Case of removal of President, Fellow, or Scholar.

sensu irrita sit hujusmodi expulsio et nulla, ipso facto. Et insuper, si contra Præsidentem ad amotionem ab officio per hujusmodi domini Episcopi Commissarium, etiam consentientibus tribus ut præfertur senioribus, procedatur, non negamus ei omnes querelas et defensiones justas et honestas apud ipsum dominum Episcopum Wintoniensem, dummodo ulterius non apellet; non obstante nostra ordinatione prædicta aut aliis quibuscunque.

Cap. 54. *Conclusio omnium statutorum.*

Peractis jam nostris institutis et legibus, quæ ut in omne ævum permaneant inviolata pientissime exoptamus, ac Præsidentem et cæteros omnes nostri Collegii, cujuscunque fuerint gradus aut ordinis, ut ad eorum observationem dies noctesque invigilent, enitantur, omni torpore excusso elaborent, hortamur, obsecramus, et in virtute corporis et sanguinis Jesu Christi, quæ eis adoranda proposuimus, obtestamur. Extremam itaque apponentes manum paucula adjicienda duximus, quæ ad prædictorum statutorum clariorem et dilucidiorem attinebunt interpretationem, et quæ præterea peragenda decrevimus, si (quod Deus avertat!) redditus et proventus nostri Collegii, aut etiam ædificia aliave bona ejusdem, decrescant, labefactentur, ruant aut cum insigni damno labantur aut minuantur. Quoniam igitur in plerisque nostris statutis Præsidentis auctoritatem, consilium, operam, judicium, præsentiam vel diligentiam, adesse vel præesse oportere decrevimus, nullam, etsi nostræ in eis voluntati aut studio minime obsequatur, certam pœnam adjicientes; idcirco, ne supinus dormitet aut audacior confidentiorque contemnat, licere quicquid libeat arbitratus, mentem nostram ita interpretamur; ut Præsidens nostri Collegii, quoties sua culpa gravi, contemptu aut supina negligentia, aliquid omissum est quod faciendum censuimus, aut factum quod ne fiat prohibuimus, toties pœnam perjurii ipso facto incurrat. Quinetiam Socii, scholares ac discipuli, quodvis nostrum statutum, præter ea quæ ad mores attinent, suumve profectum aut exercitium scholasticum, violantes, similiter perjurium incurrant. In his autem nunquam nisi ubi in vim juramenti expresse astringitur vel pœna perjurii expresse infligitur, vel nisi pœnam aliam legitime inflictam subire contempserit, in his vero semper. Quumque idem Præsidens in suo juramento ad certam residentiam, præterquam in negotiis Collegii, astringitur, ne eorum prætextu diutius quam statuimus a Collegio abesse præsumat, interpretamur, decernimus et declaramus, eum nunquam censendum in negotiis abesse Collegii, nisi quando in altero sit jubente statuto progressu, vel alias, ex certa expressa et urgenti Collegii causa, per Socios vel seniores, juxta formam et exigentiam statuti emittatur. Quod si, negotiorum Collegii aut alterius causæ cujuscunque prætextu, aliter vel diutius a Collegio abfuerit quam nostra statuta expresse permittant, eo ipso ejus officium

Additions to Statutes and explanations.

Violation of Statutes by President,

Or others.

Absence of President.

in Collegio vacare decernimus et declaramus, Vicepræsidentemque ac cæteros Socios nostri Collegii, omnes et singulos, intra quindecim ad summum dies post lapsum temporis ei ut præmittitur ex statutis concessi vel permissi, vacationem officii publicare ac diem electioni novi Præsidentis præfinire, aliumque novum Præsidentem juxta formam statutorum eligere, electionemque usque ad effectualem illius novi Præsidentis possessionem et assequutionem prosequi, in vim juramenti per præsentes astringimus. Si tamen ipse Præsidens, aliusve Socius, scholares aut discipulus, dum extra Universitatem egerit, intra tempus ei ex statutis concessum, in gravem infirmitatem inciderit, vel in carceres, citra suam culpam insignem et enormem, majoris partis septem seniorum judicio æstimandam, conjectus fuerit, ut ea ratione intra tempus sibi ex statutis vel per seniores secundum formam statutorum concessum ad Collegium redire nequeat, tunc ejus locum tantisper in Collegio nolumus vacare, dummodo intra viginti dies post lapsum illius temporis, ei ut præfertur concessi, eam suæ absentiæ rationem septem senioribus faciat significari, et insuper, intra quindecim dies postquam a carceribus vel ab infirmitate ulla liberatus fuerit, ad Collegium redeat. Præsidens autem aut alius nostri Collegii quicunque in carceres sua culpa, unde Collegio scandalum prædictorum judicio grave oriatur, ubicunque conjectus, eo ipso a nostro Collegio in omne ævum sit amotus. Quod si quispiam nostri Collegii intra Universitatem in carceres ex quavis causa conjectus fuerit, vel intra eandem adeo ægrotaverit ut negotiis Collegii interea occurrentibus interesse nequeat, eum tantisper pro absente ab Universitate, quoad illa acta, volumus reputari. Et ne etiam Præsidens, in illis casibus ubi ejus vel, eo absente, Vicepræsidentis et Decani, vel alterius cujuspiam, consensum vel judicium requirendum duximus, Decani vel aliorum consensum non sibi sed Vicepræsidenti adjungendum dicat, interpretamur, decernimus et declaramus, eorum consensum qui, absente Præsidente, cum Vicepræsidentis judicio aut auctoritate requiritur, non minus etiam præsente Præsidente, nisi aliter uspiam exprimatur, requirendum. Et in cæteris statutorum locis, si ex consimili disjunctione ambiguitas nascatur, eodem modo censemus et præcipimus interpretandum. Præterea, discipulos nostri Collegii non minus quam si liberi nostri essent educare et promovere cupientes, ne per ætatem aditus eis interdum ad Societatem in nostro Collegio præcludantur, volumus, concedimus et ob eorum gratiam statuimus, ut nostri Collegii discipulis nulla per nos definita ætas, quavis ratione aut prætextu, unquam obsit, modo cætera adsint, quominus sint idonei ut in scholares per biennium probandos eligantur. Quinetiam externum in literis Latinis juxta statuti exigentiam eruditum, ac præterea in logicalibus admodum doctum, dummodo cætera omnia requisita adsint, in discipulum licebit eligere; dummodo nonum decimum suæ ætatis annum non

Sickness or imprisonment during absence.

Consent of Dean or others to proceedings of President.

Age in students not a bar to promotion to scholarships.

Election of a stranger to be student.

excesserit. Ac insuper externum, in literis Latinis aut Græcis egregie eruditum, et cæteris illius ætatis longe præstantiorem, modo cætera omnia requisita adsint, in discipulum eligere licebit; dummodo suæ ætatis vicesimum primum annum non excedat: statutis nostris ac juramentis eligentium vel eligendorum præstitis vel præstandis non obstantibus quisbuscunque, cum quibus per præsentes, quoad ætatem, in his casibus duntaxat dispensamus. Et quoniam sæpe in nostris ordinationibus correctiones et punitiones juxta vices augendas decrevimus et statuimus, ne ea res aliquando posthac in controversiam veniat aut ambiguitates pariat, declaramus nos ita sentire, ut si quis semel vel sæpe in eodem vel consimili ante primam punitionem et correctionem deliquerit, ejus correctio et punitio pro illis omnibus aut singulis, quandocunque deprehendantur, sive diversis temporibus fiat vel semel pro unica vice reputetur, et omnia post primam pro consimili correctionem commissa vel delicta, unum sint aut plura, in secunda vice reputentur, quousque pro aliquo illorum post primam punitionem commissorum puniatur, ac consimiliter de tertia vice et reliquis censemus, statuimus et ordinamus. Volentes, tamen, ne aliquod crimen aut delictum impunitum remaneat, et statuentes ut, quicunque de pluribus ad eandem vicem juxta hanc nostram declarationem pertinentibus, sive simul sive disjunctis temporibus, etiam post suam pro aliis ad aliam quamcumque vicem attinentibus castigationem, fuerit convictus, is pro quolibet eorum puniatur, juxta vicem ad quam secundum hanc nostram ordinationem et declarationem pertineat. Has autem interpretationes, declarationes, dispensationes, ac statuta omnia et singula per nos edita et signata, optamus, jubemus et præcipimus, in omne ævum durare immutata: servata nobis dum vixerimus hæc omnia interpretandi, declarandi, minuendi, mutandi, derogandi et statuendi, potestate; his ordinationibus nostris et statutis factis aut faciendis, aut aliis, etiam juramento firmatis, non obstantibus quibuscunque. Cæteris autem omnibus, cujuscunque dignitatis, auctoritatis, status, gradus aut conditionis, existant, ac Præsidenti et Sociis nostri Collegii, omnino inhibentes ne aliqua nova statuta pro nostro Collegio aut aliquibus ejusdem personis ordinent, condant aut decernant, aut cum aliquo statuto nostro dispensent. Quod si quæ nova per successorem nostrum Wintoniensem, alium vel alios quoscunque, edantur vel statuantur, eis nolumus aliquem nostri Collegii detineri astringi aut obligari, sed ab eorum observantia Præsidentem et cæteros omnes nostri Collegii auctoritate nostra eximimus et liberamus, et eis omnibus et singulis, ne alicui ejusmodi statuto vel ordinationi pareant aut eam quovismodo admittant, sub pœna perjurii et amotionis perpetuæ a nostro Collegio, ipso facto, inhibemus. Si tamen super aliquo articulo statutorum nostrorum inter Præsidentem et Socios, aut inter ipsos Socios aliosve quoscunque nostri Collegii, dubium aliquod aut ambiguitas, controversia seu opinionum varietas et discordia, oriatur, cujus

Increase of punishments for repetition of offences.

Adherence to statutes.

Prohibition of new statutes.

Power of interpretation of doubtful cases by

decisio, sanus et planus intellectus, intra octo dies a tempore exorientis emergentis aut commotæ dubitationis computandos, nequiverit inter eos haberi, tunc volumus quod partes dissidentes duos ex nostri Collegii Sociis eligant, qui, quam citius poterint, dictum Episcopum Wintoniensem pro tempore existentem, in quo sinceram fiduciam ponimus, quemque, juxta planum, communem, literalem et grammaticalem, sensum et ad dubium prætensum aptiorem, omnes hujusmodi ambiguitates interpretari, dissolvere ac declarare, confidimus et obsecramus, ubicunque intra regnum Angliæ fuerit, adeant; vel saltem totam controversiam in duobus scriptis, sua ipsorum manu ac Notarii publici scriptione, vel alicujus sigilli autentici appositione, munitis, eidem domino Episcopo significent. Cujus quidem domini Episcopi determinationi, interpretationi et declarationi, super prædicto dubio, ita ut præfertur disputato ac ad eum delato, faciendis, Præsidentem, Socios, et cæteros omnes nostri Collegii obtemperare volumus et cum effectu parere, sub ipsorum debito juramenti Collegio nostro præstiti, et pœna amotionis perpetuæ a nostro Collegio, ipso facto. Nolentes quod, per aliquam consuetudinem, abusum, vel actum aliquem quemcunque, intentioni aut verbis ipsorum statutorum nostrorum et ordinationum in aliquo derogetur. Ac, præterea, si Præsidens et major pars omnium Collegii Sociorum, vel Præsidens et major pars septem seniorum, cum tribus officiariis clavigeris, aliquid excogitaverint in nostro Collegio per quoscunque faciendum, quod in Collegii aut inhabitantium commodum, utilitatem, honorem, aut meliorem gubernationem, suo ipsorum judicio plurimum conduceret, nec alicui statuto nostro quomodolibet adversetur, tunc eis id liceat decernere, statuere, ac ad ejus observationem cæteros quoscunque sub certis et rationabilibus pœnis astringere, quousque ipsi vel eorum in eodem Collegio successores æqualibus et consimilibus votis id duxerint revocandum. Si vero, temporis injuria, hominum malignitate, aut alio infortunio quocunque, redditus et proventus nostri Collegii tollantur, minuantur aut decrescant, aut ampliora ejusdem ædificia ruant aut labantur, aut bona alia cum magno et fere intolerabili damno ejusdem perierint aut labefactentur, tunc volumus etiam ejus onera hoc ordine levari, videlicet, si ædificia Collegii aut maneriorum, beneficiorum aut aliorum, ad Collegium pertinentium, in magnam incidant ruinam, incendia aut alia fortuita, ut propter frugum amissionem aut consumptionem, si hujuscemodi habuerint in manibus firmariorum, aut fortasse propter animalium, si, quæ destauro Collegii habuerint, mortalitatem, caritatem frugum, ballivorum et præpositorum incuriam, et alios casus fortuitos (quod absit!), reliqua bona mobilia, videlicet, animalia firmariis et custodibus tradita, si quæ fuerint, et immobilia ut redditus et proventus, non sufficiant, statutis inconcusse observatis, ad sustentationem eorum qui sunt de numero

Bishops of Winchester.

Power to President and Fellows to make ordinances.

Subtraction from pensions of Fellows to meet decay of revenue, or to effect repairs of buildings.

Collegii, et ad alia necessaria intrinsecus et extrinsecus juxta ordinationes ejusdem supportanda, statuimus et ordinamus ut tunc, singulis hebdomadis, de singulorum Sociorum præsentium et aliorum de primo ordine de pensione denarius unicus subtrahatur, et ad restaurationem et reparationem defectuum reservetur et convertatur, quousque ad pristinum, vel saltem pro omnibus per nos statutis sufficientem, statum Collegium nostrum reducatur. Et quia ad domum in qua manent et ad suum receptaculum magis perspicere debent, statuimus ut ad reparationem sacelli, aulæ, aut aliorum ædificiorum intrinsecorum Collegii, si grandis immineat sumptus in casibus prædictis, singulis hebdomadis, de singulorum pensionibus in primo ordine tres denarii, ac de singulorum pensionibus in secundo ordine duo denarii, subtrahantur, et in reparationem hujusmodi convertantur et fideliter expendantur, donec hujusmodi reparationes sufficienter refectæ et consummatæ fuerint. Quod si major adhuc urgeat ruina aut jactura quam ut per hanc diminutionem restitui, instaurari, aut ferri et sustentari, possit, aut si redditus et possessiones per nos deputatæ vel executores nostros eidem collatæ, aut de bonis ejusdem acquirendæ, ita diminuantur ut ad omnia onera in statutis nostris descripta non sufficiant, tunc volumus ut de pensionibus singulorum Sociorum, scholarium et discipulorum, ejusdem subtrahatur singulis annis aut unus terminus aut medietas pensionis generalis: et tunc liceat unicuique nostri Collegii quantumvis in stipendium non perpetuum, ad orandum et celebrandum in nostro Collegio, a quibuscunque, quousque pensiones Collegii recreverint, recipere, non obstante nostro statuto in contrarium edito. Quod si hæc hujusmodi subtractio adhuc non sufficiat, tunc volumus quod ab omnibus præter Præsidentem tres partes pensionis hujusmodi auferantur; et, si Collegii necessitas, Præsidentis et septem seniorum vel majoris partis Sociorum judicio æstimanda et approbanda, ita postulaverit, etiam tota. Præsidenti vero volumus integram servari pensionem per nos assignatam sine diminutione, quamdiu effectualiter et pro totis viribus et ingenio laboret, nitatur, studeat et vigilet, dies noctesque, ad incrementum et augmentationem [redditum et proventuum ad cæterorum sustentationem et levamen]; et hoc committimus sincero et non corrupto judicio Vicepræsidentis et septem seniorum, aut Vicepræsidentis et majoris partis septem seniorum. Sin negligens, torpens, et nihil aut parum curans, per prædictos judicetur, privetur primo pensione sua pro uno termino, et si non sic penitus emendaverit, privetur medietate pensionis. Ac deinde, si necesse erit, auferantur omnes pecuniæ quas pro communiis inter eos, tam diebus festis quam exequiarum celebrandis, vel pro sublevanda frumenti aut victualium caristia, supra assignavimus. Et si adhuc onera Collegii levari oporteat, tunc decrescat primo numerus ministrorum sacelli, præter sacristam, et eorum officia interea per Socios

Subtractions from pensions for repairs of Hall or Chapel.

Further subtractions in cases of need.

Further subtraction.

President's pension to remain entire during good conduct.

Withdrawal of commons in case of need.

Diminution of number of

non officiarios clavigeros et discipulos, per Præsidentem et majorem partem septem seniorum ad ea, pro nullo vel exiguo, ad summum unius marcæ, stipendio ab eisdem statuendo, deputandos, in omnibus pro viribus diligenter et fideliter suppleantur. Quorum ut præfertur in hoc casu deputationi et mandato eos omnes et singulos ita deputatos parere volumus, sub pœna perjurii, ipso facto. Missam autem matutinalem celebrent tunc Socii per vices, cum cæteris duabus missis supra assignatis, cessetque lectio nostra theologica. Et deinde, si major adhuc urgeat necessitas, vestes Præsidentis et Sociorum, ac cæterorum quorumcunque nostri Collegii, etiam famulorum, si ea conditione vel ipsi vel alii conduci possunt, per nos concessæ et assignatæ, vel integre vel quantum necessitas Collegii tunc postulaverit, auferantur. Et tunc tandem (et non antea), si major premat necessitas, decrescat sive minuatur numerus discipulorum per nos assignatus, incipiendo ab ultimo admisso, et ita per ordinem ascendendo, si oporteat, ad eorum maxime seniorem. Ita tamen ut, simul ut incipiunt decrescere discipuli, unus ex famulis Præsidentis vel janitor mancipii subeat onus et officium, nullum pro eo stipendium exigendo, et postea clericus computi nullas, nisi tantisper dum Collegium ex urgenti causa ejus opem, consilium aut officium, domi efflagitet, habeat communas. Quod si (quod Deus avertat!) amplior exigitur oneris Collegii levatio, tunc volumus quod decrescat numerus scholarium intra biennium probationis, ab eorum ultimo ad biennium probationis admisso inchoando. Et deinde, si adhuc oporteat, Sociorum numerus decrescat, incipiendo ab ultimo in Socium admisso, et ita secundum ordinem admissionis ascendendo. Ac, ablatis octo de numero scholarium hujusmodi et Sociorum, tunc ante ulteriorem Sociorum diminutionem tolli volumus omnino janitorem, et ejus officium tunc suppleat quatemus possit unus ex reliquis famulis per Præsidentem deputatus. Ceras Collegii conductus aliquis externus conficiat; suisque impensis unusquisque ubi voluerit radatur. Proviso ut, si propitio Deo, redditus et bona alia post quamvis prædictam deductionem denuo recrescant aut restaurentur, quod tunc semper recrescat et augeatur tam numerus quam vestes et pensiones ordine quo decrescebant, in omnibus converso, incipiendo, videlicet, semper ab eo quod ultimo decrevit, et ascendendo quatenus possunt, quoad Collegium pervenerit ad statum in nostris statutis superius descriptum et expressum. Quæ restauratio et redintegratio ut maturior sit et celerior, statuimus et ordinamus ut, quoties, ob diminutos nostri Collegii redditus et proventus, aliquam ejusmodi pensionum aut cæterorum deductionem fieri ut præfertur oporteat, toties tanta fiat onerum prædictorum levatio et detractio, ut quadraginta libræ ultra omnia onera, in fine cujusque anni, ad ærarium Collegii de claro proveniant, ad priorum redditum recuperationem vel

Chapel ministers.

Withdrawal of allowance of clothes.

Diminution of number of students.

Diminution of number of scholars and Fellows.

Removal of the porter.

Pensions, &c., to be restored as the revenue revives.

Yearly surplus of forty pounds to be maintained, by diminishing charges.

novorum comparationem comservandæ, et, cum primum occasionem et opportunitatem assequuti fuerint, in illos usus et non alios consumendæ. Ad quæ omnia et singula et Præsidentem et reliquos omnes nostri Collegii, sui juramenti, in eorum ad Collegium admissione præstiti, virtute, in omne ævum volumus obligari. Has leges vobis, carissimi filii, tulimus et proposuimus, justas, ut arbitramur, utiles et sibi consentientes, ac præterea ita examinatas, libratas et digestas, ut paucissimas pariant quæstiones, facillimasque habeant si nascantur solutiones; non nimis rigidas, ne generosiores aut tenelli eas detractent, nec rursus nimis lenes aut lentas, ne insolentes aut lascivi eas facile dirumpant et excutiant; multitudine vero ita temperatas ut suum quisque munus facile sustineat, nec cujuspiam officium desit aut desideretur; et, ad hæc, adeo luculentas ut nemo tam sit lippus aut cæcutiens qui eis offendi, implicari, aut imprudens citra suam culpam eis possit illaqueari. Quas omnes excogitavimus, conscripsimus, statuimus et edidimus, scientes omnium consensu receptum leges animam esse civitatis et populi, adeoque omni politiæ esse necessarias ut, cum cætera animantia, tum etiam ipsum apum gregem mellificum legibus propagari, augeri et conservari. Quocirca, qui nostras institutiones et ordinationes prædictas spreverit aut violaverit, is cupimus et præcipimus puniatur, vexetur, et pœnis statutis acerbissime citra veniam affligatur. Qui autem eas inoffense, inconcusse, et quoad possit integre, servaverit, servandasque curaverit, is in nostro alveario tantisper tutus, immunis, quietus, honoratus, degat et pascatur, et deinde splendidissimum illud lumen, cui tam sedulo ceram præparavit, expeditus mox assequatur et suscipiat, ut tandem pretiosissimum illud Christi Corpus cui nostrum alvearium dicavimus, omni melle incomparabiliter suavius, luculenter intueatur, visoque summa cum voluptate in omne ævum fruatur. Cui sit gratia, honor et gloria, in sæcula sæculorum! Amen.

Character of the statutes.

Postquam nostra edidimus statuta, in quibus omnia et singula quæ ad utilitatem et Collegii et inhabitantium attinerent inseruimus, intelleximus tamen, ex fidorum relatione et experimento, deesse quædam exponenda et declaranda, quædam etiam adjicienda ad perfectiorem Collegii et Collegarum in futurum statum. Quæ omnia et singula, quæ a nobis hic adjiciuntur, exponuntur, declarantur ac nostra subscriptione confirmantur, volumus, decernimus et mandamus, ut eandem habeant auctoritatem quam haberent si inter cætera statuta conscripta essent, observenturque in omne ævum non minus violanda quam prædicta, virtute juramenti quo se astringit unusquisque. Sed rem aggrediamur. Et quoniam prosperam hujus Collegii gubernationem et moderationem summopere ut debemus expetimus, statuimus et inviolabiliter observandum

mandamus, ut, quandocunque Johannem Claimondum jam Præsidentem ab hoc sæculo migrare contigerit, aut propter morbum continuum aut corporis debilitatem ab officio suo ut inhabilis cesserit, volumus ut ei sine ulla alia electione, si supervixerit, corpore et animo vigens, succedat Robertus Morwent jam Vicepræses: cujus industriam, fidem, diligentiam et summum in Collegium studium et amorem, jam multos annos experti sumus; non obstante statuto quod de electione Præsidentis præposuimus. Nec volumus hoc postea in exemplum trahi, sed electionem debito modo fieri ex statuti ordine. Prohibentes, insuper, ut ullus futurus Præsidens, virtute juramenti, ullam unquam pensionem annuam, aut pecuniam aut obligationem ullam, pro resignatione aut cessione accipiat; sed, si resignare aut cedere voluerit, liberum et sine ulla obligatione obstrictum Collegium et futurum Præsidentem relinquat, ponaturque in ejus obligatione clausula qua possit condemnari eadem pœna quam sua præscribet obligatio.

Robert Morwent to succeed J. Claymond as President.

Receival of money by a President for resignation of office.

Experimur quotidie et ante oculos cernimus quantum crescat indies luxus et sumptus immodicus in scholasticorum promotione, quando ad altiorem provehuntur gradum, non sine gravi parentum aut beneficiorum onere et suorum ipsorum incommodo. Quippe, quæ inaniter et supervacue in cibo et potu absumunt, possent utiliter in libris coëmendis expendere. Nos igitur, censorum more qui leges sumptuarias condiderunt, superflua damnantes, statuimus et omnino decrevimus uti in hoc nostro Collegio hic modus impensarum in omne observetur ævum, neque ullo tempore nullave causa excedatur; videlicet, ut qui logica initiantur et generalis (ut appellant) creatur, in cœna aut compotatione non supra viginti expendant denarios Anglicos. Baccalaureus vero in suo prandio cœnave, non ultra quadraginta Anglicos denarios. Magister quoque in suis comitiis (actum appellant) non expendat supra viginti solidos Anglicos, nisi fortasse sit creandorum princeps (seniorem vocant), qui, ut mos nunc est et consuetudo academiæ, amplioribus solet onerari impensis in pascendis Procuratoribus, Præconibus, et quibusdam aliis. Præoptamus tamen magis ut nostri sint in eo ordine infimi (quos appellant juniores), uti proficiant magis expendant minus. Prohibemus insuper ne qui futuri sunt Baccalaurei aut Inceptores, ut appellant, pridie quando adeunt Cancellarium et Procuratores, faciant comessationes aut compotationes (bibesia vocant). Quod si quis contra fecerit et hoc nostrum statutum contempserit, et super hoc convictus fuerit coram Præsidente, Vicepræsidente et maxime seniore, aut eorum duobus, volumus ut quantam pecuniam absumpsit, ultra summam a nobis præscriptam et præfinitam, tantam ex convictu quotidiano, sive salario sive vestitu, sive ex his omnibus, nomine mulctæ persolvat. Quæ pecunia

Limitation of expenses on dinners, in taking degrees.

Against entertainments by Bachelors or Inceptors.

sic soluta aut convertatur ad usum Collegii, si ita videatur prædictis judicibus, aut ea coëmantur libri ad commodum et utilitatem studentium.

Rursum, experimur annonæ caritatem et penuriam, et eandem continuam, qualem non noverunt majores nostri. Considerantes quoque ventrem non minorem quam solet appetere immo exigere cibum, prædictis quæ pro caritate annonæ providimus hæc etiam adjicienda duximus. Declarantes simul et decernentes ut, quoties quarterium frumenti tritici venditur in foro Oxoniensi tribus continuis septimanis pro viginti tribus solidis et ultra, ad viginti sex solidos et octo denarios, allocentur pro quolibet in primo ordine, quem superius descripsimus, decem et novem denarii, ita etiam ut Præsidens suo non fraudetur augmento. Quoties quoque venditur frumenti quarterium pro viginti sex solidis et octo denariis et ultra, usque ad triginta solidos, allocentur viginti denarii; et sic deinceps, ad incrementum quadraginta denariorum in pretio frumenti, augeantur pro singulorum in hoc primo ordine convictu singuli denarii, et pro Præsidentis duo; geminatur enim convictus ejus cum incremento. Pro his quidem qui in secundo sunt ordine, considerantes quod plus absumant panis quo minus adjiciatur carnis, decernimus jam denuo, non obstantibus his quæ de eorum convictu prædiximus, ut, quoties frumenti quarterium vendatur in foro Oxoniensi tribus continuis septimanis pro viginti solidis et ultra, usque ad viginti tres solidos et quatuor denarios, allocentur pro singulis in eo ordine duodecim denarii. Et quoties frumenti quarterium venditur ut prædiximus pro viginti tribus solidis et quatuor denariis et ultra, usque ad viginti sex solidos et octo denarios, allocentur pro singulis tredecim denarii; et sic deinceps, ad incrementum quadraginta denariorum in pretio frumenti, augeantur pro singulorum in hoc ordine convictu singuli denarii. Pro his autem qui in tertio sunt ordine, hoc est famulis, quamquam superius pro convictu decem denariorum allocationem et nunquam ulteriorem concessimus; jam tamen, considerantes eorum necessitatem, et ne sit occasio fraudandi alios, permittimus, si ita videatur Præsidenti, Vicepræsidenti, et majori parti septem seniorum, ut quoties frumenti quarterium venditur in foro Oxoniensi tribus continuis septimanis pro tredecim solidis et quatuor denariis et ultra, usque ad viginti solidos, allocentur pro singulis in eo ordine duodecim denarii. Ac deinceps fiat pro singulis in hoc ordine allocatio, qualem supra pro his qui in secundo sunt ordine assignavimus. Et si fortasse adeo increverit frumenti pretium, et cum eo allocatio, ut non sufficiant ad tantam allocationem et reliqua onera supportanda redditus illius anni quo illa caritas acciderit, tunc permittimus ut in eo casu, per modum mutui, de cista placitorum tantum extrahatur quod sufficiat et

Allowance for commons in times of scarcity.

non amplius; ea etiam conditione, ut, cum primum commode poterit, restituatur et reponatur eadem summa integre et fideliter.

Surplus revenue of one year to be placed in a separate chest from that of the year preceding.

Tametsi de variis cistis supra meminimus, hic tamen adjiciendum declarandumque non inutile existimamus, decernentes ut redditus superioris anni non commisceantur cum redditibus anni instantis, sed in variis ponantur cistis, ut possint Præsidens et Socii discernere inter utriusque anni statum, nihilque extrahant aut expendant de cista præsentis anni in eodem, sed solum de cista præcedentis anni. Quodque remanserit post Dispensatorum computum in illa cista præcedentis anni, vel in manibus Dispensatorum, fideliter perducatur ad turrim, et includatur in placitorum cista, uti prædiximus.

Saturday suppers.

Ad hæc exploratum habemus nonnulla insequi incommoda et quandoque ingurgitationes in diebus Sabbatorum, cum ex suis cœnent impensis, concurrentes in varia cubicula et cœnas in longum protrahentes. Proinde, huic incommodo immo contagio (ne amplius inficiat) subvenire cupientes, statuimus et hoc decreto decernimus ut, extra Quadragesimale tempus et Sabbatum præcedens, singulis Sabbatis quibus ab Ecclesia aut consuetudine approbata non indicitur jejunium, publicam in aula habeant cœnam, præcantata symphonia de Beata Virgine cum cæteris, ut prædictum est, præterquam potatione. In qua cœna, volumus ut pro singulis in primo ordine in ea cœna præsentibus nec jejunantibus, præter panem et potum, allocetur unus denarius Anglicus pro cibo, et nunquam amplius; pro Præsidente quatuor denarii. Pro singulis vero in secundo et tertio ordinibus, qui præsentes fuerint nec jejunaverint, præter panem et potum, allocentur singuli oboli pro cibo, et nunquam amplius, quantacunque fuerit annonæ caritas. Fiatque singulis septimanis quibus cœna hujusmodi evenerit, privatim et per se, computus de expensis in illa cœna per Dispensatores et Senescallum, adjungaturque in Dispensatorum computo septimanæ in qua acciderit. Et hanc cœnam tamdiu continuari permittimus quamdiu sufficiant annui redditus. Volumus enim ut prius minuatur et omittatur penitus, quam decrescat aliquis numerus ante a nobis assignatus.

Confessing four times in the year.

Præclare admonuit illud Delphicum oraculum, "Nosce teipsum." Ne ergo nostra juventus alia scire expetens sui obliviscatur, statuimus et decernimus ut unusquisque Socius, scholaris in bienni probatione, discipulus, clericus, chorista aut convictor, non sacerdos, quinquies in anno, si his temporibus domi fuerit, sacerdoti intra Collegium sua confiteatur crimina; videlicet, intra quatuor dies ante Quadragesimam, ante Pascha, ante Pentecosten, ante Assumptionem Beatæ Mariæ Virginis et ante

Christi Natalem. In quo si quis deliquerit et non fecerit, per Præsidentem vel Vicepræsidentem et unum Decanum, secundum eorum arbitrium, puniatur, et acrius pro inobedientia et pro exemplo malo.

Forfeiture of stipend by acquisition of patrimony, benefice, etc., of above five marcs yearly value.

Superius, in electionibus, exclusimus eos, tamquam non indigentes, qui quinque marcas Anglicas aut supra singulis annis de claro expendere possent. Hic adjicimus et declaramus nos idem intelligere et decernere de his (præter Doctores et Lectores) qui, postquam recepti sunt in nostrum Collegium, adepti sunt clarum valorem quinque marcarum in anno aut supra de patrimonio, corrodio, præbenda, libera capella, feodo, pensione, aut quocunque alio nomine agnoscatur: nullum postea recipiant de Collegio stipendium, sed solo convictu sint contenti; facturi tamen non minus quam cæteri qui accipiunt.

Borrowing cups, dishes, etc., from the buttery or kitchen.

Prohibemus, insuper, ne quis postea, præter Præsidentem et Vicepræsidentem, vasa aliqua, ollas, pocula, mappas, mantilia, cochlearia, patinas, patellas, lances, discos, aliave hujusmodi, a promptuario vel culina in sua aut alterius deferat cubicula, nisi prius petita et obtenta potestate ab altero Dispensatorum; cui aut Senescallo tradet schedam de recipiendis, sub pœna amissionis convictus unius diei pro prima vice, duorum pro secunda vice, et sic deinceps, multiplicando pœnam secundum delicti multiplicationem. Quæ quidem sic recepta volumus fideliter et integre restitui, intra unum diem, cui Dispensatores aut eorum alter voluerint, sub pœna prædicta.

Use of college goods during absence on account of pestilence.

Permittimus, tamen, ut, cum sæviente peste rus se conferant, simul ad aliquem locum ex prædictis habeant, cum consensu Præsidentis vel Vicepræsidentis et unius Decani, ea quæ videbuntur prædictis necessaria, conscripta in indenturis inter alterum Dispensatorem et eum qui rure præerit cæteris, ut possint juste et fideliter absque Collegii damno restitui, quam cito commode poterit post eorum ad Collegium reditum.

Other allowances.

Volumus, præterea, ut sacerdotes ex nostro Collegio, dum rure sunt simul ob pestem profugati, panem et vinum oblativum, et ceram, ex nostri Collegii expensis habeant, juxta prædictorum judicium, quoties illic celebraverint. Et, ne nimium graventur sumptibus, permittimus ut pro coquo conducendo allocentur eis per manus Dispensatorum pro singulis anni quarteriis quibus aberunt quinque solidi Anglici, vel sex solidi octo denarii, si minore pretio conducere non possunt. Quæ additamenta et declarationes suprascripta, omnia et singula, simul in eodem volumine ad perpetuam rei memoriam redacta, non minorem fidem et auctoritatem obtinere volumus quam si cum suprapositis statutis edita fuissent.

In quorum fidem, et perpetuæ firmitatis robur, nos Ricardus,

Wintoniæ Episcopus, Fundator, et Patronus antedictus, propria manu nostra subscripsimus, et per Magistrum Willielmum Browne notarium publicum, nostrum in hac parte scribam assumptum, subscribi fecimus, tertio decimo die mensis Februarii, anno Domino millesimo quingentesimo vicesimo septimo, et nostræ translationis anno vicesimo septimo; præsentibus tunc ibidem venerabilibus viris, Magistro Johanne Incent Legum Doctore, et Cancellario nostro; Magistro Olivero Corren, Sacræ Theologiæ Professore et Confessore nostro; Magistro Rogero Stokley, Artium Magistro, et Thesaurario cameræ nostræ; et Magistro Gilberto Burton, in Decretis Baccalaureo, secretario nostro, testibus ad præmissa vocatis et specialiter rogatis.

STATUTES OF CORPUS CHRISTI COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

Absence, term of, 50.
——— on account of pestilence, 55, 59.
——— penalty for, 59.
——— from the University, 69.
———, behaviour of members during, 70.
———, special causes of, 71.
———, cases of, 74.
——— of President and others, 106.
Accounts of Bailiffs, 88.
——— of Bursars, *ib.*
Accusations in writing, 103.
Arms, against the use of, 67.
Auditors, examination of, *ib.*
Authors, to be expounded, 49.
Bachelors of arts to attend lectures, 54.
———, lectures by, during vacations, 57.
Bailiffs, accounts of, 88.
Battels, limitation of, 84.
Books, custody of, 89.
———, care and loans of, 90.
———, catalogue of, 91.
Buildings and repairs, 87.
Bursars to keep accounts of commons, &c., 75.
———, accounts of, 88.
Buttery, admission to, 78.
Cards, &c., 68.
Chambers, allotment of, 80.
Chapel plate, &c., registry of, 91.
Chests, 92, 93.
Cloaks, use of, 68.
College, forfeiture of right in, 72, 73.
Commons, 74.
——— during absence, 55.
———, accounts of by Bursars, 75.
———, excess of, *ib.*
——— on festivals, 76.
———, against having out of Hall, 78.
——— for strangers, *ib.*
———, withdrawal of, 100.
——— in time of scarcity, 114.
Confession, 115.
Dean, consent of to proceedings of the President, 107.
Degree, Bachelor's, time of taking, 59.
———, Master's, *ib.*
———, Doctor's, 60.
———, failure to take, *ib.*
——— in Arts, Fellows unfit for, 61.
———, students unfit for, *ib.*
Degree, dispensation from taking, 62.
———, time of taking, *ib.*
———, entertainments in taking, 113.
Dice, cards, &c., 68.
Disputations of Bachelors of Arts, 57.
——— in Logic, *ib.*
——— in Natural Philosophy, *ib.*
——— in Metaphysics, *ib.*
——— in Morals, *ib.*
———, duration of, 58.
———, Theological, 59.
Dissensions, 65.
Doctors, sermons by, 60.
——— degree, *ib.*
———, absence of, 71.
Dress, 67.
Duty, clerical, 63.
Election of lecturers, 51.
——— of University officers, 65.
——— of officers, 89.
——— of a stranger to be student, 107.
Evidences, custody of, &c., 93, 94.
Expenses of Fellows or others absent on business, 89.
Farmers, accompts of, 87.
Fellows, unfit for a degree in Arts, 61.
——— to take holy orders, 62.
———, absence of, 71.
——— travelling, *ib.*
———, pensions of, 82.
———, sickness of, 86.
———, expenses of when absent on business, 89.
———, cases for removal of, 98, 105.
Females, admission of, 79.
Food, allowance of, 73.
Forfeiture of right in College, 72, 73.
Furs, velvet, &c., 68.
Games, 69.
Gates, closing of, 96.
Hair, 68.
Hall, tarrying in after meals, 80.
Hawks, &c., 68.
Holidays, 56.
Houses, leases of, 95.
———, against entering laymen's, 66.
Hunting, *ib.*
Indulgence, 80.
Lands, supervision of, &c., 87.
———, alienation of, 94.
———, leases of, *ib.*
Laymen's houses, 66.

Leases of lands, 94.
——— of houses, 95.
Lectures in vacation, 49.
——— on the Old and New Testament, 50.
———, attendance at, 50, 54.
———, power to alter hours of, 51.
———, questions at, *ib.*
———, Theological, attendance at, *ib.*
——— during vacations, 57.
Lecturer, Greek, 49.
———, absence of, 50.
——— of Theology, *ib.*
———, election of, 51.
———, quality and stipends of, *ib.*
———, inquiry into fitness of, 52.
———, incompetence of, *ib.*
———, power to increase salary of, 53.
———, sickness of, *ib.*
———, election of a stranger as, 53.
——— admitted as Fellow, *ib.*
———, refusal of office of, 56.
———, Public, not bound to take holy orders, 63.
Lectureship, resignation of, 52.
Library, admission to, 90.
Liveries, 84, 85.
Loan chests, 92.
Masters to take the degree of Doctor of Divinity, 60.
Meat, dearness of, 76.
Ministers of chapel, 55.
Muniments, custody of, 93.
Nobility, children of, 80.
Offences, punishment of, 99, 102.
——— inquired into by Visitor, 105.
———, repetition of, 108.
Officers of the University, election of, 65.
———, election of, 89.
Patrons and Visitors, 103.
Penalties, 68.
Pensions, 82, 83.
Pestilence, cases of, 54.
———, absence in case of, 59.
Plate, alienation of, 90.
———, registry of, 91.
President, salary of, 81.
———, allowance of horses, *ib.*
——— liveries for servants, *ib.*
———, expenses when absent on business, 82.
———, provision for in sickness, 86, 87.
——— to consult with senior Fellows, 95.
———, removal of, 97, 104, 105.
———, offences referred to, 105.
———, violation of statutes by, 106.
———, absence of, *ib.*
———, sickness or imprisonment during absence, 107.
President, consent of Dean or others to proceedings of, *ib.*
Priests, deficient number of, 62.
Proctor of the University, no member of the College to be, 65.
Progress, autumnal, 87.
Punishment of offenders, 64.
———, registry of, 100.
———, increase of for repetition of offences, 108.
Sacred vessels, custody of, 89.
Saturday suppers, 115.
Scholars, probationary, 61.
———, pensions of, 82.
———, cases for removal of, 98, 105.
Scholarships, promotion to, 107.
Seal, common, custody and use of, 92.
Seneschal to supervise the Bursars, 77.
Sermon at St. Peter's in the East or St. Frideswide's Cross, 63.
Sermons preached by Doctors, 60.
Servants, 83.
Sickness of President and others, absent on College business, 87.
Statutes, custody of, 93.
———, two copies of, 101.
———, reading of, *ib.*
———, additions to and explanations, 106.
———, violations of, *ib.*
Strangers elected lecturers and Fellows, 53.
——— resigning lectureships, 54.
———, payments from for services in chapel, 63.
——— at table, 78.
———, introduction of, *ib.*
——— not to pass the night in College, 79.
Students unfit for a degree, 61.
——— of less than a year's standing, *ib.*
——— travelling, 71.
———, care of their pensions, 83.
———, election of, 107.
———, promotion to scholarships, *ib.*
Suits in other courts, 65.
———, funds for, 92.
Table, places at, 77.
———, service of, *ib.*
Teachers of casuistry and logic, 56.
Theology, lecturer of, 50.
Theologians, lectures to be attended by, 54.
Town, against walking in, 67.
Visitation, duration of, 105.
Visitor, powers of, 103.
———, Bishops of Winchester appointed, *ib.*
———, allowance to, 104.
Winchester, Bishops of, appointed patrons and visitors, 103.
Wood and coals, 76.

TABLE OF INJUNCTIONS AND INTERPRETATIONS OF VISITORS.

Page.	Visitatores.	Statutorum Capita.	——
1	J. Poynet .	1558. C. 4. De juramento Præs., &c., &c. (and in President's old Statute Book.)	Dean and Chapter of Winchester, in the place of Prior and Convent. Medicinæ Deputatus to be elected as the Officers are. President allowed 10 days' absence to preach, as the Fellows.
3	Th. Cooper	1590. C. 6. De V. Præs. Electione.	Five Seniors sufficient without the President's consent.
7–9	R. Horne .	1575. C. 12. De Admitt. in Perpet. Soc.	President and equal number of Fellows or majority. Points relating to day of Election. Different votes of same Elector on different days.
11	G. Morley	1667. C. 26. De Dissensionibus.	Proctors allowed.—Elected by President and seven Seniors.
13	J. Montague	1616–17. C. 26 . . .	Enforcing unanimity in Elections.
15, 16, 17, 18	. .	. .	*Vide* amongst the original Injunctions Bishop Bilson's Injunction, 1604, declaring certain doubts and exceptions against the votes of three of the Fellows at the election of Dr. Anyan, President, 1614, "false, frivolous, and void of all truth."
19	P. Mews .	1689–90. C. 29. De Exitu ab Univ.	Year of Grace allowed, though absent the whole year.—*Newlin's Case.*
20	L. Andrews	1623–24. C. 29 . . .	Permission to travel abroad and a second time for three years.—*Jermyn's Case.*
21	P. Mews .	1697. C. 29	Various cases of absence Promotionis causa.
24	B. Hoadley	1755. C. 29	Residence of M.A. Discipuli dispensed with.
28	J. Thomas	1762. C. 24. De temp. assum. Gradus.	M.A. degree allowed at the usual period of three years from Determination, though Determination had not been performed.—*Russel's Case.*
30	B. North .	1813. C. 12. De admitt. in Perpet. Soc.	Time of admission to Fellowship extended.—*Arnold's Case.*
33	R. Horne .	1562. C. 21. De Lectoribus (and in President's old Statute Book).	Lecturer, though elected "*de Externis*," to take the usual oath (and confirmation of Poynet's Injunction, *De Sacerdotis*, p. 41).
37	R. Horne .	1578. C. 21	Election of Spencer, a Clerk of the College, to be Greek Lecturer, confirmed.
40	J. Poynet .	C. 25. De Assum. Sacr. Ordines (and in President's old Statute Book).	Fellows to be Sacerdotes, though "*discharged of Massing.*"
41	R. Horne .	1562. C. 25	Confirmation of the preceding (and of No. 33).
43	R. Horne .	1569. C. 25 (and in President's old Statute Book).	"Intra Annum post *necessariam Regentiam*" interpreted to be one whole year from the Act, and till the following Michaelmas.

Page.	Visitatores.	Statutorum Capita.	——
44	P. Mews .	1693. C. 25 (and vide in Lib. Admiss. 1661).	Claim of year of Grace from *Actuality* before Orders not allowed. *Sutton's Case.*—A Probationer M.A., and of full age, refused admission to a Fellowship and expelled, not being in Orders.
45	B. North .	1805. C. 25	The principle in *Sutton's Case* enforced, on *Petition of Baker* for time to deliberate before taking Orders. Mem.—On the principle in Sutton's case, W. Parr and C. Abbott resigned at the close of their second year of Probation.
47	T. Bilson .	1603. C. 24. De temp. assum. Gradus.	Grace for Degrees.—Rules relative to Grace not to be refused arbitrarily; if neglected to be granted within the time limited, right devolves to the Visitor. *Simpson's Case.*—After full standing by the Statute (Grace having been neglected by the President and Fellows), approved by the Visitor and admitted to his M.A. degree.
39	P. Mews .	1694. C. 6. De V. Præs. Elect.	Creed M.D. (Human. Lect., and not Medicinæ Deputatus) declared Senior to Bachelors of Divinity of longer standing.
54	G. Morley.	1680. C. 24	Interpretation of *Triennium* and *Quadriennium* before B.A. degree.
71	. .	. .	Power in granting Graces *not Arbitrary*, and no Grace to be withheld arbitrarily.
76	. .	. .	Opinion on Statute De *Vestitu et Ornatu.*
78	. .	. .	Letters relative to Cox and Hellier's Case, and the question of keeping back from his degree the Senior in the University in favour of the Senior by admission into College.
83	G. Morley.	1682	Determination that Seniority of *Graduates* is by Degree, not by *Admission* into College. And Seniority of *Undergraduates Discipuli* by Admission.—*Halifax and Halsted's Case.*
92	G. Morley.	1683	Confirming the proceeding in some other cases.
94	B. North .	1798	Mr. Barton's Case.—Claim of Seniority by Admission.—Allowed.
100	. .	. .	Mr. Guard's state of the same case.—Claim of Seniority by Degree when Fellow. By admission into College when Scholar (Discipulus).—Allowed.
106	P. Mews .	1607. C. 14. De Discip. qual.	Discipulus elected Probationer allowed to waive his Admission and to continue Discipulus.—*F. Dickens's Case.*
107	B. North .	1818. C. 14	Claim to wave Admission as in the preceding case.—*Disallowed* on the same Clause in the Statute.
110	. .	C. 11. De Juramento .	But *allowed* on the authority of another Clause.—*Everests's Case.*

Page.	Visitatores.	Statutorum Capita.	——
112	G. Morley.	1678	Censure and various Admonitions on restoring *Curtois*, who had been denied Actuality and expelled, declaring that no one shall be expelled unless convicted of one of the Majora Crimina, or three times admonished and punished. Vide in Register of Admissions (Lib. Admiss., 1661) in the case of Curtois; King Charles's Letter referring the case to the Visitor; Bishop Morley's Injunction restoring Curtois; Curtois's public acknowledgment of his Offence; the Acknowledgment of several of the Fellows of their misconduct in the proceedings; the Visitor's Censure and Admonitions, as before, page 112. Vide also in the same Register, Bishop Willis's Injunction (1730) restoring Ayscough, Probationer, refused his admision to Actuality and expelled, no crime having been alleged, and without the proceeding Admonition.
121	P. Mews .	1686. C. 30. De Promotione.	Declaration of President and Fellows confirmed—That the value of livings *tenable* is to be ascertained by Valuations in use before the *Valor* of Hen. the 8th, and that the Vicarage of Buckland is tenable.
122	B. North .	1782. C. 30	Dr. Donne allowed to have a Prebend and Archdeaconry not mentioned in the *Valor* of Pope Nicholas. The Spirit of the Statute to be considered with reference to the value of Money as a disqualification.
124	B. North .	1814. C. 30	Disqualifications by property reconsidered and *defined*.
127	G. Tomline	1821. C. 30	Property, though heavily mortgaged, not tenable.
81	B. North .	1816. C. 24. De tempore assumendi Gradus.	Petition to proceed to degree of M.A., according to Academical standing, rejected.
129	G. Tomline	1822	M.A. degree allowed in future, according to Academical standing as usually computed.

INJUNCTIONS AND INTERPRETATIONS OF VISITORS.

[*Interpretation of John Poynet, Bishop of Winchester*, 1558.]

In Dei nomine. Amen. Johannes, permissione divina Wintoniensis Episcopus, Collegii Corporis Christi in Universitate Oxoniæ patronus, et visitator legitimus, dilectis filiis, Præsidenti et Sociis dicti Collegii modernis, et successoribus suis, salutem in Domino sempiternam, et fidem indubiam præsentibus adhiberi. Vobis tenore præsentium innotescimus et significamus quod nos Johannes, permissione divina Wintoniensis Episcopus, patronus et visitator antedictus, ad infra scripta gerenda debite requisitus, 23° die mensis Februarii, anno Domini secundum computationem Ecclesiæ Anglicanæ 1558 jam currente, in ædibus nostris prope ecclesiam parochialem Sancti Salvatoris in burgo de Southwark, nostræ Wintoniensis diœceseos, notorie situatam, in præsentia probi viri Magistri Thomæ Dowray notarii publici subscripti, per nos in actuarium nostrum in hac parte, propter absentiam Magistri Alexandri Devyng actuarii nostri prius, assumpti, testiumque fide dignorum inferius nominatorum, judiciatorie et pro tribunali sedentes; et animadvertentes et pie considerantes quod, cum per ordinationes et statuta, concernentia statum et regimen dicti Collegii, per reverendum patrem piæ memoriæ Ricardum Fox, permissione divina nuper Wintoniensem Episcopum, Fundatorem dicti Collegii, edita salubriter et promissa, atque in quodam magno libro in corio nigro ligato sic incipiente "Statuta Collegii Corporis Christi in Universitate Oxon." et sic terminante "Testibus, ad præmissa vocatis et specialiter requisitis" simul in scriptis reducta, cautum sit et provisum, ut in omnibus dubiis, ambiguitatibus et obscuritatibus, in eisdem statutis quandocunque contingentibus, exponendis, declarandis et interpretandis, ad Episcopum Wintoniensem, dicti Collegii Fundatorem et Visitatorem quemcunque, pro tempore successive existentem, recurratur; certa dubia, ambiguitates et obscuritates, subscripta, in certis partibus dictorum statutorum contingentia, tenore præsentium exponimus, declaramus et interpretamur, sub modo, forma et effectu, sequentibus: viz., Primo, cum in juramento Præsidis et Sociorum dicti Collegii astringantur Præses et Socii ejusdem debitantes præstare obedientiam Episcopo Wintoniensi qui pro tempore fuerit, ac Priori et capitulo Ecclesiæ Wintoniensis, cum nullum tale corpus modo extet, exponimus, declaramus et interpretamur, ibidem hujusmodi juramentum præstandum Episcopo Wintoniensi ac

Decano et Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Wintoniensis quibuscunque, pro tempore successive existentibus in eadem. Idem quoque censemus de obligatione in conditione exhibenda per Præsidentem dicti Collegii Priori et conventui dictæ Ecclesiæ Wintoniensis, ut quoniam intentio Fundatoris prædicti Collegii erat, ne supine et negligenter Præsidens in ministerio suo se gereret per obligationem factam cuidam Corpori permanenti, et ideo assignat Fundator Ecclesiam Cathedralem cujus caput tunc erat prior Capituli aut conventus: quæ quidem fundatio ejusdem Ecclesiæ Wintoniensis cum jam sit annihilata, et nova erecta sub nomine Decani et Capituli, exponimus, declaramus et interpretamur, obligationem prædictam memorati Præsidentis, cum conditione exhibenda, sub modo et forma in statutis contentis, Decano et Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Wintoniensis, sive aliis quibuscunque qui sub quocunque nomine eandem Ecclesiam et Capitulum quoquo modo occupabant. Secundo quidem, cum, in Capitulo de tempore assumendi ordines sacros, mentio fiat de uno Socio dicti Collegii qui studio medicinæ sit deputandus, neque usquam alibi in statutis prædictis ulla persona nominetur quæ huic deputationi fuerit; nos declaramus et interpretamur eodem modo procedendum fore in hac deputatione, quo proceditur in electione Officiariorum hujus Collegii, viz. per Præsidentem et septem seniores, et eorum eis deputandum ad studium medicinæ in quem Præsidens et major pars septem seniorum consenserunt. Tertio vero, cum, in Capitulo de exitu ab Universitate et venia petenda, inter alia sic habetur, "Doctoribus quoque, et quoniam Præses juxta ordinationem statutorum ad minimum debet esse in theologia Baccalaureus, et ideo theologus, censemus, interpretamur et declaramus, quodque Præsidenti prædicatro in quibuscunque locis infra statuta prædicta ut præfertur limitatis, eadem licentia et idem beneficium decem dierum concedatur quod et Sociis aliis, non obstantibus statutis quibuscunque. In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem et testimonium, has litteras nostras testimoniales hoc præsens publicum instrumentum in se continentes, tam per prædicti notarii publici subscriptionem et confirmationem quam per sigilli nostri appositionem, fieri fecimus patentes et communiri. Acta fuerunt et sunt hæc omnia et singula præmissa, prout supra scribuntur et recitantur, sub anno Domini mensisque die et loco prædictis, Præsentibus tunc ibidem honestis personis, Gabriele White, et Edwardo White Wintoniensis diœcesecos generosis literatis testibus ad vocatis, rogatis et specialiter requisitis.

Interpretatio Episcopi Winton. (*Poynet.*)

In statuto de divinis officiis statuit Fundator noster, ut quatuor missæ post mortem Willelmi Frost quotidie celebrentur

in hoc ejus Collegio; ac etiam, ut hoc commodius fiat, ordinavit, ut patet in statuto de tempore assumendi sacros ordines, ut omnes et singuli Artium Magistri, præter unum ad medicinam deputatum, intra terminum post gradum Magistratus susceptum [*so in the copy but not according to statute*] essent sacerdotes. Sed jam missis penitus abrogatis, inter Socios hoc movetur dubium, scilicet, an Artium Magistri intra tempus prædictum tenentur esse Sacerdotes? super hoc dubium Socii convenire non potuerunt. Ideo devolutum erat ad dominum Johannem Poynet Episcopum Wintoniensem interpretandum et exponendum ut statuta jubent; cujus interpretatio manu sua scripta sequitur in hæc verba:

After my very hearty commendations; these be to signify unto you, that I am sorry hear tell that there should be any contention amongst you, and especially upon that piece of your statute which is most plain. These be the words of your statute, "ne quisquam se a Dominico retrahat ministerio, sed seipsum præparet ut quam primum in ejus recipiatur sortem," doth evidently shew that it is your Founder's mind to have all the Fellows of your House, saving the student in physic, after certain years, to prepare themselves ad ministerium Dominicum, which is as you know prædicatio verbi et ministratio sacramentorum Domini; which ministry remain, though massing be gone; so that though ye be discharged of massing, yet ye be not discharged a ministerio Dominico. Wherefore I charge you, in the name of God and of the Founder, that ye observe the statute in that sense; and such as will not or have not obeyed your statute in that point, ye must put them out according to your statute in that behalf.

Interpretatio Rob. Horne Episcopi Wintoniensis, 1562.

Et quoniam complures reverendos et honestos viros audimus conqueri de violato a vobis statuto altero concernente sacerdotum apud vos creationem; quam etiam querelam ipse nuper Præsidens vester Willielmus Bocherus lamentans exhibuit nobis in visitatione nostra ultima apud vos; cujus quidem violationis occasio haud scimus unde orta sit, nisi quod ut audimus, videamini peracute scilicet distinguere inter ministerium modernum et sacerdotum. Significamus vobis, quod malo animo et inscienter distinguatis, interponentes discrimen inter vocabula, quorum sensus nullum omnino discrimen habeant. Ideoque, perlecto statuto illo iterum atque iterum, examinato ac perpenso etiam atque etiam, ex pura sinceraque conscientia, deposito cum affectu tum respectu, (Altissimum testamur) nihil prorsus ibi invenimus, quominus omnes et singuli Magistri Artium, præter eum qui medicinæ deputatus fuerit,

Mr. Jones was surprised, and rather annoyed, when he found that the Fairy Godmother had left him a pair of Magic Spectacles. He had never worn spectacles before, and he was very vain about his good looks. He was still more annoyed when he found that the Magic Spectacles could only be worn by people who were ugly, and that they made people who were ugly look very, very, very ugly indeed.

and $\frac{\sin\theta}{\sin\phi}$ respectively, and ϕ and θ denotes the angles which the resultant makes with the forces P and Q respectively. The resultant will be $\sqrt{P^2+Q^2+2PQ\cos\alpha}$ and ϕ and θ will be the angles which the resultant makes with the forces P and Q respectively.

Proof.

Let the forces P and Q be represented by OA and OB respectively, and let OC represent the resultant. Let ϕ and θ be the angles which the resultant makes with the forces P and Q respectively. Let α be the angle between the forces P and Q.

Let R be the resultant. Then $R = \sqrt{P^2+Q^2+2PQ\cos\alpha}$ and ϕ and θ will be the angles which the resultant makes with the forces P and Q respectively.

Proof.

Let the forces P and Q be represented by OA and OB respectively, and let OC represent the resultant. Let ϕ and θ be the angles which the resultant makes with the forces P and Q respectively. Let α be the angle between the forces P and Q.

Let R be the resultant. Then $R = \sqrt{P^2+Q^2+2PQ\cos\alpha}$ and ϕ and θ will be the angles which the resultant makes with the forces P and Q respectively.

intra annum post necessariam suam regentiam completam, (impedimento duntaxat ætatis cessante, et qui per ætatem tunc impeditus fuerit intra annum postquam ad legitimam ætatem pervenerit) ad sacerdotium realiter promoveantur; sin minus, post lapsum illius anni, pro non Sociis Collegii Corporis Christi in perpetuum habeantur. Eoque, si quis impræsentiarum sit apud vos, qui dictum statutum transgressus fuerit, nec voluerit eidem subjici et conformari, ex tempore et sine ulla ulteriore dilatione, nisi quanto tempore poterit Episcopus aliquis adiri, volumus jubemusque, autoritate quanta quidem in nobis est, Præsidentem vestrum illico pronuntiare talem non Socium, ipsi alioqui pronuntiaturi illum non Præsidentem. Approbamusque sententiam Reverendi Patris Prædecessoris nostri Domini Johannis Poynet, cujus interpretationem super hoc ipso dubio editam habetis in calce libri Statutorum vestrorum, transcriptam manu propria Morwent nuper Præsidentis vestri. Quæ quidem dicta nostra, sententiamque, interpretationem, declarationem et determinationem nostras, ut præmissa statutorum verba scrupulo careant quocunque, ac ne quis in futurum de eis dubitare se prætendere valeat, vobis omnibus et singulis, et nostris in dicto nostro Collegio successoribus quibuscunque, significamus et intimamus per præsentes, vosque monemus et vestrum quemlibet in virtute sanctæ obedientiæ ac in vim juramentorum vestrorum in vestris admissionibus per vos præstitorum, ac juxta vim, formam, statutorum prædictorum, præfatis dictis sententiæ, declarationi, interpretationi et determinationi nostris, in omnibus, pareatis et obediatis, vestrum singuli pareant et obediant cum effectu. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus apponi fecimus. Datum sexto die mensis Julii, anno Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo secundo, et nostræ Translationis secundo.

ROB. WINTON.

Roberti Horne Episcopi Wintoniensis interpretatio de necessaria Regentia, 10mo Febr. 1569.

Touching the question of doubt that you move about the time of entering into Holy Orders, I have considered your Founder's statute Cap. 25, and therewith have weighed his meaning to what end only or chiefly he founded that College, which he himself declareth Cap. 21 in herbario 3; and thereto I have added his own interpretation made, in conclusione statutorum, in these words, "Nolentes quod per aliquam consuetudinem, abusum, vel actum aliquem quemcunque, intentioni aut verbis ipsorum statutorum nostrorum et ordinationum in aliquo derogetur." And calling to my remembrance the time of necessary regency, as it was limited in his time and long before both in Cambridge and Oxford, I do persuade

myself in conscience, and so do determine, interpret and declare, that the very intention and meaning of his words Cap. 25 "post necessariam suam regentiam" doth include only the space from the time that the Master is actual one whole year and that time of the great Vacancy which followeth immediately from the Act and commencement until the Michaelmas next following.

ROB. WINTON.

Postscript.

As for the cause alledged out of the statute "De vestitu et ornatu," though I confess it to be foreign to the business properly and principally referred unto me, yet I did think it worth the stepping a little out of my way to give you my sense of your Founder's intention and meaning in it; which was no doubt to forbid the wearing of hair of an exorbitant length, whether it were their own hair or a perriwig, and he would no doubt have forbid the latter by name much more than the former, had it then been in fashion, as now it is, because thereby the Clergy do much more *συσχηματίζειν ἑαυτοὺς τῷ αἰῶνι τούτῳ*, as St. Paul calls it, conform themselves to the world, and the extravagant fashions of the world, by assimilating themselves to the Laity (which your Founder would not have them to do) than by wearing too long hair of their own, though he would not have them to do that neither. And certain it is that where the lesser transgression of a law is forbidden, then the greater transgression of the same law must be understood to be forbidden also. Lay your hands therefore upon your hearts, and seriously consider what you are to do in this particular. Ego animam meam liberavi. And yet I am not so severe as to enjoin those that wear perriwigs presently to cast them off, before their own hair is grown to a decent length; or to forbid those that are aged or sickly to wear a border of hair with a black cap, and what they will under it to keep their heads and their necks warm, so the border of the hair be not (to use the words of the Founder) "in collo vel in fronte nimis protensa;" with which limitation, I declare the wearing of such a border of hair to be no breach of this statute.

Bishop Andrews's Letter to the President and Seniors concerning Dr. Jermyn, Chaplain to Elizabeth Queen of Bohemia.

After my hearty commendations. According to your desires I have read over the 29th chapter "de exitu ab Universitate et venia petenda:" and I have done it with more eyes and better than mine own. Three ways only I find; first the threescore days allowed "ex urgentissima causa et rarissima,"

cannot be granted, but, "duntaxat bis ad summum in uno anno."

2. Again, the six months allowed "ad obsequium Regis aut Episcopi" cannot be granted but "semel duntaxat in vita uni et eidem." So that by both these, Mr. Jermyn is excluded

3. But the third, which permits you to send a Fellow "in Italiam, aut aliam regionem, qui illic triennio," that is not restrained, but that you may grant it the second time, if need be, and so license Mr. Jermyn for three years more, taking the like bond of him for these three years to come, that you have already taken for the three years past. And this is the opinion of the best lawyers here; his return now at the three years end, is no part of the statute, but only a clause of his bond; he must stand to your courtesy for not returning now, for it seems, his Mistress liketh his service so well, as she will hardly part with him to let him come over.

This is the only way that we can find. Dispensation he can seek none, nor accept of one, if it be offered him, so as that way he cannot be relieved; nor any other way but this. This way if you resolve of, I hold best, you do it with as much speed as conveniently you may. For he will be in suspense of his days coming out, till he shall be clearly certified, what will be done for him. And with your resolution I desire to be acquainted, that I may stay and content those that sue for him, in the mean time. And so I commit you to God.

Your very loving Friend,

Januarius 29, 1623. LA. WINTON.

Vide original Injunctions of Bishop Andrews, 7th March 1624, *authorising the indulgence to Dr. Jermyn of a second term of three years, &c.*

[*Interpretation of George Morley, Bishop of Winchester*, 1667.]

Georgius, permissione divina Wintoniensis Episcopus, et Collegii Corporis Christi Oxoniæ Patronus et Ordinarius, et ipsius Collegii, omniumque et singularum possessionum, spiritualium et temporalium, jurium et privilegiorum, supervisor, observantiæque statutorum et ordinationum dicti Collegii conservator, ac ejusdem Visitator, dilectis nobis in Christo Præsidenti, Vicepræsidenti, Sociis et Scholaribus, Collegii nostri prædicti, salutem et gratiam.

Cum antiquitus non nisi per operosos ambitus, artes, et captata per totam Universitatem suffragia, crearentur Universitatis Procuratores, unde ut plurimum factum est ut hujus officii candidati, relictis quietioribus studiis, partibus se dare et factionibus consueverint, provide cavit Fundator vester ne Collegii a se constituti Socii aut scholares ad hoc officium se promoveri procurarent; nunc mutato verum statu, ac sublato

antiquiore isto Universitatis statuto, quo per difficilem suffragiorum ambitum creabantur Procuratores, novaque subinde ordinatione in locum substituta, qua absque strepitu et contentione in singularibus Collegiis, juxta methodum in cyclo descriptam, in hoc officium (in se necessarium satis et honestum) possint promoveri; quæsitum est, an, sic mutato rerum statu, pristina adhuc staret obligatio?

Nos, commodo et honori dicti Collegii nostri et Sociorum debite consulere volentes, jam sublata et cessante interdicti superius memorati ratione, ipsum interdictum ejusque obligationem penitus cessare interpretamur.

Id enim æquum censent juris moderatores periti ut, cessante ratione legis, cesset lex.

Nec dubitamus quin, si jam in vivis esset Fundator vester nosterque pius antecessor, semper honorificum satis sed innocens jam etiam, tam in capessendo quam in exercendo officium Procuratoris, Sociis Collegii sui, quorum utilitati et honori tantopere studebat, nullatenus invideret.

Indulgemus igitur, et per præsentes concedimus, et licere pronuntiamus, ut socii et Scholares dicti Collegii nostri privilegio per moderna Universitatis statuta dicto Collegio concesso libere utantur; prohibentes interim, sub pœna contemptus hujusce mandati nostri, ne, in exercenda libertate per statuta Universitatis inducta, et Procuratorum privata electione per nos jam approbata, factiosi aliquid intra Collegium geratis. Quo autem certius ab electione hujusmodi omnis exulet factio, cum volumus in officium Procuratoris eligi, et pro Procuratore electo presentari debere, et quem Præsidens et septem seniores, aut eorundem pars major, consenserint (præcipientes quod, cæteris paribus, senioritatis semper habeatur ratio): quod si dividantur ex æquo suffragia, illum Procuratorem fore definimus in quem Præsidens et alii Socii contulerint suffragia.

In cujus definitæ nostræ sententiæ confirmationem, sigillum nostrum Episcopale præsentibus apponi fecimus. Dat. tricesimo die mensis Decembris, anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo, nostræque translationis anno sexto.

GEO. WINTON.

[*Interpretation of Bishop Mews*, 1697.]

Peter, by divine permission Lord Bishop of Winchester, to the Reverend the President and Senior Fellows of Corpus Christi College, Health in our Lord everlasting. Whereas Mr. John Duke, Fellow of your College, having regularly and according to the direction of your statutes made application to me for my sense and opinion of a clause in your statute "de exitu ab Universitate et venia petenda," the meaning of which you did not unanimously agree upon at home. I Peter

Lord Bishop aforesaid, as Visitor of your said College, and according to the trust reposed in me by your pious Founder, after having maturely weighed and considered this your statute, with the reasons given by both parties in their Appeal before me, have here sent you my determination of the case: I conceive your Founder has allowed his Fellows to be absent every year a set and determinate time, beyond which he does not permit them to be absent. But, upon second thoughts, in the same chapter he has enlarged his first confinement provided they could lay just claim to any of the causes mentioned in this paragraph, "non prohibemus" &c. Among several causes therein mentioned, there is "Promotionis causa," on which only this doubt and Appeal was made. Now my opinion is that your Founder, by this extraordinary grace and favour, did really design to grant your Fellows sufficient time of absence to get preferment. And in your Founder's days, half a year yearly with the six months "in obsequium Regis aut Episcopi" might probably be sufficient for that end. But the times are now so far altered that 'tis highly improbable that any one can get preferment in the time prescribed by this statute, let him be in never so good and likely a post or service. Therefore I do hereby declare and determine that, according to your Founder's mind and intention (which he would have followed as well as his letter and grammatical sense), your Fellows may have their time enlarged "Promotionis causa." But least this determination should in process of time be abused and extended beyond my meaning, I order and direct these limitations to be always observed. First, no one shall have above six months granted at a time, but it may be renewed as often (durante causa) as the President and major part of the seven senior Fellows think fit. Secondly, none but Fellows who are Masters of Arts and out of their Regency ad placitum, shall be capable of this favour and indulgence. Thirdly, when any Fellow desires this extraordinary time to be granted him, he shall declare to the President and seven Seniors what his employment or service is, and they shall judge if it be a creditable and profitable way to get preferment by; but the Fellow so desiring time shall swear to the truth of his cause as this statute provides in other cases. Fourthly, if any Fellow that bears any office in the College shall desire to be absent by virtue of this determination, he shall first quit his office before it be granted him. Fifthly, upon this new extraordinary time there shall not be absent above three or four Fellows at one time. Sixthly, if at any time there shall not be actual Fellows enough in town to bear all the offices of the College, the President may and shall summon home any one, or as many as are wanted to bear the College offices: and if any one so summoned home neglect or refuse to return home in three months

after such summons, then his Fellowship shall be declared void by the President, as it would and ought to have been, in case this Interpretation had not been made. Given under our hand and seal Episcopal, the fourth day of October, in the year of our Lord one thousand six hundred ninety and seven, and in the thirteenth of our Translation.

An Injunction of the Right Reverend Father in God Benjamin, Lord Bishop of Winchester, and Visitor of the College of Corpus Christi in the University of Oxford, to dispense with the residence of the Master-Scholars of the said College [1755].

Benjamin, by divine permission, Bishop of Winchester, to the Reverend the President and senior Fellows of Corpus Christi College in Oxford sendeth greeting. Whereas George Beaver, Charles Reeks, William Camplin, Joseph Wells, Richard Skinner, Thomas Hurst, and Edward Simons, Masters of Arts, and Scholars of your College, have represented to me, as Visitor of the said College, the following particulars—That the succession to Fellowship in the said College is become exceeding slow, insomuch that there is ordinarily no probability of any discipulus succeeding to a Probationary Fellowship before he be of ten or twelve years standing in the University, as may in part appear by the present large number of Disciple-Masters who are all, except one, of more than two years' standing in that degree, and will be increased in two years' time by eight more of the same degree—That the allowance of the Disciple-Masters, which at the time of the foundation of the said College was a sufficient maintenance, is now, by the decrease of the value of money and other circumstances of the present age, become by no means sufficient for that purpose—That the expense of residing in the University so constantly as the said Petitioners are by the statutes of the said College required to do is greater than they, or others in their station, are usually able to bear; the said residence depriving them at the same time of the opportunity of relieving their circumstances and serving God and mankind by the exercise of the clerical function; their present confinement not permitting them to offer themselves for the supply of curacies which require their residence—That it seems evident the Founder did not in the least foresee the present slowness of succession in his College, nor the above-mentioned inconveniences and hardships. Because the most particular directions laid down in the statute for the succession of Discipuli to Fellowships relate to, and suppose, the succession of Bachelors of Arts, and Undergraduates, to the said Fellowships; the succession of Discipuli of the degree of Masters of Arts being mentioned there as a casual and unlikely case.—And Whereas upon these

accounts the Petitioners have earnestly requested me that the residence in the University to which the statutes confine them, till such time as they shall be admitted Probationer Fellows of the said College, may be dispensed with; and an enlargement of the time of absence granted to them—And Whereas it appears to me very probable that your Founder himself would not have enjoyned so strict a residence of his Disciple-Masters, had he been at all apprehensive of so very slow a succession, as is now seen—And Whereas I have good reason to think that you yourselves who are the best judges in the present affair, are of opinion that the case of the Petitioners is well worthy of some relief; and that such indulgence, as is desired, cannot be the least hinderance to any of the good designs of your Founder; provided it be accompanied with proper limitations and restrictions—I Benjamin, Bishop of Winchester, and Visitor of your said College, after having maturely weighed and considered the several matters above mentioned, do give my consent that the petitioners, and all future Scholars of the said College, may have their time of absence enlarged till they shall be admitted Probationer Fellows, and that the President and major part of the seven senior Fellows shall allow them this enlargement, under these following conditions—First, that none but Scholars, who are Masters of Arts, shall be capable of this indulgence—Secondly, that this indulgence shall be granted to no Scholars, but such as are to be employed at a distance from Oxford in the exercise of the clerical function, or in the study, or business of some honorable profession, or at least in some such usefull and creditable employment as shall be approved of by the President and major part of the seven senior Fellows—Thirdly, that when any such Scholar shall apply to the President and seven senior Fellows for this extraordinary time of absence, he shall bring such proofs and testimonials of such his design and engagement as the statutes in such other cases require, and as the President and major part of the seven senior Fellows shall judge satisfactory. Fourthly, that no one shall have above twelve months' absence granted, but that this may be renewed as often, durante causa, as the President and major part of the seven senior Fellows shall think fit—Lastly, that if any of the said Scholars shall be guilty of misbehaviour, or of alledging a false cause for his absence, or for any other such like sufficient reason, the President and major part of the seven senior Fellows may and shall revoke such leave of absence, and summon such Scholar to his usual residence in the College; and if the Scholar, so summoned, shall refuse to come, for the space of three months, the said President and Fellows shall proceed to such punishment of him, as the statute would have authorized, supposing this indulgence not to have been

granted. Given under my hand and Episcopal seal, the nineteenth day of July, in the year of our Lord one thousand seven hundred and fifty-five, and of my Translation the twenty-first.

BENJ. (L.S.) WINCHESTER.

[*Injunction of Bishop Brownlow*, 1782.]

Farnham Castle, Sept. the 4th, 1782.

Reverend Sir,

I have considered the case submitted to me by you and the Fellows of Corpus Christi College, and desire you to communicate to the Society my sentiments upon it, which are, that—

We are compelled by the great alteration in the value of money since the time of the Founder, to look to the spirit of his Statute "De Promotione, &c." for an interpretation of the letter of it, because the letter, if strictly adhered to at this day, would lead us far from his apparent intention.

The spirit of the Statute is, that a person obtaining a larger income than his Fellowship, should be removed from the Society. This does not appear to be the case with Dr. Donne, even considering his preferments jointly to be put in the opposite scale against his Fellowship, but as he is very lately become possessed of his Archdeaconry, and is at all events intitled to an year of Grace, there cannot properly be any question made in respect to this appointment until the expiration of that year.

In regard to the Prebend, the usage of the College and the opinion of former Visitors incline us to consider the valuations of the earliest date, as our proper guide in matters of this sort, if not in all cases, at least in such, where by so doing we adhere to the spirit of the Statute, whereas by adopting later Valuations we should depart from it.

I am of opinion therefore that Dr. Donne is intitled to avail himself of the circumstance, that his preferments are not mentioned in Pope Nicholas's valor, and that in this case, his Fellowship is not vacated by his acceptance of the Prebend, neither will it be so, by his continuing to hold the Archdeaconry.

If the College are desirous of having a Statute expressly made upon this subject, whenever such an one shall be proposed to me under your approbation and that of the Fellows, I shall very readily give it my most attentive consideration. I think the grounds stated at the end of the case now before me are extremely proper for the formation of such a Statute, only doubting the propriety of calling parties interested to an

examination upon oath relative to the value of their property. I am, with hearty good wishes for your welfare, and that of the College, Reverend Sir,

Your Faithful Servant,
B. WINCHESTER.

[*Injunction of the same*, 1814.]

WHEREAS the President and Fellows of Corpus Christi College in the University of Oxford have submitted to us the propriety of reconsidering our Injunction in the year one thousand seven hundred and eighty two relating to certain disqualifying clauses hereunto annexed in their College Statute "De Promotione et causis deserendi Collegium:" And whereas their application for a further extension of the said Injunction rests on a just principle as far as concerns the spirit both of the original Statute and of our said Injunction, and is consistent with an equitable regard to the interests of the junior Members of the Society:

We do here declare that in our judgment founded on the Statute and Principles submitted to us by the President and Fellows, the indulgence now desired is not greater than the alteration in the value of money and the advanced improvement of the Fellowships and Scholarships will justify.

We Brownlow, Lord Bishop of Winchester, do therefore hereby permit that in future, any of the several kinds of property (in the contemplation of our said Injunction in the year one thousand seven hundred and eighty-two) not exceeding in annual value the sum of *two hundred Pounds*, may be held by *Actual Fellows;* and any similar Property, not exceeding in annual value the sum of *one hundred Pounds*, may be held by *Probationer* Fellows; and any such not exceeding in annual value the sum of *Eighty Pounds* may be held by *Scholars;* and that neither *they* nor any of them shall become subject thereby to the penalty enjoined by the Statute "de Promotione et causis deserendi Collegium." In testimony whereof we have hereunto caused our Episcopal seal to be affixed. Dated at Winchester House, Chelsea, this nineteenth day of December, in the year of our Lord one thousand eight hundred and fourteen and of our Translation the thirty-fourth.

Ex statutis Corpus Christi College, Cap. 30, "*de Promotione et causis deserendi Collegium.*"

1. Si prædictorum Sociorum aut Scholarium quispiam patrimonium, hæreditatem, feodumve sæculare, præbendam, liberam capellam, aut aliud consimile, aut annuam pensionem ad terminum vitæ duraturam, ad annuum valorem communibus annis *centum solidorum*, ipse vel alius ad ejus usum et com-

modum assecutus fuerit, tunc eum intra tres menses a tempore assecutionis alicujus hujusmodi hæreditatis, patrimonii, pensionis aut feodi, continuo numerandos, auctoritate præsentis statuti a nostro Collegio amotum fore statuimus ipso facto, ac postea pro non Scholare, aut non Socio, penitus haberi.

2. *Discipuli*, qui hæreditatem, patrimonium, beneficium, feodum, præbendam aut aliud, ut præfertur, aut pensionem, ad terminum vitæ duraturam, quorum verus valor annuus *quinque marcas* excesserit assecuti fuerint, ipso primo die quo pacificam in aliquo hujusmodi possessionem, vel ipsi vel alii ad eorum commodum et usum, habuerint, eorum loca in nostro Collegio ipso facto vacent.

B. (L.S.) WINTON.

The Visitor's Determination (respecting the time of taking an M.A. Degree).

Great George Street, June 5th, 1822.

Reverend Sir,

I have fully considered the statement and appeal of yourself and the Fellows of your College, which I received yesterday from Mr. Brydges and Mr. Taunton, and I have also carefully examined the Statutes therein referred to, as well as those which relate to the power of the Visitor. I am decidedly of opinion that as the whole business and ceremony of Determination are now by competent authority abolished in your University, it is reasonable to consider what is said in the Statute "De tempore assumendi gradus" concerning Determination as no longer having any force; and therefore I hereby authorize you and the Fellows to allow the Batchelors of Arts of your College to proceed to the Degree of Master of Arts in three years, as computed in your University, after they have been admitted to the degree of Batchelor of Arts.

I am, Reverend Sir,

Your obedient servant,

G. WINTON.

To the Rev. Dr. Cooke,
President of Corpus Christi College, Oxford.

STATUTES

OF

CARDINAL AND KING HENRY THE VIII.TH'S COLLEGES, OXFORD.

PREFACE.

STATUTES were given to Cardinal College by Cardinal Wolsey shortly after its foundation. To these he made some amendments and additions in the year 1527; and an imperfect draft of ordinances, in which the two previous codes appear to have been incorporated, exists in the Record Office in the Rolls House. The first Statutes are now printed from a contemporaneous copy in the British Museum, Cottonian MS. Titus F. III.; and the variations and additions found in the third code are introduced into the text, between brackets, or pointed out in marginal notes. The amendments of 1527 are printed from an official transcript of a copy also in the Record Office in the Rolls House, signed by, and sealed with the arms of, the Founder.

The Statutes of King Henry VIII.'s College were given by that Sovereign in 1532. These also are printed from a copy in the Rolls House Record Office.

The present Foundation has no Statutes, but is governed by orders of the Chapter.

The copy of Wolsey's first Statutes, in Cottonian MS. Titus F. III., has alterations interlined in various parts, apparently intended as adaptations of the Statutes for a College at Cambridge—the word Oxoniensis being in one instance altered to Cantabrigiensis. These interlineations are printed, as such, with the text.

PATENTS, 17 Hen. VIII. p. 2. m. (1).

De fundatione collegii vocati Cardynalls College, in Universitate Oxoniensi.

Rex omnibus ad quos, &c., salutem. Cum reverendissimus in Christo pater Thomas, miseratione divina, tituli Sanctæ Ceciliæ trans Tiberim, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Eboracensis Archiepiscopus, Apostolicæ sedis Legatus, necnon felicis recordationis Leonis nuper Papæ decimi, et Adriani Papæ sexti, ac etiam sanctissimi domini nostri Clementis divina providentia hujus nominis Papæ septimi moderni, dictæque sedis ad nos et regnum Angliæ, ac omnes et singulas ipsius regni nostri provincias, civitates, terras atque loca illi subjecta, atque alia illi adjacentia, ad vitam suam, etiam de Latere Legatus, Episcopus Dunelmensis, exemtique monasterii Sancti Albani commendatorius perpetuus, ipsiusque regni nostri Angliæ Primas et Cancellarius, ad laudem et honorem individuæ Trinitatis et sacratissimæ Mariæ Virginis ac beatæ Frediswidæ, et omnium Sanctorum, hæresium errorumque omnium extirpationem, fidei orthodoxæ propagationem multiplicem, bonorum studiorum et morum incrementum non modicum, publicam denique regni nostri utilitatem, ultro et ex propria liberalitate ac munificentia, nec sine gravissimo suo sumptu et impensis, collegium quoddam bonorum studiorum, tam divini cultus perpetua in eodem et continua observatione quam viris probis et doctrina præstantibus insigne, in quodam fundo, terra, situ, circuitu sive præcinctu, nuper monasterii sive prioratus Sanctæ Frediswidæ in alma Universitate Oxoniensi situati, et jam dudum per eundem reverendissimum in Christo patrem, virtute et vigore cujusdam bullæ sanctissimi domini nostri Clementis antedicti Papæ septimi, de data Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vicesimo quarto, tertio nonas Aprilis, pontificatus ejusdem anno primo; ac etiam literarum nostrarum patentium regii assensus nostri, præfato reverendissimo in Christo patri concessarum, de data apud Westmonasterium, decimo nono die mensis Aprilis, anno regni nostri decimo quinto; suppressi et extincti; ratione cujus suppressionis et extinctionis prædictæ, prætextu bullæ et literarum nostrarum patentium antedictarum factæ, fundus, situs, circuitus et præcinctus, dicti nuper monasterii ad manus nostras inter alia devenerunt, prout, per inquisitiones inde factas et in Cancellariam nostram retornatas ac ibidem remanentes, plenius liquet de recordo; quæ fundum, terram, situm, circuitum sive præcinctum, prædicti nuper monasterii sive prioratus prædicti, cum omni ejusdem dependentia, per alias literas nostras patentes, de data apud Westmonaste-

rium, primo die mensis Julii, anno regni nostri decimo septimo, præfato reverendissimo in Christo patri, hæredibus et assignatis suis, imperpetuum, dedimus et concessimus; virtute cujus idem reverendissimus in Christo pater fuit, et ad præsens est, seisitus in dominico suo ut de feodo; instituere, fundare, facere, creare et stabilire, ac erigere, conetur et intendat, hoc unum spectans ut, non sine reipublicæ Christianæ commodo maximo, hujus vero regni nostri ornamento et decore futuro Christiano, pubes ab ineunte ætate una cum lacte purum illum ac sincerum Christum sanctosque mores mentibus imbibat, denique ut maxima quæque virtus et candidissimum quodque ingenium recta in dicto collegio institutione formetur, doctrina excolatur, et multifaria eruditione reddatur perpolitum; atque hac in re, tam pia, justa et sancta, ad suum plenum et integrum, et inviolabilem effectum perducenda, nostrum ex intimo cordis affectu, auxilium imploret et auctoritatem: Nos, tot et tantis hujus reverendissimi in Christo patris in nos ac nostram rempublicam meritis provocati, ut qui immensos labores, multos hos annos, in moderanda republica, illi a nobis credita et commissa in omnibus fere partibus ejus, unus sustinuit, ut dignissimum merito existimemus, cujus nomen pulcherrimo monumento posteritati consecretur, et, nostro elogio commendatum, majori et tantis virtutibus debito immortali apud illam vivat honore; animadvertentes etiam et attentius considerantes optimum illius propositum in nostram, ut prædictum est, maxime et universam Christianorum rempublicam tendere; non potuimus committere ut occasionem negligamus, in qua simul et animi nostri in hunc reverendissimum patrem testimonium ad posteros manaturum faciamus, et multo maxime mereamur de republica nostra, nec minus de religione Christianorum universa. Idcirco, ex certa scientia, et gratia nostra speciali, concedimus et licentiam damus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato reverendissimo in Christo patri, hæredibus et assignatis suis, quod idem reverendissimus in Christo pater Thomas antedictus, hæredes, executores vel assignati sui, seu eorum aliqui vel aliquis, ad laudem sanctæ et individuæ Trinitatis, et beatissimæ Mariæ Virginis, ac beatæ Frediswidæ, et omnium Sanctorum, unum collegium perpetuum, eruditionis scientiarum, sacræ theologiæ, juris canonici et civilis, bonarum artium, medicinæ, humanitatis, vel aliquarum earum, vel earum alicujus, ac ad cultus divini perpetuam observantiam, infra prædictum fundum, terram, situm, circuitum sive præcinctum, de clericis sæcularibus, fundare, instituere, creare, stabilire ac facere, possit et valeat, possintque et valeant, perpetuis temporibus duraturum. Ac etiam quod ille idem reverendissimus in Christo pater, hæredes, executores vel assignati sui, aut eorum aliqui seu aliquis, idoneam personam quamcunque ecclesiasticam, de dictis scholaribus sæcularibus, in Decanum et

pro Decano ipsius collegii, necnon alias personas ecclesiasticas sive sæculares quascunque in scholares ejusdem collegii, ut præfertur, per illum reverendissimum in Christo patrem Thomam antedictum, hæredes, executores vel assignatos suos, vel eorum aliquem seu aliquos, ad hoc eligendas et assumendas, præficere, creare et ordinare, valeat seu valeant, secundum ordinationes et statuta per eundum reverendissimum in Christo patrem, hæredes, executores vel assignatos suos, aut eorum aliquos seu aliquem, pro bona et salubri gubernatione et regimine eorundem fienda, condenda et stabilienda. Ac etiam volumus et concedimus per præsentes quod prædictum collegium, sic erectum, factum, fundatum, creatum et stabilitum, collegium Thomæ Wolsey, Cardinalis Eboracensis, Anglice vero, *Cardinall College*, in alma academia sive Universitate Oxoniensi, appelletur et nuncupetur. Et quod prædicti clerici sæculares in collegio prædicto, per nomen Decani et canonicorum sæcularium Thomæ Wolsey Cardinalis Eboracensis in alma academia sive Universitate Oxoniensi, sint unum corpus re et nomine, et per idem nomen nuncupetur, habeantque successionem perpetuam. Quodque iidem Decanus et canonici per nomen Decani et Canonicorum Collegii Thomæ Wolsey, Cardinalis Eboracensis, in alma academia sive Universitate Oxoniensi, sint personæ habiles, capaces, aptæ et perpetuæ in lege, ad perquirenda et recipienda dominia, maneria, terras, tenementa, redditus, servitia, reversiones, patronatus ecclesiarum, abbatiarum, prioratuum, hospitalium, et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, apportus, portiones, pensiones, annuitates, servitia, possessiones, et alia hæreditamenta quæcunque, tam temporalia quam spiritualia, ex concessione, legatione sive assignatione, aliquarum personarum quarumcumque; habenda et tenenda eis et eorum successoribus imperpetuum. Ac etiam quod iidem Decanus et canonici et successores sui, per nomen Decani et canonicorum Collegii Thomæ Wolsey Cardinalis Eboracensis in alma academia sive Universitate Oxoniensi, placitare et implacitari, prosequi, defendere et defendi, respondere et responderi, possint et valeant in omnibus et singulis causis, querelis et actionibus, realibus, personalibus et mixtis, cujuscunque generis fuerint sive naturæ, in quibuscunque placeis, locis et curiis, nostris, hæredum et successorum nostrorum, ac in placeis, locis et curiis aliorum quorumcunque, coram quibuscunque justitiariis et judicibus ecclesiasticis et sæcularibus infra regnum nostrum Angliæ et alibi; et ad ea, ac ad omnia et singula alia facienda, agenda et recipienda, prout et in eodem modo quo cæteri ligei nostri, personæ habiles et capaces in lege infra idem regnum nostrum, facient et facere poterunt, in curiis, placeis et locis, prædictis, et coram justitiariis et judicibus supradictis. Necnon quod iidem Decanus et canonici, et eorum successores, habeant unum

commune sigillum, pro negotiis suis agendis perpetuo servituruum. Ac insuper, de uberiori gratia nostra, concedimus et per præsentes licentiam damus præfato reverendissimo in Christo patri, hæredibus, executoribus et assignatis suis, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod postquam collegium prædictum, ut prædicitur, fundatum, erectum, factum, creatum et stabilitum fuerit, ille idem reverendissimus pater Thomas antedictus, hæredes, executores vel assignati sui, aut aliæ personæ quæcunque, sive alia persona quæcunque, maneria, terras, tenementa, redditus, reversiones, servitia, patronatus ecclesiarum, abbatiarum, prioratuum, hospitalium et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, portiones, apportus, annuitates, pensiones, et advocationes ecclesiarum, et omnia et omnimoda alia hæreditamenta et possessiones quæcunque, tam spiritualia quam temporalia, ad annuum valorem duarum millium librarum sterlingorum ultra omnia onera et reprisas, tam de feodo nostro proprio quam alieno, licet de nobis in capite, vel aliter, seu aliquo alio modo, seu de aliquibus aliis personis, seu de aliqua alia persona, teneantur, Decano et canonicis ejusdem collegii pro tempore existentibus, et successoribus suis, dare, concedere, assignare et legare, possit et possint, valeat et valeant; habenda, tenenda et gaudenda, eisdem Decano et canonicis, et successoribus suis. Quod ipsi maneria, terras, tenementa, reversiones, servitia, portiones, apportus, pensiones, annuitates, ac omnia et omnimoda hæreditamenta et possessiones quæcunque, tam spiritualia quam temporalia, ad annuum valorem duorum millium librarum sterlingorum, ultra omnia onera et reprisas, a præfato reverendissimo in Christo patre, hæredibus, executoribus vel assignatis suis, et quibuscunque aliis personis, seu quacunque alia persona, ea eis dare vel concedere volenti vel volentibus, recipere, habere et tenere, possint, sibi et successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, per præsentes similiter licentiam damus et concedimus specialem: statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut aliquo alio statuto, actu, ordinatione, provisione seu restrictione, incontrarium inde facto, edito, ordinato seu proviso, aut aliqua alia re, causa vel materia quacunque, in aliquo non obstante. Et hoc absque aliqua inquisitione, seu aliquibus inquisitionibus, inde, prætextu alicujus brevis seu mandati nostri, vel aliquorum brevium seu mandatorum hæredum vel successorum nostrorum "Ad quod damnum," seu alicujus alterius brevis, commissionis, mandati seu præcepti nostri, hæredum vel successorum nostrorum, in hac parte faciendis, prosequendis seu capiendis, et in Cancellariam nostram, hæredum vel successorum nostrorum, seu alibi, retornandis, et absque aliquibus aliis literis nostris patentibus, hæredum vel successorum nostrorum, de, in sive pro, præmissis seu aliquo præmissorum, quovismodo impetrandis, habendis,

seu faciendis: aliquibus statutis sive ordinationibus in contrarium inde factis, editis sive ordinatis, non obstantibus. Nolentes quod prædicti Decanus et canonici prædicti collegii, qui pro tempore fuerint, aut successores sui, ratione seu occasione præmissorum vel eorum alicujus, per nos, hæredes et successores nostros, justitiarios, escaetores, vicecomites, seu alios ballivos seu ministros nostros, vel hæredum seu successorum nostrorum, quoscunque, impetantur, inquietentur, molestentur in aliquo seu graventur; aliqua alia concessione præfato reverendissimo in Christo patri, per nos sive aliquos alios, concessa, aut aliqua alia re causa vel materia quacunque, non obstante. Et insuper, de uberiori gratia nostra, et liberalitate ac munificentia, singulari affectione, propensoque animo quem erga dictum reverendissimum in Christo patrem, præfatique collegii erectionem, fundationem et stabilimentum, gerimus, necnon ob egregia ejus in nos regnumque nostrum præstita officia, ac alias justas et rationabiles causas nos animumque nostrum in hac parte moventes, omnia et singula præmissa damus et concedimus. Volumusque quod fiant, expediantur, sigillentur et tradantur, dicto reverendissimo in Christo patri, hæredibus, executoribus vel assignatis suis, absque aliquo fine, feodo magno vel parvo, nobis, in Cancellaria nostra seu Hanaperio nostro, seu alibi, solvendo seu faciendo. Eo quod expressa mentio de certitudine præmissorum, aut de aliis donis sive concessionibus præfato reverendissimo domino Cardinali per nos ante hæc tempora factis, in præsentibus minime facta existit, aut aliquo actu, restrictione, ordinatione sive mandato, clerico Hanaperii nostri ante hæc tempora facto, aut statuto aliquo in contrarium facto sive edito, in aliquo non obstante. In cujus, &c. Teste Rege, apud Westmonasterium, decimo tertio die Julii, anno regni sui decimo septimo.

Per breve de privato sigillo, et de data prædicta, auctoritate Parliamenti.

STATUTES OF CARDINAL COLLEGE, OXFORD.

TABLE OF CHAPTERS.

	Page
De corpore collegii, et numero ejusdem	12
De numero ascriptorum sive electorum canonicorum secundi ordinis	12
De numero eorum qui in templo quotidie divinis officiis inservient	12
De numero magistratuum sive officiariorum collegii	13
De qualitate et officio Decani	13
De officio et qualitate Subdecani	14
De qualitate et officio censorum	15
De qualitate et officio præfectorum ærarii	18
De qualitate asciscendorum in canonicos primi ordinis	19
De qualitate asciscendorum in canonicos secundi ordinis	21
De electione Decani	22
Forma juramenti per Decanum in sua admissione præstandi	25
Forma obligationis et conditionis ejusdem	31
De tempore et forma electionis Subdecani et aliorum officiariorum	32
De tempore et forma electionis canonicorum primi ordinis	33
Forma juramenti electorum in canonicos primi ordinis	35
De anno probationis electorum in canonicos primi ordinis, et admissione eorum in perpetuos ejusdem ordinis	39
Forma juramenti admissorum in primi ordinis canonicos	40
Forma autem obligationis pro primi ordinis canonicis admissis et perpetuis, cum conditione	43
De distinctione graduum et senioritatis; deque differentia primi ordinis canonicorum	44
De electione secundi ordinis canonicorum	45
Forma juramenti admissorum in secundi ordinis canonicos	46
Quamdiu manere debeant in collegio nostro secundi ordinis canonici	48
De admissione ministrorum sacelli; de qualitate et juramento eorundem	49
De ministris et servientibus collegii admittendis	51
De suffragiis et orationibus tam a Decano quam etiam utriusque ordinis canonicis privatim et quotidie dicendis	53
De modo et tempore celebrandi matutinas, missas et alias horas canonicas, in sacello collegii nostri prædicti	55
Quibus diebus et temporibus Decanus et utriusque ordinis canonici divinorum celebrationi interesse tenentur	58
De septem missis quotidie celebrandis	62
Qui missæ matutinali interesse tenentur	64
De quatuor concionibus singulis annis in collegio faciendis	65
De exequiis hebdomadatim et in fine cujuslibet termini pro anima Fundatoris in communi celebrandis	65
De anniversario Fundatoris	68
De lectura Bibliæ et ejus expositione, et Latino eloquio exercendo	69
De lectoribus privatis et domesticis	71
De studio, et lecturis audiendis	72
De disputationibus et exercitiis domesticis	74
De tempore assumendi gradus	77
De tempore assumendi sacros ordines	80

PAGE
De morum honestate servanda, et dissensionibus sedandis . 81
De vestitu et ornatu, et armis non portandis . . . 83
De ludis, venationibus et aucupationibus, prohibitis . . 85
De exitu ab Universitate, et venia petenda . . . 86
De promotione, et causis deserendi collegium . . . 88
De portione Decani 90
De convictu et communis utriusque ordinis canonicorum, et omnium aliorum collegii ministrorum . . . 93
In quibus diebus Decanus debet prandere in communi aula collegii 95
De senescallo aulæ 95
De mensis Decani, Subdecani et aliorum . . . 96
De mora non trahenda in aula post refectiones . . . 97
De pensionibus et stipendiis Subdecani 98
De vestibus, quas liberatas appellant 100
De allocationibus pro extraneis, et illis ad collegii sumptus non introducendis 102
De cubiculorum dispositione 104
De feodis juris regni peritis, solicitatori, auditori et clerico terrarum, annuatim pendendis 105
De sustentatione et reparatione aulæ et ædificiorum . . 106
De provisione pro Decano et aliis ægrotantibus . . . 107
De vitanda pestis aut aeris contagione 108
De supervisione terrarum, et computis faciendis . . 109
De expensis eorum qui in negotiis collegii emittuntur . . 111
De custodia bonorum collegii 111
De cistis, et sigillo communi 114
De evidentiis, munimentis et scriptis 115
De bonis et possessionibus non alienandis . . . 116
De portis et ostiis 118
De modo procedendi contra Decanum criminosum . . 118
De modo procedendi contra utriusque ordinis canonicos in majoribus criminibus 120
De punitione utriusque ordinis canonicorum in minoribus criminibus 121
De subtractione et diminutione convictus, sive pensionis pro convictu 122
De numero et qualitate publicorum nostrorum Academiæ Oxoniæ professorum 122
De electione et juramento publicorum professorum . . 123
Forma juramenti electi in professorem publicum . . . 125
Quid quisque publicorum professorum quibusque temporibus et locis profitebitur 127
De exercitiis per publicos professores observandis . . 129
De oneribus publicorum professorum 131
De stipendiis, convictu et liberata, publicorum professorum . 132
De coercione publicorum professorum 132
De anniversario illustrissimi ac potentissimi principis Regis Henrici octavi et Katherinæ consortis suæ . . . 135
De lectione statutorum 136
De visitatione Archiepiscopi Eboracensis per se vel per ejus Commissarios in dicto collegio 139
Epilogus 142

STATUTES OF CARDINAL COLLEGE, OXFORD

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, Filii, et Spiritus Sancti; nos Thomas, miseratione divina tituli Sanctæ Ceciliæ sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Eboracensis Archiepiscopus, Angliæ Primas et Apostolicæ sedis Legatus, necnon felicis recordationis Leonis nuper Papæ decimi, Adriani Papæ sexti, ac sanctissimi domini nostri Clementis Papæ septimi moderni, dictæque sedis ad invictissimum et potentissimum Principem et dominum nostrum Henricum, ejus nomine octavum, Angliæ et Franciæ Regem, fidei defensorem et Dominum Hiberniæ, ejusque Angliæ regnum, terras, patriae, civitates atque loca, illi subjecta, et alia illi adjacentia, ad vitam nostram etiam de latere Legatus, Episcopus Dunelmensis,* exemptusque monasterii sancti Albani commendatarius, perpetuus Cancellarius Angliæ, et Collegii in alma academia Oxoniensi vulgo vocati "the Cardynall College" verus, certus, et indubitatus fundator, extructor et dotator; omnibus et singulis infrascripta lecturis et audituris salutem, gratiam et benedictionem. Cum in hoc collegio nostro instituendo et erigendo, quod felix faustumque Deus esse concedat! id unum spectaverunt cogitationes nostræ ut, ad illustrandam divinæ majestatis gloriam recta animorum institutione educata juventus, tum moribus tum literis eatenus proficiat, ut non vitæ minus exemplo quam vera et sincera Evangelii prædicatione fidem Christi salvatoris simplicioribus animis commendare et confirmare queat; videamusque certissimis comprobatum exemplis nullam rempublicam, civitatem nullam, sed ne domum quidem privatam, diutius consistere quæ non legibus aliquibus contineatur; nec dubitamus etiam quin nobis, leges huic nostro collegio certas ponere meditantibus, Deus optimus maximus, cujus auspiciis ac ductu hæc inchoata agnoscimus,† ea sit haud dubie ‡ per spiritum suggesturus quæ ad morum compositionem, vitæ integritatem, eruditionis sinceritatem et incrementum corporis [pertinent] denique ipsius conservationem et perpetuitatem, maxime § conducere videbuntur; non committendum putamus ut, qui in hujus partus nostri, ut ita dicamus, editione non sine Spiritus divini auxilio

* Wintoniensis.
† Speramus.
‡ Dele the words "haud dubie."
§ Magis.

Digitized by Google

elaboravimus, ingratorum parentum exemplo, rectam ejusdem institutionem et progressum turpiter negligamus. Idcirco, non nostris, sed Ejus qui bonorum est omnium auctor et sine quo cuncta frustra tentantur, viribus confisi et freti auxiliis, ad statutorum nostrorum editionem, constitutionem et promulgationem, duximus procedendum, et procedemus ut sequitur.

De corpore collegii et numero ejusdem.

Institution of a Dean and sixty Canons of the first order.

In primis, cum collegium nostrum prædictum, ceu corpus quoddam naturale, suis membris et partibus tum coalescere tum consistere necesse habeat, volumus, statuimus et ordinamus, quod in collegio sint, et qui soli de corpore ejusdem reputentur,* sexaginta unus viri, † nationis, conditionis et qualitatis, inferius per nos describendæ;† quorum unum Decanum, reliquos vero sexaginta primi ordinis canonicos collegii prædicti, volumus nuncupari; quique (quandoquidem, ut ait Apostolus, non eundem actum omnia membra habent, sed suis singula legibus animantur, foventur et aluntur) eam ubique normam, illum ordinem ac modum in mutua vitæ consuetudine et debita officiorum exhibitione observabunt, quem statutorum nostrorum præscripta de singulis suo loco speciatim edocebunt.

De numero ascriptorum sive electorum canonicorum secundi ordinis.

Forty Petty Canons.

Item, ut in ipso eodem collegio sit semper veluti seminarium quoddam, unde in locum decedentium primi ordinis canonicorum, aut alia quavis occasione discedentium, alii non omnino inepti facile transferri et subrogari queant; volumus, statuimus et ordinamus, ‡quod, præter ac ultra prædictum numerum Decani et sexaginta canonicorum primi ordinis, adsciscantur et eligantur ac ‡ sint in collegio nostro prædicto quadraginta alii [viri] illis patria, moribus, ætate, conditione, et animorum qualitate, instructi, quas postea explicabimus; quos§ secundi ordinis canonicos, Anglice vero *Pety canons*, volumus appellari, adque illum canonem vitam, mores et sua studia, componere, quem deinceps suo ordine proponemus.

De numero eorum qui in templo quotidie divinis officiis inservient.

Item, quum, vivis Spiritus Sancti oraculis edocti, persuasissimum habeamus precationem tam arcta necessitudine cum scientia con-

---

* Numerentur.

† For "nationis . . . . . describendæ," read "patria, conditione, moribus et qualitatibus sequentibus statutis declarandis."

‡ For "quod præter . . . . . eligantur ac," read "ut ultra prædictos sexaginta unum viros, corpus collegii repræsentantes, quorum unum Decanum reliquos sexaginta primi ordinis canonicos volumus nuncupari, adsciscantur et."

§ For "quos," read "illosque quadraginta."

Digitized by Google

junctam esse ut *neutra alteri deesse possit, non magis* quam incliti illi Israelitarum duces, Moses et Aaron [disjuncti, ad populum illum electum a Deo missi;] cupiamusque ut in hoc nostro collegio perpetuum divini cultus obsequium ac nominis Dei solemnis ac quotidiana sanctificatio, statis ac certis ecclesiæ Sarum† ritibus, illis videlicet modo et forma quos deinceps apertius declarabimus, indies observetur celebreturque: quibus neque primi neque secundi ordinis Canonici prædicti (literarum nimirum et scientiarum studiis a nobis destinati) quotidie vacare et intendere possint: volumus, statuimus et ordinamus, quod, præter et ultra numerum utriusque ordinis canonicorum prædictorum, sint et conducantur stipendiis collegii inferius limitandis tredecim presbyteri conductitii, et duodecim alii clerici conductitii, omnes musices periti, necnon sexdecim pueri chorustæ, et unus aliquis musices peritissimus qui eosdem instruat et musicam artem commode doceat; qui omnes divinis [officiis in templo sive sacello collegii nostri] quotidie absolvendis diligenter insistant, secundum quod ‡inferius latius aperiemus.‡

Number of hired Priests, Clerks, and Choristers.

A teacher of music.

De numero magistratuum sive officiorum collegii.

Quoniam autem scriptæ hominum leges parum efficaces ac vere mutæ merito censentur, nisi sint qui easdem executioni mandare et velint et possint; visum est cum utile tum [imprimis] necessarium ut in hoc quoque collegio nostro præficiantur quidam, neque enim unus aliquis tantæ provinciæ sufficere potest, quorum fidei prudentiæque præsentium statutorum nostrorum executio, veluti per partes, demandetur. Proinde volumus, statuimus et ordinamus, ut præter Decanum, cujus ut infra dicetur summa et præcipua administratio erit, sint etiam ex illis sexaginta [primi ordinis canonicis] unus Subdecanus, quatuor censores, tres præfecti ærarii sive bursarii: quos quales esse oporteat, pariter et quo modo ac ordine præficiendi sint, quibusque rebus præcipue intendere, ac quid quisque potestatis [habere et] exercere debeat, separatim suis titulis ostendemus.

Institution of a Subdean, four Censors, and three Bursars.

De qualitate et officio Decani.

Quum ad componendos et rite constituendos mores inferiorum non parum referre arbitramur qualis is sit qui præficiatur, tum quod a capite vitioso multas membra contrahant causas morborum, tum quod, ut Gregorius refert, cujus vita despicitur restat ut ejus prædicatio contemnatur; idcirco volumus et ordinamus,

---

* For "neutra alteri deesse possit non magis," read "altera alteri deesse non magis possit."

† Dele "Sarum."

‡ For "inferius latius aperiemus," read "latius atque apertius deinceps explicabimus."

Digitized by Google

Qualifications of the Dean.

quod, perpetuis futuris temporibus, eligendus aut præficiendus in Decanum collegii nostri prædicti sit probis moribus, integra vita, fama inviolata, in ordine sacerdotii constitutus, neque Episcopus neque religiosus, in sacra theologia doctus, et graduatus ad minus baccalaureus; aut saltem ita doctus ut, intra quatuor menses post ejus præfectionem, realiter accipiat gradum prædictum, omniaque faciat, disputando et prædicando, quæ ex more ad dictum attinent gradum; natione Anglus; annos ad minus triginta natus, cultui divino, virtuti et sacrarum literarum studio, deditus; in re familiari providus; in hiis quæ ad proventus, redditus, ædificia, locationes, conductiones et cætera hujusmodi, pertinent, peritus et expertus; et, veluti rector vigilans, quid bene quidve male actum fuerit facile discernat. Huic omnes et singulos utriusque ordinis canonicos, ministrosque et famulos, unumquemque suo ordine, subesse volumus, et ut eum timeant tanquam principem, colant ut patrem, ei in licitis sine murmure parentes; querelas, accusationes, discordias, si quæ fuerint, ad eum deferentes, ut discrete audiat, prudenter judicet, odium et dissidium tollat. In quo officio eum perstare volumus quamdiu se morate gerat, et vivat secundum statutorum ordinem; neque in Episcopum sit consecratus; neque in ullum notabile incidat crimen, qualia sint usura, simonia, voluntarium homicidium, perjurium, incontinentia notaria, dilapidatio et cætera enormia: in quæ aut eorum aliquod si inciderit, statim, aut infra quindecim dies proxime sequentes, ad ejus amotionem procedatur et effectualiter ab officio suo, juxta formam infra traditam, in omne ævum amoveatur. Statuentes, præterea, ut omnia placita, tam realia quam personalia, dictum collegium concernentia, in quibuscunque curiis moveantur, dictus Decanus, in nomine ipsius Decani et canonicorum collegii Thomæ Wolcy, Cardinalis Eboracensis, in alma academia Oxoniensi, prosequatur et defendat; hoc addito, ut causas et lites graves, et ardua negotia, in quibus contingere poterit ipsius collegii grave damnum, exhæredatio aut grave præjudicium, absque majoris partis omnium dicti collegii, ubicunque infra Angliæ regnum fuerint, [primi ordinis] canonicorum (connumeratis etiam in hoc casu absentibus) consilio et assensu, nisi quatenus infra provisum est, incipere vel aggredi non debebit.

His authority.

Duration of office.

To consult the Major Canons in suits and business of importance.

De officio et qualitate Subdecani.

Quandoquidem eo rectius cuncta administrantur quo, plurium sortita industrias, non ad unius sed ad multorum solicitudinem pertineant; fierique possit ut Decani alio avocati oculos multa effugiant quæ præsentes latere nullo modo possunt; statuimus, ordinamus et volumus, ut in nostro collegio prædicto sub dicto Decano sit semper vicarius, unus de discretioribus ac maturioribus ejusdem collegii primi ordinis canonicis, conversatione honesta et approbatis moribus, qui Subdecanus nuncupetur. Cujus officium

Qualities of the Subdean.

Digitized by Google

erit diligenter advertere ad bonum regimen canonicorum utriusque ordinis ac ministrorum omnium dicti collegii, ad statutorum item et ordinationum observationem, et ad divinum cultum, ac studii et scientiarum profectum; et in eodem collegio continue residere, nisi forsan ex magna et urgente causa ad dicti collegii negotia eum emitti, vel alias ex causa rationabili et honesta abesse contingat, et tunc ejus vices in licentiis, et correctionibus pro delictis levioribus, ac clavium custodiis, et ratiociniorum approbationibus et improbationibus, suppleat canonicus primi ordinis maxime senior in Universitate præsens, non officiarius nec alterius officiarii tunc absentis vicem gerens; nisi quum aliter expresse in ejus absentia infra provisum fuerit. Ad Subdecani etiam officium pertinebit absentis Decani vicem in omnibus gerere et supplere, nisi in hiis quæ præsentis Decani assensum et auctoritatem specialiter requirunt. Subdecanus quoque debet Decano in consiliis et correctionibus assistere; negligentias, defectus, necnon crimina, excessus et delicta, quæ a dicti collegii tam primi quam secundi ordinis canonicis, officiariis aut ministris, noverit esse commissa, dicto Decano, si præsens fuerit et res ita exigat, cessantibus omnibus affectione consanguinitatis aut affinitatis, invidia, amore, odio et timore, denuntiare; ut per ipsum vel alios, secundum ordinationes et statuta nostra, puniantur. Volumus, insuper, quod Subdecanus possit etiam canonicos utriusque ordinis, ministros [sacelli] ac etiam officiarios, [et cæteros collegii ministros,] negligentes aut circa studium desides, vel alio modo errantes circa leviora, arguere et increpare; et si oporteat, cum consensu unius censoris aut, censoribus absentibus, unius eorum deputati, corrigere et punire, etiam præsente Decano. Ad quæ omnia et singula, quantum ad ipsum pertinet, bene et fideliter facienda et observanda, præfatus Subdecanus, statim post ipsius admissionem ad officium prædictum, tactis sacrosanctis Evangeliis, corporale præstet juramentum, coram Decano, in præsentia omnium primi ordinis canonicorum dicti collegii, vel majoris partis eorundem tunc in collegio præsentium.

His duties.

Power to correct and punish.

To be sworn, on admission to office.

De qualitate et officio censorum.

Cum ad singula diligentius animadvertere solent quibus ea specialius fuerint demandata, nonnihilque faciat ad studia virtutis excitanda habere qui cuncta curiosius observent, quique vitia insectentur et ad honesta invitent; volumus, statuimus et ordinamus, quod in nostro collegio prædicto sint quatuor morum et eruditionis censores, quorum duo sint artium Magistri, in eadem facultate doctiores et provectiores, ac magis exercitati in theologia, minime graduati; qui philosophiæ, dialecticæ, ac humaniorum literarum studiosis præsint. Duo vero alii sint item de provectioribus in theologia, Doctores aut baccalaurei, vel saltem scholares, in eadem, quorum alter theologiæ, alter vero jurium et medicinæ, studiosis

Qualities of the Censors.

Digitized by Google

Their duties.

præsit. Quos omnes volumus censores vocari, et, quasi subsidiariam operam Decano et Subdecano collegii nostri sedulo præstantes, curam ac regimen omnium canonicorum utriusque ordinis habere, et eisdem diligenter superintendere, quatenus scilicet lectionibus publicis a nobis institutis, juxta statuta et ordinationes inde a nobis inferius editas, intersint, et, eisdem continue et vigilanter incumbentes, in studio scholastico et morum honestate proficiant. Porro, quia sic est hominum, præsertim adolescentium, cæca temeritas, ut suis incommodis parum etiam consulere, nec, nisi pœnæ formidine adacti, velint præstare quæ sibimet ipsis sunt saluberrima: volumus, statuimus et ordinamus, ut censores prædicti omnes desides, negligentes, parumque proficientes in morum honestate, studio, eruditioneque, quibus destinantur, corripiant verbisque increpent; pariter et ipsorum transgressiones, negligentias, excessus et delicta, collegii nostri prædicti Decano aut, in ejus absentia, Subdecano denuntient insinuentque; ac ut ipsa, juxta ordinationes et statuta nostra, quæ inferius suis locis ea de re speciatim apponemus et adscribemus, debite castigentur, reformentur, corrigantur et puniantur, quantum eis possibile erit, omni diligentia instent, insistant et urgeant. Id quod ut illis facilius constet certiusque intelligant, nec ignorare possint, quantum quisque studiis animum suum adjecerit, ac quale in exercitiis et disputationibus, tam publicis quam privatis, quisque suæ eruditionis specimen præbuerit, volumus, statuimus et ordinamus, ut duo illi theologorum, juristarum ac arti medicæ incumbentium, censores, aut saltem alter ipsorum, in singulis disputationibus et exercitiis scholasticis per nos inferius statuendis, illorum primi ordinis canonicorum quibus ipsi præfecti sunt, similiter et superiores illi duo artium Magistri, philosophiæ, dialecticæ et rhetoricæ, studiosis censores præfecti, in singulis cæterorum primi et secundi ordinis canonicorum [quibus ipsi præfecti sint] publicis et privatis disputationibus, *repetitionibus et exercitiis,* juxta tenorem statutorum nostrorum in ea parte editorum et infra scriptorum, per eosdem fiendis, a principio eorundem usque ad finem intersint, seu saltem unus illorum ad minus intersit, ac eadem secundum suam discretionem, eruditionem et prudentiam, moderentur, regulent, ordinent et disponant; nisi forte per impedimentum aliquod legitimum, per collegii nostri Decanum aut in ejus absentia Subdecanum, aut illius Subdecani absentis vices gerentem, approbandum, illis adesse, ut præmittitur, non liceat; quo casu, tamen, omnino volumus ut, de consensu dicti Decani, aut in ejus absentia Subdecani, illiusve Subdecani absentis vicem gerentis, unus aliquis ad hoc idoneus deputetur, qui in singulis disputationibus, †repetitionibus et exercitiis† prædictis, absentis censoris vicem in omnibus suppleat. Ad quæ omnia et singula præmissa, juxta statuta et ordinationes nostras, quantum ad ipsos pertinet, subeunda, perim-

To be present at, and to direct Disputations.

* Dele "repetitionibus et exercitiis," and insert "baccalaureorum in artibus."
† Dele "repetitionibus et exercitiis," and insert "baccalaureorum."

Digitized by Google

plenda, præstanda et exercenda, volumus omnes censores prædictos et eorum unumquemque, in præsentia Decani, aut eo absente Subdecani, et tredecim maxime seniorum primi ordinis canonicorum, corporale subire et præstare juramentum. Quod si, in præmissis aut in aliquo præmissorum, prædicti censores aut ipsorum aliquis negligens et culpabilis inveniatur, nec, per Decanum aut Subdecanum monitus, sese effectualiter emendaverit, volumus quod, auctoritate et judicio Decani, assistente sibi Subdecano ac altero præfectorum ærarii, careat sic delinquens convictu quotidiano tam diu ac donec et quousque se correxerit, et in præmissis sese debite emendaverit. Quod si ter in præmissis aliquis censorum prædictorum negligens et culpabilis inveniatur, volumus et ordinamus quod salario per nos assignato, auctoritate prædicti Decani vel in ejus absentia Subdecani, assistente sibi altero præfectorum ærarii, ut præfertur, pro illo anno privetur. Et quoniam interdum, permittentibus statutis nostris, unum ex censoribus prædictis ab Universitate abesse licebit, omnes autem simul nullo modo, præterquam ex causa maxime necessaria et vehementer urgente, per Decanum et majorem partem canonicorum primi ordinis seniorum, vel, eo absente, Subdecanum et majorem partem eorundem seniorum, prius approbanda, ut infra in statuto de absentia et residentia latius dicetur; idcirco volumus, statuimus et ordinamus, quod quoties aliquem ex dictis quatuor censoribus de Universitate aliquo proficisci contigerit, nec speraverit se, propter longitudinem itineris aut negotiorum necessitatem, eodem die domum reversurum, tunc claves (quarum custodiam sibi ratione officii sui commissam habet), non sine consilio tamen et assensu Decani collegii nostri, vel eo absente Subdecani ejusdem, in utriusque vero absentia primi ordinis canonici tunc maxime senioris in Universitate præsentis, alicui primi ordinis canonico, Magistro, non officiario clavigero, si talis tunc in Universitate præsens fuerit, sin minus uni maturo et discreto baccalaureo, primi ordinis canonico, qui eas usque ad ejus reditum custodire voluerit, et pro quo suo periculo velit respondere, secure custodiendas committat et tradat; qui sic, ut præmittitur, deputatus, absentis censoris vices, in custodiis, licentiis, ac causarum et ratiociniorum approbationibus, et improbationibus, ac earum cujusvis appendicibus et annexis quibuscunque, in virtute juramenti quod in tempore admissionis suæ in canonicum primi ordinis collegii corporaliter præstitit, postquam id muneris susceperit, diligenter et fideliter supplere teneatur. In disputationibus autem, et cæteris quæ ad mores et literas attinent, ac etiam correctionibus pro levioribus delictis, censorum theologiæ, jurium ac medicinæ, absentium, vices suppleant duo primi ordinis canonici maxime seniores, tunc in Universitate præsentes, [ad arbitrium Decani aut, eo absente, Subdecani] non officiarii; censorum vero artium absentium alii duo in artibus Magistri, doctiores et exercitatiores, non officiarii. In majoribus autem criminibus, censores ipsos, vel saltem eorum alterum, expectari volumus: ita ut in hiis gravio-

Penalties on Censors for neglect of duty.

The four Censors not to be absent at the same time.

Censor, about to be absent, to appoint a deputy.

Substitutes of absent Censors at Disputations.

Deputies not to act in cases of higher offences.

Digitized by Google

ribus deputati sese nullo pacto intromittant, sed hujusmodi reservent in censorum adventum.

De qualitate et officio præfectorum ærarii.

Quoniam de bonorum morum ac studiorum præfectura abunde a nobis prospectum est, et vehementi cura studioque teneatur animus noster ut ipsius collegii nostri prædicti redditus ac proventus, provida circumspectione dispensati, non nisi in Dei gloriam, et usum a nobis destinatum et præscriptum, fideliter convertantur insinuanturque; volumus, statuimus et ordinamus, quod in collegio nostro prædicto sint tres ærarii et scriniorum præfecti, alio nomine bursarii, bursiferi sive dispensatores, vocati. Quod munus administrare eos solos ex primi ordinis canonicis prædictis volumus qui, disciplina œconomica ac rei familiaris administrandæ prudentia, præter cæteros maxime polleant, per Decanum et tredecim collegii nostri primi ordinis canonicos seniores, similiter ut Subdecanus, eligendi. Horum autem curam et administrationem esse volumus, per visum et cum testimonio Decani aut Subdecani, ipsisve extra Universitatem agentibus, alicujus eorum deputati, omnes redditus, proventus, exitus, firmas, fructus et pensiones, omnium beneficiorum maneriorum, terrarum, possessionum et redduum, undecunque provenientium, et dicto collegio pertinentium, seu alia quæcunque quacunque occasione dicto collegio nostro solvi debita, de œconomis, ballivis, procuratoribus, firmariis, præpositis et aliis debitoribus, datoribus aut computantibus quibuscunque, recipere: quas receptiones volumus semper in thesauraria fieri et non alibi. Sint, præterea, duæ magnæ indenturæ in membranis, quarum alteram habeat Decanus et in ejus absentia Subdecanus, alteram vero ipsi præfecti; in quibus, in præsentia Decani et unius censoris, vel Subdecani et unius censoris, vel, Subdecano aut censoribus ab Universitate absentibus, eorum deputatorum, scribantur summæ omnium solutionum receptarum de prædictis per prædictos præfectos. Ita tamen, ut in illa indentura, quæ manere debet penes Decanum vel Subdecanum, nemo quicquam scribat præter dispensatores ipsos aut alicujus eorundem, ipsis ab Universitate absentibus, pro tempore deputatum: in altera vero, solus Decanus, Subdecanus, vel alicujus eorundem, [ipsis] extra Universitatem degentibus, [aut legitime impeditis,] deputatus. Volumus, insuper, quod in dicta thesauraria sit una cista, in qua omnia sicut præfertur recepta reponantur; et hoc per visum Decani et unius censoris, aut Subdecani et unius censoris, aut, ut præfertur, eorum absentium [vel legitime impeditorum] deputatorum [vel unius eorum deputati.] De qua cista poterunt præfecti supradicti certas et rationabiles summas, ad convictum canonicorum et aliorum omnium nostri collegii, et alias quotidianas expensas ad utilitatem collegii aut necessitatem, et non alios usus, et hoc juxta discretionem, consilium et assensum, Decani et unius censoris, vel, Decano

Qualities of the three Bursars.

Their duties.

Their accompts.

The chest of receipts, and its custody.

Digitized by Google

absente, Subdecani et unius censoris, aut, ut præfertur, istis aut eorum aliquo ab Universitate absentibus, eorum deputatorum, extrahere et exponere. Cujus quidem cistæ, ne suspicio fraudis incurratur, præfecti ipsi tres habeant claves, et duos libellos vel codicellos indentatos inter se, in eadem cista conservandos, de omnibus et singulis per eos solutis et expensis. In quibus libellis, ne inter se computando discordent, singulæ expensæ, etsi minutissimæ fuerint, per eos expositæ, in eadem qua exponuntur septimana scribantur, propter oblivionem; sub pœna amissionis earundem summarum in fine illius septimanæ non scriptarum. Quos etiam præfectos ærarii volumus quatenus de bonis et salubribus provideant victualibus, ad honorem et utilitatem collegii et sanitatem inhabitantium. Præterea, quoties aliquem præfectorum prædictorum extra Universitatem abesse contigerit (omnes autem nisi ex causa perurgente, et ea quidem rarissima, per Decanum et majorem partem primi ordinis canonicorum seniorum, vel eo absente Subdecanum ac majorem partem eorundem, primitus approbanda, simul abesse nolumus), tunc claves ad suum officium pertinentes, propter causas necessarias quæ verisimiliter accidere possunt, cum consilio et assensu Decani, vel eo absente Subdecani, vel, utroque absente, canonici primi ordinis maxime senioris tunc in Universitate præsentis, dimittat in custodiam alicujus discreti primi ordinis canonici, non officiarii clavigeri, qui ejus vices absentis supplere voluerit, et pro quo ipse voluerit suo periculo respondere. Proviso, quod nullus unus simul habeat custodiam clavium duorum officiariorum, nec etiam officiarius quispiam sui collegæ claves gerat aut custodiat. Ad quæ omnia et singula bene, fideliter et diligenter, observanda, dicti præfecti ærarii, statim post ipsorum admissionem ad officum, tactis per eos et eorum singulos sacrosanctis [Dei] Evangeliis, præstent corporaliter juramentum coram Decano vel Subdecano, in præsentia omnium primi ordinis canonicorum dicti collegii, vel majoris partis eorundem tunc in Universitate præsentium.

Weekly entry of payments.

Power to appoint a Deputy during absence.

To be sworn on taking office.

De qualitate asciscendorum in canonicos primi ordinis.

Quoniam, ut veritas attestatur, et modicum fermenti totam massam corrumpit, et triticum zizania soleat suffocare, facile nostra intentio fuerit frustrata, nisi hac quoque in parte diligentissime caveatur. Quale enim fuerit in herba semen, talem fere segetem solet præstare. Itaque, statuimus et ordinamus ut eligendi in canonicos primi ordinis (quos post annum probationis, de quo infra dicetur, perpetuos esse volumus, nec nisi ex causis deinceps enumerandis removendos) sint de oriundis in diœcesibus Eboracensi, Dunelmensi, Lincolniensi, Bathoniensi et Wellensi, Norwicensi, Londonensi, Eliensi, Roffensi, Cantuariensi, Cicestriensi, Coventriensi et Lichfeldiensi et Exoniensi, Sarum, Wigorniensi, Wintoniensi, et corpore nullo morbo contagioso aut incura-

Qualifications of Canons of the first order.

Digitized by Google

bili vitiato, aut alias membri mutilatione deformi, studiis literarum apti et idonei, casti, modesti, famæ inviolatæ et opinionis illæsæ, in illis scientiis et facultatibus, sive sit theologia, jus canonicum, civile, medicina aut philosophia, ad quam eos eligi contigerit, bene et sufficienter instructi, et ad minus baccalaurei, aut saltem in eisdem scientiis sic eruditi ut intra quadrimestre a tempore electionis ad gradum baccalaureatus in eadem facultate admitti possint, ac omnia facere valeant quæ ad gradum prædictum pertinuerint; in plano cantu competenter eruditi, prima clericali tonsura initiati, nec ullo canonico impedimento irretiti quominus juxta ordinationes nostras ad gradum sacerdotii possint promoveri; et qui nec beneficium ecclesiasticum perpetuum habeant, nec certos annuos proventus ultra decem marcas monetæ Anglicanæ. Et quanquam superius præfinivimus ex suprascriptis diœcesibus primi ordinis canonicos sine distinctione asciscendos, volumus, statuimus et declaramus, quod ex oriundis in diœcesi Norwicensi, ubi nati, aliti, educatique fuimus, videlicet, in comitatu Suffolchiæ tres, et item in comitatu Norfolchiæ tres, hoc est simul ex illa diœcesi Norwicensi sex, sint semper ad minus canonici primi ordinis in dicto nostro collegio. Et, præterea, quia Lincolniensi diœcesi et Eboracensi, Bathoniensi et Wellensi et Dunelmensi, aliquando præfuimus, et earum episcopatus successive gessimus, volumus quod ex Lincolniensi diœcesi ad minus sex, ex Eboracensi ad minus quatuor, ex Bathoniensi et Wellensi ad minus duo, ex Dunelmensi ad minus tres, sint canonici primi ordinis in collegio nostro prædicto. Proviso semper quod, in asciscendis et eligendis hujusmodi canonicis primi ordinis, doctiores indoctioribus, doctores in quacunque facultate baccalaureis in eadem, baccalaurei in theologia artium magistris, si numerus patiatur, et generaliter graduati non graduatis ac cæteris, numero prædictarum diœcesium semper integro et completo, illi, cæteris paribus, reliquis omnibus præferantur qui in diœcesibus illis sunt oriundi ubi fructus collegii nostri maxime vigent, secundum rationem fructuum et proventuum et reddituum dicto collegio nostro in eisdem spectantium et provenientium.

Proportion of numbers to be elected from different dioceses.

Preference to natives of dioceses where the College holds the most property.

[Proviso semper, quod si in prædicto Norwicensi comitatu numerus eligendorum superius designatus juxta qualitates prædictas haberi non possit, tunc eo casu numerus hujusmodi deficiens ex comitatu Suffolchiæ prædicto suppleatur. Et, e contra, si in prædicto comitatu Suffolchiæ numerus juxta qualitates superius designatas haberi non possit, ex comitatu Norwicensi prædicto suppleatur. Quod si ex prædictis Norwicensi et Suffolchiæ comitatibus numerus hujusmodi suppleri non possit, tunc ex Lincolniensi, Eboracensi, Bathoniensi et Wellensi ac Dunelmensi, ceterisque diœcesibus memoratis, numerus eligendorum hujusmodi superius respective designatus, juxta qualitates prædictas, ad Decani et canonicorum primi ordinis arbitrium, juxta formam electionis canonicorum primi ordinis hujusmodi, suppleatur.

Cases of deficiency in numbers allotted to particular counties.

Digitized by Google

Proviso etiam, quod ex Norwicensi, Lincolniensi, Bathoniensi et Wellensi ac Dunelmensi respective diœcesibus, et aliis diœcesibus supradictis, duo tantum ex qualibet diœcesi prædicta, nisi propter necessariam suppletionem prædictam aliter fiat, in canonicos primi ordinis, juxta et secundum qualitates supradictas, si tales reperiantur, eligantur; alioquin ex diœcesibus aliis supradictis, ad arbitrium Decani et canonicorum primi ordinis, secundum formam in talibus usitatam, assumantur].

De qualitate asciscendorum in canonicos secundi ordinis.

Cum illud animo nostro destinaverimus, in nonnullis hujus regni regionibus scholas informandæ in grammaticis juventi (Deo favente) extruere et dotare, ubi perinde ingeniorum ad literas propensio atque ad lapidem lidium aurum cognosci possit, et quæ veluti fontes quidam, selectissima quæque et optimæ indolis ingenia huic nostro collegio successivis temporibus subministrent; volumus, statuimus et ordinamus, quod cum primum divino favore id absolverimus et fuerint prædictæ scholæ aut earum aliquæ constitutæ, ex illis assumantur et eligantur in canonicos secundi ordinis collegii nostri qui sint de oriundis in diœcesibus Eboracensi, Dunelmensi, Lincolniensi, Bathoniensi et Wellensi, Norwicensi, Londoniensi, Eliensi, Roffensi, Cantuariensi, Cicestriensi, Coventriensi et Lichfeldensi, et Exoniensi, Sarum, Wigorniensi, Wintoniensi, aut earum aliqua, et qui annum decimum quintum excesserint et vicesimum quintum non attigerint, in grammaticis bene et sufficienter, judicio arbitrum ad hoc ut infra dicetur deputandorum, instructi, in plano cantu competenter eruditi, moribus honestis, corpore nullis contagiosis aut incurabilibus morbis vitioso, aliasve deformi aut mutilo. Proviso semper, quod doctiores indoctioribus, et illi, cæteris paribus, præferantur qui ex illis diœcesibus et comitatibus sunt oriundi ubi proventus collegii nostrii prædicti magis vigent. Interim vero, ac donec et quousque, secundum propositum voluntatis nostræ, prædictæ scholæ fuerint extructæ et dotatæ, et in illis sint apti et idonei qui in numerum prædictum quadraginta canonicorum secundi ordinis transcribantur; volumus ut aliunde delegantur qui sint prædictis qualitatibus undequaque instructi ac locis oriundi, et non alii.

Qualifications of Petty Canons, to be elected from the Founder's schools in various dioceses.

[Proviso semper, quod, casu quo ex scholis hactenus per nos erectis et institutis, aut in futurum erigendis vel instituendis, numerus canonicorum secundi ordinis hujusmodi haberi, juxta qualitates prædictas, non possit, tunc volumus, statuimus et ordinamus, quod ex diœcesibus superius recitatis et descriptis numerus deficiens suppleatur. Ita tamen, quod æqualis distributio eligendorum hujusmodi ex aliis diœcesibus [sit], si in eisdem diœcesibus, juxta qualitates prædictas, habiles et idonei, ad arbitrium Decani et canonicorum primi ordinis prædicti eligendi, quorum conscientiam in hac parte oneramus, reperiri possint].

Case of deficiency of eligible candidates from the Founder's schools.

Digitized by Google

De electione Decani.

Quanto verior est sententia quam veritas protulit, percusso pastore dispergi gregem, eo curam majorem adhibendam censemus ut, cum nostrum collegium capite aliquando non destitutum iri per humanam fragilitatem caveri non possit, certe eidem quam citissime de capite providendum, editis in id legibus, prospiciamus. Idcirco volumus, statuimus et ordinamus, quod, vacante Decanatus officio per mortem, cessionem, dignitatem [episcopalem,] privationem, aut aliam quamcunque causam, infra tres dies a tempore notitiæ vacationis hujusmodi numerandos, Subdecanus aut, eo absente, primi ordinis canonicus maxime senior tunc in Universitate præsens, nulla ad eligendum licentia patroni, ordinarii, alteriusve cujuscunque, nec cessionis aut resignationis hujusmodi eis vel eorum alicui exhibitione, aut ab eorum aliquo eidem approbatione expectata aut requisita, convocet triginta primi ordinis canonicos maxime seniores, tunc in Universitate præsentes, in sacellum nostri collegii, eisque tunc et ibidem Decani vacationem, septimoque ab eodem die, hora octava ante meridiem, futuram novi Decani electionem, ostendat. Et ne absentes seniores primi ordinis canonici suam causentur aut excusent et allegent ignorantiam, ipso eodem die quo (uti jam dictum est) eos convocaverit, affigat valvis ecclesiæ literas citatorias, vacationem officii, ac diem et horam electioni novi Decani præfinitos significantes, manu sua et duorum aliorum primi ordinis canonicorum ex tredecim maxime senioribus nostri collegii subscriptas; per quas omnes suo ordine maxime seniores, etiam absentes, admoneantur ut electioni intersint, si voluerint. Septimo vero die prædicto, ante meridiem hora prædicta, ad ostium sacelli, triginta primi ordinis canonici suo ordine maxime seniores, sive absentes sive præsentes fuerint, nominatim præconizentur; qua præconizatione facta, si triginta primi ordinis canonici suo ordine maxime seniores præsentes fuerint, illi triginta per Subdecanum, aut, eo absente, per canonicum maxime seniorem tunc in Universitate præsentem, in sacellum nostri collegii convocentur: alioquin vero, ex primi ordinis canonicis aliquibus illo die non comparentibus qui maxime seniores suo ordine sunt, illi eorum locum in dicta electione suppleant qui proximum locum obtinent senioritatis; si cut Decani nominatio per illos triginta de canonicis maxime senioribus fiat, qui die nominationis, modo ut præmittitur præfixo, præsentes fuerint, non expectatis diutius illis absentibus, qui præsentibus suo recto ordine sunt seniores; etiamsi in negotiis collegii tam longe abfuerint ut interesse præfixo die per locorum intervallum non potuissent, aut adversa corporis valetudine aliave causa quantumcunque justa impediti, quominus præfixo die nominationi interesse potuerint. Est quippe intentionis nostræ, ut, præmissis qua forma statuimus observatis, nulla deinceps de absentia excusatio aut allegatio audiatur. Volumus autem ut præsentes canonici maxime seniores vocationi, ut præ-

Election of Dean by thirty senior Canons of the first order.

Notice to electors.

Absence of senior Canons.

Digitized by Google

fertur, Subdecani aut, eo absente, canonici maxime senioris, pareant, sub pœna perpetuæ amotionis a nostro collegio, in quam obsistentes incurrere volumus ipso facto. Hoc siquidem septimo ab intimatione die, hora prædicta, volumus ut primo solenniter per dictos triginta primi ordinis canonicos maxime seniores, una cum reliquis primi et secundi ordinis canonicis, necnon omnibus presbyteris, clericis conductitiis et chorustis, pro gratia impetranda de Spiritu Sancto missa celebretur; quam, sub pœna perjurii, celebret unus ex primi ordinis canonicis, ad hoc per censorem vel ejus assignatum deputandus. Quod si quis ex triginta canonicis maxime senioribus præsentibus, convocatus, missæ prædictæ a principio ad finem non interfuerit, suffragio suo pro illa vice careat, et ejus locum suppleat canonicus maxime senior qui missæ prædictæ interfuerit. Deinde finita, et reliquis semotis, et solis illis triginta maxime senioribus qui missæ interfuerint præsentibus, ad electionem Decani statim procedatur sub hac forma: videlicet, primo hoc statutum, una cum statuto de officio et qualitate, per Subdecanum aut, eo absente vel legitime impedito, per canonicum maxime seniorem tunc in Universitate præsentem, palam et publice perlegatur. Deinde, duo canonici primi ordinis collegii omnium præsentium maxime seniores, quorum neuter sit Subdecanus, quos scrutatores in hac electione esse volumus, primo, ac postea reliqui ex illis triginta, tactis per ipsos et eorum quemlibet sacrosanctis Dei Evangeliis, coram ipso Subdecano aut, eo absente aut impedito, coram canonico maxime seniore prædicto, ipse autem Subdecanus aut, eo absente, dictus senior coram proxime sibi seniore tunc præsente, publice corporale præstent juramentum, quod, postpositis omnimodis amore, favore, odio, timore, invidia, partialitate, affectione consanguinitatis, affinitatis, facultatis et scientiæ, necnon acceptione personarum aut patriæ, et occasione quacunque precis aut pretii, cum omni celeritate et absolute nominabunt duos, quorum uterque sit vel saltem fuerit canonicus primi ordinis dicti nostri collegii, et ex causis licitis et honestis ex eodem recesserit, quos in suis conscientiis magis idoneos, sagaciores, discretiores, utiliores ad subeundum, gerendum, exercendum Decani officium, speraverint, et quos firmiter crediderint ad bonum et salubre regimen et diligentem curam ipsius collegii, personarum, statutorum ac bonorum ejusdem quorumcunque, ac ad terrarum et possessionum spiritualium et temporalium et jurium ejusdem conservationem, plus posse, proficere et velle. Quo juramento præstito, statim ad nominationem procedatur hoc ordine et forma; primo, uterque dictorum scrutatorum in singulis scedulis ad hoc paratis, seorsum et sine alterius consilio aut notitia, duos ex prædicto nostro, ut præfertur, collegio Socios nominent, illis qualitatibus quæ in dicto statuto de qualitate Decani latius continentur. In qua nominatione, tum sua nomina propria tum nomina et cognomina per eos eligendorum suis manibus scribant, deinde reliqui ex triginta maxime senioribus, ut præfertur, præsentibus, a primo

Celebration of mass.

Form of election.

Reading statute.

Scrutators, and their oath.

First nomination of two candidates.

Digitized by Google

ad ultimum illius numeri triginta, privatim et secrete, in alterius scrutatoris scedula eo modo scribant sua vota et suffragia. Proviso quod, neque in hac electione neque in alia quacunque infra nostrum collegium futuris temporibus facienda, seipsum quisquam nominet, nec suam vocem aut suffragium alterius personæ cujuscunque arbitrio et dispositioni quovismodo committat, aut incertam personam aut pro incerta diœcesi sub disjunctione vel conjunctione quovismodo nominet aut eligat. Contrafaciens et suffragium suum hujusmodi amittat. Nec licebit, sub pœna perjurii, cuiquam ex illis scrutatoribus nomina aliorum scribentium alii cuipiam quovismodo, per se vel per interpositam personam, nutu, verbo, signo vel scripto, ante completam et publicatam Decani electionem, ostendere: sed, completo scrutinio, nomina omnium eligentium fideliter inter se calculabunt et numerabunt. Et si contingat dictas duas hujusmodi personas suffragia majoris partis illius numeri triginta unius, videlicet, Subdecani aut, eo absente, ut prædicitur, senioris, et triginta aliorum maxime seniorum, ut præfertur, nominantium, habere, tunc senior dictorum scrutatorum, vel, eo id recusante, junior eorundem, personas illas per majorem partem nominatas publicet coram omnibus, et illæ personæ pro nominatis habeantur. Si vero in dicto scrutinio in duas hujusmodi personas consensum non fuerit, ordine prædicto, tunc, absque omni tumultu aut contradictione, iterum consimile fiat scrutinium; et sic deinceps per duos dies continuos, quousque in duas personas hujusmodi per majorem partem, uti præfertur, fuerit consensum; [proviso quod uno die ultra quatuor scrutinia non sint.] Quod si in secundo die, id est in crastino post inchoatam nominationem sive electionem hujusmodi, ante meridiem ita concordatum non fuerit, tunc illi duo pro nominatis habeantur qui, in ultimo scrutinio inter dictos scrutatores communicato, plures cæteris quibuscunque duobus nominatis voces prædictorum triginta unius maxime seniorum conscriptas habere noscuntur. Si vero nulli duo plures tunc voces simpliciter cæteris quibuscunque duobus nominatis, sed multi æquales numero, habuerint, illi pro nominatis habeantur qui de habentibus æquales voces numero fuerint seniores, ipsique pro nominatis per alterum, ut præfertur, ipsorum scrutatorum statim palam publicentur. Qua publicatione facta, statuimus et volumus Subdecanum, vel, ipso absente, canonicum primi ordinis maxime seniorem tunc et ibidem præsentem, statim convocare ex dictis triginta senioribus duodecim maxime seniores, tunc et ibidem præsentes, ad efficacem et finalem electionem unius de personis, ut præfertur, nominatis et publicatis, in Decanum assumendi et præficiendi. Qui quidem, ut prædicitur, duodecim, una cum Subdecano aut ejus vicem supplente, convenientes, jurabunt omnes et singuli, scilicet duodecim coram Subdecano vel, eo absente, coram canonico maxime seniore, ipse Subdecanus, aut, eo absente, canonicus maxime senior, coram proxime sibi seniore, quod, postpositis omnimodis amore, favore,

Final nomination by the Subdean and twelve seniors of the thirty senior Canons.

Their oath.

Digitized by Google

odio, timore, acceptione personarum aut patriæ, et partialitate ac occasione quacunque, aut precis aut pretii, cum omni celeritate, unum de prædictis duobus nominatis et publicatis, quem in ipsorum conscientiis magis idoneum, sagaciorem, discretiorem, utiliorem et aptiorem ad exercendum Decani officium crediderint, effectualiter eligent. Quo facto, scrutatores in prima nominatione, hoc est, duo Socii * simpliciter seniores ibidem tunc præsentes, in una eadem scedula primo scribant sua nomina et nomen eligendi. Deinde, reliqui undecim seniores, modo, forma, ordine, ut præfertur, in unica tamen scedula. Quo quidem scrutinio calculato, illa persona pro electa habeatur, absque tumultu, contradictione, querela, appellatione, supplicatione seu quocunque impedimento juris aut facti, in quam per dictos tredecim seniores vel per majorem partem eorundem consensum fuerit: et statim, sine ulla dilatione, primo coram ipsis electoribus, deinde coram omnibus et singulis primi ordinis canonicis tunc in Universitate præsentibus [atque ad aulam accedere volentibus et valentibus, quo casu omnes accedere volentes et nolentes, neque venientes, puniri volumus], pro Decano nostri collegii ab altero, ut præfertur, scrutatorum pronuntietur. Hiis quoque sic peractis, nullo alio juris ordine, forma, processu sive solennitate, requisitis, illa persona sic electa, non expectata confirmatione alicujus superioris, ac omni alia de electione cognitione cessante, statim et immediate, aut quam cito id commode fieri poterit, per Subdecanum, aut, eo absente, primi ordinis canonicum maxime seniorem, admittatur. Ita tamen, quod sic electus in Decanum, in illa admissione sua, ac in præsentia dicti Subdecani, aut, eo absente aliasve legitime impedito, canonici maxime senioris tunc in Universitate præsentis et dicti Subdecani vicem supplentis, et item aliorum canonicorum dicti collegii nostri eligentium, juramentum, sub ea quæ sequitur forma, corporaliter præstet et subeat; necnon illa omnia et singula faciat ac perimpleat quæ per Decanum electum volumus perimpleri, et inferius apertius describuntur.

Admission of the Dean elect.

Forma juramenti per Decanum in sua admissione præstandi.

"Ego N. in Decanum collegii vulgariter vocati *the Cardynall College* in alma Academia Oxoniensi nominatus, electus et præfectus, juro, tactis et inspectis per me sacrosanctis Evangeliis, quod dictum collegium, omnia beneficia, terras, tenementa, possessiones, redditus spirituales et temporales, jura, libertates et privilegia, et bona quæcunque ejusdem, necnon omnes et singulos canonicos ipsius collegii, juxta statuta et ordinationes reverendissimi in Christo patris ac domini, domini Thomæ Wolcy, Cardinalis Eboracensis, Fundatoris ipsius collegii, absque personarum, scientiarum, facultatum generis et patriæ, acceptione qua-

Oath to be taken by the Dean.

* For "Socii" read "canonici."

Digitized by Google

The Dean's oath.

Impartiality.

cunque, pro mea virili regam, custodiam, dirigam et gubernabo, et per alios regi, custodiri, dirigi et gubernari, faciam juxta posse. Item, quod nec canonicis ullius ordinis ejusdem collegii, in aliqua scientiarum seu facultatum hujusmodi studentibus, occasione scientiæ seu facultatis ejusdem, plus quam aliis in aliis scientiis seu facultatibus studentibus, favens ac partialis ero. Nec me partem pro aliquo aliqualiter faciam, nec, contra justitiam charitatis et fraternitatis Christianæ, gravamina vel molestias alicui ipsorum inferam vel inferri faciam quovismodo. Correctionesque et punitiones ac reformationes debitas, justas ac rationabiles, de quibuscunque delictis, criminibus et excessibus, canonicorum quorumcunque dicti collegii, quoties, ubi et quando, opus fuerit, juxta negotii qualitatem et quantitatem, omnemque vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum prædicti collegii per dictum reverendissimum patrem ac dominum editorum, absque partialitate quacunque, favore, odio, timore, prece pretioque, necnon affectionibus consanguinitatis et affinitatis, facultatis seu scientiæ, ac prærogativis specialibus ex quibuscunque causis prætensis etiam vel conceptis, postpositis, diligenter et indifferenter faciam et exercebo, ac per alios fieri et exerceri faciam et procurabo. Et si hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, ut præfertur, debite et juste exequi non potero, propter metum et potentiam seu multitudinem delinquentium, ipsorum nomina et cognomina, cum qualitate et quantitate delictorum et excessuum hujusmodi, ex tunc, quam citius potero, infra mensem, dicto reverendissimo patri domino Fundatori nostro, dum in humanis agit, aut, eo defuncto, reverendissimo Eboracensi Archiepiscopo pro tempore existenti, quem conservatorem dicti collegii nostri, et apud quem interpretandi statuta sua auctoritatem prædictus reverendissimus Fundator esse voluit, denuntiabo et revelabo; et per prædictos reverendissimos hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, juxta statuta et ordinationes prædictas, in omnibus solerter et celeriter fieri procurabo. Item, quod gubernationi et regimini omnium terrarum, possessionum, redditiuum spiritualium et temporalium, necnon administrationi bonorum et rerum ad ipsum collegium qualitercunque pertinentium, cum omni diligentia et providentia mihi a Deo concessis, fideliter et diligenter intendam; ac alios ejusdem collegii officiarios et ministros, in diversis officiis et ministeriis deputatos et deputandos, illis intendere faciam juxta posse. Item, quod omnia et singula bona et catalla dicti collegii, in commodum et utilitatem ejusdem canonicorumque prædictorum, prout evidens necessitas exegerit, et statuta ac ordinationes prædicti reverendissimi in Christo patris Fundatoris in hac parte plenius dictaverint, administrabo, procurabo, et faciam utiliter et fideliter dispensari et in omnibus administrari; et ea quæ residua fuerint et excreverint in quadam cista ad hoc ordinata conservabo, et faciam ad incrementum et commodum dicti collegii fideliter con-

Infliction of punishments, &c.

Administration of property, &c.

Digitized by Google

servari. Item, quod lites, placita et jura quæcunque, ipsius collegii, necnon omnia et singula negotia ipsum collegium qualitercunque concernentia, diligenter prosequar et pro virili defendam; possessiones quoque ac libertates, privilegia et jura quæcunque, ipsius collegii manutenebo, sustentabo ac pro virili parte defendam, et faciam ab aliis sustentari et defendi. Hoc tamen proviso, quod causas, placita aut lites graves, in quibus verti poterit ipsius collegii exhæredatio vel grave præjudicium, absque majoris partis omnium dicti collegii canonicorum primi ordinis, ubicunque fuerint, (connumeratis etiam in hoc casu absentibus) maturo et deliberato consilio et assensu, nisi quatenus infra provisum est, non incipiam nec movebo, nec inchoari aut moveri faciam, nec incepta prosequar quovismodo. Item, quod non in meis aut alienis negotiis, aut obsequiis cujuscunque, etiam principis, regis, aut episcopi, etiam ordinarii, cujuscunque, ultra duos menses in eodem anno continuos aut vicibus interpolatis discontinuos, (nisi forsan ex aliqua causa rationabili et urgente, per tredecim canonicos maxime seniores tunc in Universitate præsentes, vel per majorem partem eorundem, primitus approbanda, per unicum duntaxat alium mensem, et nullo pacto ultra, me abesse contigerit a dicto collegio,) me non absentabo, nisi pro negotiis collegii supradictis. Ita quod nulla ratione ultra tres in eodem anno menses, continuos vel discontinuos, præterquam in negotiis collegii, quomodolibet ab eodem abero, quantumcunque consensus canonicorum vel conservatoris prædicti autoritas vel interpretatio, vel Pontificis Maximi sedisve Apostolicæ, alteriusve cujuscunque dispensatio, mihi velit suffragari. Item, quoties electio vel assumptio alicujus ordinis canonici vel canonicorum in collegium prædictum fuerit facienda, intendam et enitar ut solum tales eligantur et assumantur quos, secundum conditiones et qualitates in statutis dicti collegii expressas, habiles et idoneos reputaverim, et quos in virtutibus, scientiis et facultatibus quibus insistent, ad honorem et utilitatem collegii prædicti plus posse proficere ac profecturos firmiter crediderim, sine personarum vel generis vel patriæ acceptione, amore, odio, favore, timore, prece et pretio postpositis quibuscunque, quantum ad me pertinet, partes meas fideliter interponam et id fieri fideliter procurabo. Item, si contigerit me propter mea demerita aut etiam propter causam aliquam ab officio meo amoveri, aut si sponte cessero eidem, si bona aliqua dicti collegii per me recepta et apud me, post amotionem aut cessionem hujusmodi, remaneant, ea omnia et singula Subdecano et præfectis ærarii, aut, illis absentibus, certis deputatis ipsorum, continuo (si commode potero) sin minus saltem infra quindecim dies ex tunc proxime sequentes, sine contradictione seu diminutione, per inventarium inde inter me et illos sub testimonio et subscriptione eorundem, restituam. Item, si, per me aut occasione mea, aliqua materia dissensionis, iræ vel discordiæ, in dicto collegio, quod absit! suscitata fuerit, et per Subdecanum, censores et præfectos, et duos

The Dean's oath.

Prosecution of suits.

Absence.

Election of canons.

Surrender of goods of the College on removal from office.

Matters of dissension.

Digitized by Google

The Dean's oath.

alios canonicos collegii nostri prædicti maxime seniores, finis rationabilis seu placabilis, infra quinque dies proxime sequentes factus non fuerit, tunc reverendissimi Eboracensis Archiepiscopi, conservatoris nostri, ordinationi, dispositioni, laudo, arbitrio, decreto, auctoritati, personaliter et effectualiter me submittam; et quicquid reverendissimus conservator noster prædictus statuerit, ordinaverit et definierit, in ea parte, id omne fideliter observabo et eidem cum effectu parebo, sine contradictione quacunque; cessantibus appellationibus, querelis, provocationibus et exceptionibus, et aliis juris et facti remediis quibuscunque, quibus omnibus et singulis in vim pacti renuntio in hiis scriptis.

Repair of chapel and buildings.

Item, statutum illud inferius editum de sustentatione et reparatione capellæ et aulæ collegii supradicti et aliorum ædificiorum, quod sic incipit, "Inopinati rerum," et omnia in eodem statuto contenta, necnon omnia et singula statuta et ordinationes dicti collegii per dictum reverendissimum in Christo patrem ac dominum, dominum Thomam Archiepiscopum Eboracensem, dicti collegii Fundatorem, edita, et per eum dum superstes fuerit edenda, in quantum ipsa me concernunt, secundum literalem et grammaticalem sensum et intellectum eorundem inviolabiliter tenebo, exequar et observabo, et quantum in me fuerit faciam ab aliis observari.

College secreta.

Item, secreta dicti collegii quæ in ipsius damnum [aut detrimentum redundare possint, nulli in damnum] ejusdem collegii unquam revelabo.

Assistance to College.

Item, quod ad dicti collegii utilitatem, meliorationem, augmentum, defensionem, et conservationem bonorum, redditiuum, terrarum, possessionum et jurium, ac promotionem et expeditionem nogotiorum ejusdem quorumcunque, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem vel officium posthac devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter curabo et promovebo, et pro eisdem fideliter laborabo et usque ad finalem et felicem expeditionem dictorum negotiorum juxta posse instabo, quamdiu vixero in hoc mundo.

Maintenance of numbers of members.

Item, quod non procurabo diminutionem, mutationem aut translationem seu annullationem, alicujus numeri canonicorum in aliqua scientia seu facultate, nec etiam numeri conductitiorum aut aliorum ministrorum capellæ dicti collegii limitati, contra formam statutorum et ordinationum ejusdem collegii, vel ea fieri permittam seu tolerabo quantum in me fuerit, seu eisdem consentiam quovismodo.

Adherence to Founder's statutes.

Item, quod nulla alia statuta seu ordinationes, interpretationes, mutationes,* injunctiones, declarationes, aut expositiones vel glossas aliquas, præsentibus ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero sensui et intellectui eorundem, repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, contrarias vel contraria, per quemcunque vel quoscunque alium vel alios quam per prædictum reverendissimum patrem, Fundatorem prædictum, faciendas vel facienda, quomo-

* Dele "mutationes."

Digitized by Google

dolibet scienter acceptabo, vel ad ea consentiam aut ipsa aliqualiter admittam; nec eisdem parebo ullo tempore vel intendam, nec illis vel illorum aliquo ullo modo utar in collegio prædicto vel extra, tacite vel expresse,* sed eis et eorum cuilibet contradicam et etiam resistam, expresse,* ipsaque fieri, viis et modis omnibus quibus potero, obstabo et impediam. Interpretationibus tamen, injunctionibus, declarationibus et expositionibus,† per reverendissimos patres Archiepiscopos Eboracenses, successores reverendissimi in Christo patris et domini, domini Fundatoris nostri prædicti, super dubiis statutorum emergentibus, et secundum formam in eisdem descriptam disputatis, ac ad eos delatis, faciendis, obediam et cum effectu, etiamsi meæ opinioni adversantur, parebo; et eas præterea in omnibus juxta planum et literalem sensum, ac reverendissimi domini Fundatoris mentem, quantum in me fuerit, semper fieri et declarari procurabo.† Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia, aut provocans invidiam, odium, iram, discordias, contumelias, rixas, jurgia, speciales vel præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, divitiarum allegans, nec inter Australes vel Boreales, vel alios cujuscunque regionis fuerint, comparationes, causa commovendi malitiose canonicos, faciam, tacite vel expresse, publice vel occulte. Item, quod nulla conventicula, conspirationes, confœderationes aut pactiones aliquas, ubicunque, infra regnum Angliæ aut extra, contra ordinationes et statuta dictum collegium concernentia, vel contra ipsius collegii statum, utilitatem, commodum et honorem, aut contra aliquem dicti collegii canonicum, illicite faciam, nec ipsa fieri procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, quomodolibet in futurum, seu facientibus ea vel eorum aliquod dabo consilium, auxilium vel favorem, aut eisdem scienter interesse præsumam, nec ipsis assentiam tacite vel expresse. Præterea, juro quod de veris et perpetuis canonicis in dictum collegium nostrum eligendis et admittendis fidele consilium, omni favore postposito, tribuam et impendam, ut de bonis speronis, castis, modestis, honestis, et ad studendum proficiendumque in actibus scholasticis aptis, habilibus et idoneis, juxta formam statutorum [dictorum], ac proficere volentibus, provideatur eidem. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta, aut contra ordinationes et statuta collegii prædicti, vel ipsorum aliquod; nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte, impetrari aut fieri procurabo, directe vel indirecte. Et, si forsan mihi aliquam dispensationem hujusmodi impetrari vel gratis offerri aut qualitercunque concedi contigerit, cujuscunque fiat auctoritate, seu generalis seu specialis aut alias, sub quacunque forma verborum concessa, ipsa non utar nec eidem consentiam quovismodo, sed in vim pacti eis

The Dean's oath.

Interpretations of Archbishops of York.

Moving discord, &c.

Conspiracies against the College or its statutes.

Election of Canons.

Dispensation from oath.

* Dele from "eis" to "expresse."
† Dele from "per reverendissimos" to "declarari procurabo."

Digitized by Google

The Dean's oath. Renunciation of appeal, in case of removal from office.

omnibus et singulis in hiis scriptis renuntio. Et, si contingat imposterum me propter mea demerita, seu causas in præsentibus ordinationibus et statutis contentas, juxta formam et ordinationem eorundem, ab officio meo expelli seu alias amoveri, ex certa mea scientia, pure, sponte, simpliciter et absolute, omni actioni, occasione expulsionis seu amotionis hujusmodi, contra ipsius collegii canonicum vel canonicos quoscunque instituendæ, appellationique et querelæ in ea parte faciendis, ac quarumcunque literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, necnon quibuscunque juris ecclesiastici vel sæcularis ac omnibus aliis juris et facti remediis, per quas et quæ petere possem me reconciliari vel in integrum restitui contra præmissa, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in hiis scriptis. Hæc omnia et singula observabo; sicut me Deus adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia."

Oath to be reduced to the form of a public instrument.

Præterea, adjiciendum censemus ut de juramento prædicto statim fiat instrumentum publicum, signo et subscriptione alicujus notarii publici munitum, istius juramenti diem et formam, nomen et cognomen Decani prædicti sic jurantis, ac cujus diœcesis existat, continens: quod instrumentum publicum in superiori turri dicti collegii nostri perpetuo remaneat, sub custodia diligenti.

Bond to be entered into by the Dean.

Volumus quoque ut unusquisque sic, ut præfertur, in Decanum collegii nostri prædicti electus, infra annum proximum postquam illius officii pacificam possessionem habuerit, Decano ecclesiæ cathedralis Eboracensis qui pro tempore fuerit, et ejusdem ecclesiæ capitulo, unam obligationem cum conditione sub forma sequente, mutatis de more mutandis, et adjectis de more adjiciendis, nomine suo debite confectam, et manu sua propria, et pro facto suo tradat cum effectu.

Forfeiture of office for not taking the oath or executing the bond.

Quod si quispiam, in Decanum electus, prædictum juramentum in forma prædicta realiter non præstiterit, vel prædictam obligationem cum conditione, modo et forma prædictis confectam, præfato Decano et capitulo infra tempus prædictum effectualiter non tradiderit, vel a quacunque persona spirituali vel temporali, sive summi pontificatus sive regalis aut cujuscunque alterius dignitatis honore præfulgeat, aliquid impetraverit quod in enervationem prædicti juramenti aut obligationis ejusve conditionis, aut alicujus eorundem parcellæ, quocunque modo cedere poterit, eo ipso non pro Decano habeatur, et ex tunc officium Decani in collegio nostro vacare decernimus, ac Subdecanum et canonicos omnes ad novi Decani electionem, secundum formam supra a nobis traditam, procedere eamque consummare debere sancimus, et ad id, virtute juramenti, hoc nostro præcepto et statuto eos omnes astringimus. Et quia longa potest esse mora in implacitatione et Decani in jus vocatione,* et fortassis negligentes erunt qui implacitarent et in jus vocarent,*

* Dele from "et fortassis" to "vocarent."

Digitized by Google

ideo mandamus et inviolabiliter observandum decernimus ut, quamprimum Decanus hujusmodi licentiam contra statutum et suum juramentum impetraverit, nullum deinceps a collegio recipiat emolumentum temporale aut spirituale, veluti convictum, stipendium, vestem, suffragium, regimen et cætera quæcunque.

Forma obligationis et conditionis ejusdem.

"Noverint universi per præsentes me N. Decanum collegii reverendissimi in Christo patris ac domini, domini Thomæ Cardinalis, Eboracensis Archiepiscopi, in alma Academia Oxoniensi, vulgo vocati *the Cardinal College*, teneri et firmiter obligari venerabili viro N. Decano ecclesiæ cathedralis Eboracensis ac ejusdem ecclesiæ capitulo in centum libris sterlingis, solvendis eisdem Decano et capitulo, vel eorum certo attornato, et eorum successoribus, in festo N. proxime futuro post datam præsentium. Ad quam quidem solutionem bene et fideliter faciendam et perimplendam obligo me, hæredes et executores meos, firmiter per præsentes." **Form of bond to be entered into by the Dean.**

"The condicion of this obligacion is suche, that if the above boundyn N., in his owne parsone or by any other parsone, pursew, obteyne or impetrate, or cause to be pursewed, obteyned or impetratyd, pryvely or opynly, directly or undirectly, from the Pope to the court of Rome or from any other parsone or place, any dispensacion, interpretacion or lycence, contrary to the othe made by the said N. att the tyme of his admission and entre into the office of the Deane of the Cardynall College in the Universite of Oxford, or to any parte of the same othe, or contrary to the ordynances or statutes of the same college or any one of them: or if the same N. accept or vse any suche dispensacion, interpretacion or licence, pursewyd, impetrate or obteyned, by hym selff or by any other parsone or parsones, of what so ever authorite they be: or if he provoke or appele judycially or extrajudicially from any grefe juggement, arbitrement or sentence, interlocutory or diffinytyve processe or interpretacion, made or gyffen aganst hym for any thing concernyng his said othe or any parte therof, or concernyng the said ordynances or statutes or any of them, wherunto by the said othe or parte therof, or elles by any of the said ordynances and statutes, he is bound to stand and obey: or in case it fortune the said N. to be depryvyd of the said office of Deane, or to be greved by the said Subdeane and canons of the said college for any offence or act pretendyd to be doyne by hym contrary to the said othe or statutes; if he then or in that case, or therof or by any occasion therof, pursew, troble, or vex in the lawe, by the way of fauter or other wise, any canon of the said college, or pursew to any estate or persone for any letters, wrytyngs, commaundments, requests or desyres, by wrytyng, message or by worde of mouthe, for his restitucion to the same office, or for the lett of the said depryuacion or **And the condition.**

Digitized by Google

thexecucion of the same, or any suche wrytyngs or messages vse or accepte; or elles if he pursew in any court spirituell or temporale, or by the way of fawter any manner thyng do for his remedy in the premysses, att any tyme duryng his liff; or if he restore not the goodes and cattalles of the said college in suche cases, under such some, to suche persones and within suche tyme, as he is bownden to do by the said statutes: then this obligacion shall stand in his vygor strenght and virtew, and elles itt shall stand voyde and be of noon effect."

De tempore et forma electionis Subdecani et aliorum officiariorum.

Cum non modo ut mutua vicissitudine onera leventur, sed ut ne majoris ambitionis præstent occasionem, Subdecani, censorum et præfectorum ærarii, munera et officia annualia esse optimum judicemus, rectissime quoque facturi videamur si hiis suo tempore committendis certam aliquam normam præscribamus: idcirco statuimus, ordinamus et volumus, ut singulis annis perpetuis futuris temporibus, statim et immediate post computum generalem redditum et conscriptum, Decanus collegii nostri prædicti convocet ac convenire faciat in sacellum aut aulam ejusdem tredecim primi ordinis canonicos maxime seniores, tunc in Universitate præsentes, et deinde legat publice coram eisdem omnia statuta supra per nos edita, dictorum officiariorum munera et officia concernentia. Postea, idem Decanus deferet et exiget a prædictis tredecim canonicis corporale juramentum, quod nullum ad hujusmodi officium nominabunt aut eligent nisi quem firmiter crediderint pro eo officio exercendo in dicto collegio, juxta qualitates in ejus officio descriptas, aptiorem et magis idoneum, affectione et partialitate cessantibus quibuscunque. Quod juramentum volumus quoque ab ipso Decano in præsentia omnium prædictorum tredecim canonicorum tunc corporaliter præstari. Post id, dictus Decanus palam et publice vota singulorum prædictorum canonicorum sigillatim inquirat, primum quem velint in Subdecanum Collegii prædicti nominare et eligere. Et ille pro Subdecano prædicto habeatur quem omnes illi tredecim, aut major pars eorundem, in prima illa et unica inquisitione una cum prædicto Decano nominaverint, vel etiam ille in quem *omnes illi prædicti* tredecim unanimiter, solo Decano dissentiente, consenserint. Quod si ita discordent inter se prædicti tredecim† seniores ut duo vel tres nominent unum, et alii duo vel tres nominent alium, nec in illa prima et unica nominatione septem ex illis senioribus in unum consenserint, tunc iterum consimile fiat scrutinium; in quo si adhuc septem ex illis senioribus in unum nequaquam consenserint, tunc eo casu, quia nolumus istam electionem diutius differri, ille pro Subdecano collegii præ-

Election of the Subdean by the Dean and thirteen senior Canons of the first order.

Their oath.

Nomination.

* For "omnes illi prædicti," read "duodecim ex illis prædictis."
† Decem.

Digitized by Google

dicti habeatur quem solus Decanus duxerit eligendum. Quo Subdecano sic ut præfertur nominato et electo, volumus ut ibidem statim similiter procedatur ad nominationem et electionem censorum primum, deinde præfectorum ærarii collegii nostri prædicti. In quibus nominandis et eligendis, volumus prædictæ electionis modum et formam per omnia similiter ut in prædicti Decani electione observari. De quibus omnibus et singulis officiariis prædictis, postquam sic ut prædicitur inter Decanum et eligentes prædictos consensum, determinatum, conclusumque fuerit, volumus ut statim et immediate per dictum Decanum convocentur in locum prædictum cæteri omnes et singuli primi ordinis canonici tunc in Universitate præsentes, [atque ad aulam accedere volentibus et valentibus, quo casu, valentes accedere et nolentes, neque venientes, puniri volumus,] et coram eisdem prædicti nominati et electi officiarii, omnes et singuli, corporale præstent juramentum, Decano illud singillatim ab eisdem exigente, quatenus bene et fideliter perimpleant et exerceant dicta officia sua et omnia eadem concernentia et eisdem pertinentia, juxta posse ipsorum.

Election of Censors and Bursars.

Officers to be sworn.

De tempore et forma electionis canonicorum primi ordinis.

Cum ea sit corporis politici ratio ut non nisi frequenti commutatione manere possit, et aut novi veteribus subinde succedant, aut totius internicio paulatim subsequatur, magnam profecto curam adhibendam censemus ne quid in novorum electione membrorum (corporis nempe ipsius quoad fieri posset æternitas solum speratur), orto de modo forma aut tempore eligendi dissidio, perversis eligentium libidinibus sit frustratum; proinde ut certa sit primi ordinis canonicorum eligendi regula, et ne quid inde altercationis oriri posset: volumus, statuimus et ordinamus, quod in singulis annis, in crastino festi sanctissimæ Trinitatis, vel infra tres dies ad summum immediate sequentes, si tunc præfinitus a nobis canonicorum primi ordinis numerus ulla parte sui diminutus fuerit, per mortem, cessionem, amotionem, et aliam quamlibet causam in statutis nostris expressam, Decanus aut, eo absente et consentiente, Subdecanus, aut utroque absente et consentiente canonicus Subdecani vicem gerens, in aulam collegii nostri prædicti cæteros omnes et singulos primi ordinis canonicos tunc in Universitate præsentes, [atque ad aulam accedere volentes et valentes, quo casu, valentes accedere et nolentes, neque venientes, puniri volumus], convocet et convenire faciat, et eisdem tunc ibidem congregatis primi ordinis canonicorum aut canonici, si unus tantum sit, vacationem ostendat; deinde legatur per Subdecanum aut canonicum primi ordinis maxime seniorem *tam præsens statutum* quam etiam illud superius præscriptum "De

Time and manner of election of Canons of the first order.

* For "tam præsens statutum," read "tunc præsentem tam qualitatem asciscendorum."

Digitized

qualitate asciscendorum in primi ordinis canonicos." Quibus lectis, ac juramento a singulis canonicis prædictis præstito quod in electione ea omnia diligenter observabunt, procedatur ad electionem sub hac forma: Primum Decanus, aut eo absente, ut præfertur, Subdecanus ejusve vicem gerens, unum nominet [et scribat] eligendum. Deinde duo canonici maxime seniores tunc in Universitate præsentes, [atque ad aulam accedere volentes et valentes, quo casu, valentes accedere et nolentes, neque venientes, puniri volumus] quos in hac electione scrutatores esse volumus, secrete, attente, et diligenter, scrutentur et inquirant vota et voces singulorum* primi ordinis canonicorum prædictorum, quæ volumus ab unoquoque illorum canonicorum, cum nomine et diœcesi eligendi, aperte et distincte scribi, eaque a scrutatoribus prædictis sic asservari, ut nemo alterius vota nutu aut verbo intelligere queat; [hoc adhibito moderamine, ut scrutatores hujusmodi, post Decanum aut Subdecanum prædictos, scribant primo vota sua, et postea scrutentur vota aliorum canonicorum; ac quod canonici scribant vota sua in duabus scedulis, aliqui in una coram uno scrutatore et aliqui in alia coram altero scrutatore.] Quibus votis et suffragiis per dictos scrutatores diligenter calculatis, illam personam pro electa haberi volumus, in quam omnes aut major pars eligentium prædictorum consenserit. Qui si in eligendo dissenserint, neque in unum aliquem majorem partem eorum consensisse reperiatur, ad Decani et tredecim canonicorum seniorum tunc præsentium vota pro illa vice vis eligendi devolvatur: quorum suffragiis scriptis, ut prius, et per duos maxime seniores perscrutatis, illa persona pro electa habeatur in quam major pars illorum, videlicet Decani et †tredecim maxime seniorum, prædictorum, consenserint; aut, numero æquali, cui dictus Decanus adhærere reperiatur; et pro electa pronuntiari volumus in omnium primi ordinis canonicorum qui tunc adfuerint præsentia. Quod si Decanus et seniores prædicti infra quinque dies post devolutionem hujusmodi concordare nequiverint et effectualiter non concordaverint, extunc eos et eorum quemlibet convictu suo carere volumus, usque ad finalem expeditionem electionis hujusmodi; excepto solo Decano, in quem nulla fere sinistra suspicio cadere possit. Proviso semper quod, in prædictis electionibus, sive per Decanum et omnes primi ordinis canonicos seniores‡, sive per Decanum et tredecim§ alios canonicos seniores, ut prædicitur, faciendis, in uno aliquo scrutinio unus duntaxat in canonicum eligatur. Proviso, item, quod ubi sunt paria et æqualia suffragia et vota eligentium prædictorum, illa pars major censeatur a qua Decanus steterit, et ille pro electo habeatur quem ille æqualis numerus in quo fuerit Decanus prædictus nominaverit et elegerit. Insuper, quia, juramenti religione adacti, homines soleant diligentius, vigilantius, inviolatius sanc-

Scrutiny of votes.

* For "singulorum," read "triginta." † Dele, and leave blank.
‡ Dele "seniores." § Dele, and leave blank.

Digitized by Google

tiusque præstare quæ juraverint, ducti videlicet timore ac reverentia nominis et majestatis divinæ, quam jurisjurandi sui testem invocant, volumus, statuimus et ordinamus, quatenus omnes et singuli in canonicos primi ordinis, ut prædicitur, electi et nominati, in præsentia Decani prædicti aut eo absente Subdecani, et cæterorum omnium primi ordinis canonicorum, statim post eorum nominationem et electionem prædictam, aut alias quam cito id commode fieri poterit, corporale præstent juramentum sub eo qui sequi turverborum tenore.

Forma juramenti electorum in canonicos primi ordinis.

Form of oath of a Canon elect of the first order.

Qualifications.

"Ego N. in canonicum primi ordinis in collegium reverendissimi in Christo patris [ac] domini, domini Thomæ Wolcy, Cardinalis, in Academia Oxoniensi, vulgo vocatum *the Cardinal College* electus, juro, per hæc sancta Dei Evangelia per me corporaliter tacta et inspecta, quod firmiter credo me N. duntaxat annos natum, circiter diem et mensem N., ac ex legitimo thoro, in comitatu N. et diœcesi N. natum, tonsura quoque clericali initiatum, et nullum canonicum impedimentum ad ordinem sacerdotii præter defectum ætatis patientem, nec ullam præterea partem statuti de qualitate et circumstantiis eligibilis jampridem lecti mihi, quominus rite et legitime juxta illud electus sum, quovismodo repugnantem.

Bribery of electors.

Item, quod nullius personæ consensum vel suffragium, ad me in canonicum hujusmodi collegii nominandum vel eligendum, impetravi vel procuravi, pretio vel mercede oblata, data aut danda, aut alius pro me quantum sciam aut credam impetravit vel procuravit pretio vel mercede data, promissa vel oblata.

Annual income.

Et quod non habeo aliquod certum unde possum expendere annuatim ultra decem marcas sterlingorum.

College secrets.

Item, si contingat me scire aliqua secreta ipsius collegii, ipsa in illius damnum aut præjudicium nunquam revelabo.

Promotion of College interests.

Item, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, reddituum, jurium ejusdem conservationem, defensionem, promotionem aut expeditionem negotiorum quorumcunque dicti collegii, ad quemcunque statum, gradum aut dignitatem, posthac devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter juvabo, et pro eisdem fideliter laborabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem negotiorum hujusmodi instabo, quamdiu vixero in hoc mundo.

Number of members of the College.

Item, quod non procurabo diminutionem, translationem, mutationem sive annullationem, alicujus numeri in ordinationibus et statutis dicti collegii assignati et limitati, contra formam et ordinationem eorundem, vel ea fieri, quantum in me fuerit, permittam aut consentiam quovismodo.

Observance of Founder's statutes.

Item, quod omnia statuta et ordinationes dicti collegii, edita et edenda per dictum reverendissimum Fundatorem ejusdem collegii, et omnia et singula in eis contenta, quatenus me concernunt vel concernere poterunt, secundum planum, literalem et grammaticalem, sensum et intel-

Digitized by Google

lectum inviolabiliter observabo, ac quantum in me fuerit faciam ab aliis observari. Alioqui [pœnas] in non parentes in præmissis vel eorum aliquo in dictis ordinationibus et statutis inflictas et etiam ordinatas sine contradictione quacunque subibo, et me humiliter subiturum promitto, juxta omnem vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum eorundem. Quodque nulla alia statuta seu ordinationes, interpretationes, immutationes, injunctiones, declarationes, expositiones vel glossas, alias præsentibus ordinationibus et statutis, aut qualitercunque vero et gramaticali sensui et intellectui eorundem repugnantia, derogantia vel contraria, per quemcunque vel quoscunque alium vel alios quam per prædictum reverendissimum dominum Cardinalem Fundatorem collegii prædicti edita vel edenda, quomodolibet scienter acceptabo, vel eis consentiam, aut ipsa aliqualiter admittam, nec illis vel eorum aliquo utar in collegio prædicto vel extra, tacite vel expresse, [sed eis et eorum cuilibet contradicam et resistam expresse] ipsaque fieri viis et modis quibus scivero impediam juxta posse. Interpretationibus tamen et injunctionibus, necnon declarationibus et expositionibus, per reverendissimos Eboracenses Archiepiscopos, reverendissimi domini nostri Fundatoris successores, de et super dubiis statutorum emergentibus, secundum formam infra describendam deputatis ac ad eosdem archiepiscopos delatis, faciendis, obediam, et eis absque ulteriori disquisitione, disputatione aut contradictione, etiamsi meæ opinioni adversentur, cum effectu parebo. [Item, quod fidelis ero ac diligens in quocunque officio ad quod me in eodem collegio deputari contigerit et assumi, illudque cui deputatus fuero admittam et pro posse meo fideliter adimplebo.] Quodque dicto collegio [damna, scandala, præjudicium ?]* nullatenus faciam aut quatenus in me fuerit fieri sustinebo, sed per me et alios omnibus modis quibus melius potero ne fiant impediam, et si ipsa impedire non potero, Decano, Sub decano aut censoribus vel ærarii præfectis dicti collegii plenarie revelabo. Item, quod ero† Decano, Subdecano, censoribus et aliis meis superioribus in dicto collegio, in licitis et honestis studium et actum scholasticum concernentibus, et maxime in eorum convocationibus et dicti collegii negotiis et factis, quatenus statuta ejusdem jubent aut requirunt, obediam, assistam, et reverentiam debitam obedienter impendam. Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia aut provocans odium, iram, rixam, discordiam, contumelias et jurgia, aut speciales præcellentesve prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, facultatum aut divitiarum, allegans, causa commovendi maliciose cæteros collegii canonicos; nec inter eosdem aut alios Universitatis Oxoniæ prædictæ scholares Australes, Aquilonares seu Boreales, aut scientiarum ad scientias, facultatum ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem

Interpretations by Archbishops of York.

Prejudice to College.

Obedience to Dean and superiors.

Moving discord.

* Omitted in MS. † Sic in MS.

Digitized by Google

vel ad ignobilitatem, seu alias qualescunque comparationes quæ odiosæ sunt, in verbo vel facto, ullo unquam pacto, tacite vel expresse, publice vel occulte, faciam. Item, quod nulla conventicula, conspirationes, confœderationes, seu pactiones aliquas, intra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta dictum collegium concernentia, vel contra ipsius statum, commodum et honorem, vel contra Decanum vel Subdecanum vel aliquem alium ejusdem collegii canonicum, illicite faciam, nec ipsa fieri procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, quomodolibet in futurum; nec ipsa vel eorum aliquod facientibus dabo auxilium vel favorem, nec eisdem interesse præsumam nec consentiam, tacite vel expresse. Quod tranquillitatem, pacem, utilitatem, commodum et honorem, dicti collegii, et canonicorum ejusdem unitatem et charitatem fraternam, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, viis et modis quibus potero observabo. Quod si aliquem vel aliquos scivero contrarium vel contraria prædictis facientes aut procurantes, ea Decano aut Subdecano, censoribus aut ærarii præfectis, quamprimum potero denuntiabo expresse, verbis vel scriptis. *Item, quod fidelis ero ac diligens in quocunque officio ad quod me in eodem collegio deputari contigerit et assumi, illudque cui deputatus fuero admittam et pro posse meo fideliter adimplebo. *Item, quod de canonicis in dictum collegium eligendis quibuscunque fidele consilium, omni favore postposito, tribuam et impendam, ut de bonis personis, castis, modestis, honestis, aptis et ad studendum et proficiendum in actibus scholasticis habilibus et idoneis, ac proficere volentibus, necnon juxta cæteras qualitates in statutis collegii prædicti eligibilibus ac præferendis, sciens et prudens quovismodo in ea re suffragabor. Item, quotiens continget me aliqua statuta dicti collegii, aut aliquam in eis particulam quæ me concernit, violare aut non observare, pœnas omnes, quæ secundum formam eorundem statutorum mihi per Decanum aut Subdecanum dicti collegii qui pro tempore fuerit infligentur, subibo. Necnon eorundem monitionibus, injunctionibus, decretis, correctionibus et punitionibus quibuscunque, secundum formam statutorum prædictorum per eosdem faciendis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, sine contradictione parebo cum effectu. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta nec aliquam particulam eorundem, vel contra ordinationes et statuta de quibus præmittitur aut ipsorum aliquod; nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, impetrari [*aut fieri procurabo; et si forsan mihi aliquam dispensationem hujusmodi impetrari] vel gratis conferri aut concedi contigerit, cujuscunqe fuerit auctoritate, seu generaliter seu specialiter, aut alias sub quacunque forma verborum concessa, ea non utar nec eidem consentiam quovismodo.

Conspiracies against the College or its statutes.

office.

Election of Canons.

Submission to penalties for breach of statutes.

Dispensation from oaths.

* Dele from "Item, quod fidelis" to "adimplebo."

Digitized by Google

Renunciation of appeal in case of expulsion.

Item, si contingat me imposterum, propter contemptum, rebellionem, inobedientiam, malos mores vel alia mea demerita, seu propter causas in præsentibus ordinationibus et statutis contentas, per dictum Decanum aut Subdecanum, aut alios in hujusmodi interesse habentes, corrigi et puniri, aut alias a dicto collegio, juxta formam ordinationum statutorum dictorum, ejici, expelli, excludi, privari vel etiam amoveri, ipsum Decanum vel alias personas seu earum aliquam, occasione expulsionis vel correctionis hujusmodi, nunquam prosequar, molestabo seu inquietabo, per me, alium vel alios, seu ab aliis prosequi seu inquietari quomodolibet procurabo, vel quantum in me fuerit ea de causa molestari seu inquietari permittam, in foro ecclesiastico seu sæculari; sed ex mea certa scientia, pure, sponte, simpliciter et absolute, omni actioni occasione correctionis, punitionis vel privationis hujusmodi contra Decanum, Subdecanum aut alios dicti collegii canonicos, qui pro tempore fuerint, conjunctim vel divisim, quomodolibet instituendæ aut movendæ, appellationi quoque et querelæ in hac parte faciendæ, ac quarumcunque literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio. Quodque contra reverendissimum Eboracensem Archiepiscopum, qui pro tempore fuerit, aut ecclesiam cathedralem ibidem, Decanumve aut capitulum ejusdem, in aliqua causa ipsam ecclesiam concernente, scienter et ex animo deliberato in damnum et injuriam ejusdem Archiepiscopi, ecclesiæ, Decani aut capituli, non dabo consilium, auxilium vel favorem; causa mea propria et hujus collegii duntaxat exceptis. Item, juro quod non resignabo canonicatum meum, mercede aut pretio dato, soluto, promisso aut expectato, adductus, aut sub pacto aliquo qualicunque; sed si relinquam, sponte decedam, libere et absolute, integer, et ab omni muneris aut mercedis solutione, datione, pollicitatione seu expectatione, incorruptus. Insuper, si post hoc juramentum meum et meam in canonicum perpetuum hujus collegii admissionem, ad aliud collegium in Universitate Oxoniæ vel Cantabrigiæ nominatus aut electus fuero, hujusmodi nominati ni aut electioni nullo pacto consentiam, nec aliquod eorum collegiorum tanquam ejus Socius ingrediar; sed omni juri et titulo virtute illius nominationis aut electionis qualitercunque faciendo, aut aliter mihi quomodolibet competituro, in vim pacti renuntio in hiis scriptis. Hæc omnia et singula fideliter observabo, sicut me Deus adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia." Quo juramento præstito, statim per Decanum vel, eodem absente, per Subdecanum in canonicum, in præsentia prædictorum canonicorum, admittatur; proviso ut, quum plures in eodem tempore et die ita admittendi fuerint, ille prius cæteris admittatur qui prius fuerat electus; [quodque, in

Injury to the Archbishop or cathedral church of York.

Resignation of canonry.

Election to any other College.

Admission to canonry.

* Omitted in MS.

Digitized by Google

eligendo, hic ordo servetur, ut, prout quisque locus prius vel posterius vacabat, ita ex ordine quisque, ex comitatu vel diœcesi sibi competente, ad eundem locum eligatur.] De quo quidem juramento, locoque et die præstationis ejusdem juramenti, et anno incarnationis domini nostri Jesu Christi, una cum nominibus et cognitionibus tam jurantium quam eorum qui intersunt, ac etiam ætate uniuscujusque jurantis per eum in hoc juramento asserta, quo præterea comitatu ac diœcesi electus in hoc juramento se natum asseruit, ac pro quo comitatu aut diœcesi electus fuerat, publicum instrumentum fieri volumus per aliquem notarium publicum, in registro nostri collegii ad hoc et hujusmodi faciendo, perpetuo confirmandum.* Quod juramentum si infra tempus ejus admissionis supra limitatum præstare protinus recusaverit, ipso facto omne jus, quod ratione hujusmodi suæ electionis ad collegium habuit, amittat, et ad novam pro loco illo electionem infra biduum post recusationem hujusmodi cognitam procedatur; statutis de tempore electionis et admissione in canonicos prius celebrata non obstantibus.†

Oath to be reduced to a public instrument.

Forfeiture of canonry by not taking the oath.

De anno probationis electorum in canonicos primi ordinis, et admissione eorum in perpetuos ejusdem ordinis.

Quoniam sic est hominum inconstans et interdum adeo simulata et fucata morum integritas, ut non nisi diuturno convictu longoque commercio eorum ingenia possis perspicere; et honestius videatur, ut est in carmine tritissimo, hospitem, non admittere quam ejicere admissum; volumus, statuimus et ordinamus, quod electi, ut præfertur, in primi ordinis canonicos et jurati, statim non admittantur in perpetuos canonicos, sed differatur eorum admissio usque post annum a die electionis perfectum et completum; post quem finitum et peractum, ad approbationem sive reprobationem eorundem procedatur sub hac forma: videlicet, Decanus aut, eo absente et consentiente, Subdecanus, omnibus primi ordinis canonicis tunc in Universitate præsentibus convocatis, vota omnium prædictorum canonicorum, palam et publice, pro quolibet dictorum electorum qui per integrum annum probationis steterint inquiret, et qui, juxta conscientiam, discretionem et judicium, ipsius Decani, vel eo absente et consentiente Subdecani, ac majoris partis canonicorum prædictorum præsentium, vel, ipsis non consentientibus, judicio Decani et tredecim maxime seniorum nostri collegii prædicti, aut majoris partis eorundem, repertus fuerit habilis, sufficiens et idoneus, eo ipso in perpetuum primi ordinis canonicum assumatur et admittatur. Alioqui vero, si neque Decano et majori parti tredecim seniorum sufficiens, habilis et idoneus, videatur, cessante cujuscunque contradictionis obstaculo, ipsum, de cujus admissione agitur, de dicto collegio præsentis statuti vigore ex-

Admission of Canons elect to be deferred for one year.

Form of probation.

* Sic in MS. for "conservandum." † Sic in MS.

Digitized by Google

clusum fore decernimus, ipso facto. Conscientias vero Decani, Subdecani et aliorum primi ordinis canonicorum, in hac parte arctius oneramus ut, cessantibus omnimodis odio, timore, invidia, acceptione patriæ, prece vel pretio, nec non cæteris coloribus, occasionibus et causis postpositis quibuscunque, in nullum alium sumendum vel admittendum consentiant, nisi quem speraverint et scienter crediderint in eodem collegio ad Dei honorem et profectum studii scholastici effectualiter posse et velle proficere. Quibus sic peractis, sic approbatos sive approbatum in perpetuos primi ordinis canonicos a Decano, aut eo absente Subdecano, admitti volumus indilate. Ita tamen, ut prius corporale subeant juramentum, sub ea forma verborum quæ infra sequitur.

Admission as Canons of the first order after approbation.

Forma juramenti admissorum in primi ordinis canonicos.

Form of oath of a Canon of the first order.

"Ego N., nominatus, electus et admissus, in canonicum perpetuum collegii vulgo vocati *the Cardynall College* in alma Academia Oxoniæ, juro, per hæc sancta Dei Evangelia, per me corporaliter tacta et inspecta, quod omnia statuta et ordinationes hujus collegii, edita et edenda per reverendissimum in Christo patrem dominum Fundatorem nostrum prædictum, ac omnia et singula in eis contenta, quatenus personam meam concernunt vel concernere poterunt, secundum planum, literalem et grammaticalem, sensum et intellectum inviolabiliter observabo, et quantum in me fuerit faciam ab aliis observari; alioqui, pœnas in dictis statutis inflictas, aut quæ secundum formam eorundem infligentur, sine contradictione quacunque subibo atque humiliter subiturum promitto, secundum omnem vim, formam et effectum, statutorum eorundem. Quodque nulla alia statuta, ordinationes, interpretationes, injunctiones, immutationes aut expositiones vel glossas, alias prædictis ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero sensui et intellectui eorundem repugnantia, derogantia vel contraria, per quemcunque vel quoscunque alium vel alios quam per dictum reverendissimum Fundatorem nostrum edita et edenda, quoquo modo scienter acceptabo vel eisdem consentiam, aut ipsa aliquo modo admittam, vel eisdem parebo ullo tempore, nec illis vel eorum aliquo ullo modo utar in collegio prædicto vel extra, sed eis et eorum cuilibet contradicam et resistam, ipsaque fieri viis et modis quibus potero impediam. Interpretationibus tamen, injunctionibus, declarationibus et expositionibus, per reverendissimos in Christo patres Eboracenses Archiepiscopos, Fundatoris successores, super dubiis statutorum emergentibus et secundum formam infra descriptam disputatis, ac ad eosdem Archiepiscopos delatis, faciendis obediam, et eis absque ulteriore disquisitione, disputatione aut contradictione, etiam si meæ opinioni adversentur, cum effectu parebo, atque eas in omnibus juxta planum et literalem sensum, et domini Funda-

Observance of Founder's statutes.

Interpretations by Archbishops of York.

Digitized by Google

toris mentem, quantum in me fuerit, semper fieri et declarari procurabo. Item, si contingat me scire aliqua secreta hujus collegii, ipsa in damnum et præjudicium ejusdem non revelabo ullo pacto. Item, huic collegio fidelis ero, damna, scandala, præjudicium, ei non faciam nec ab aliis fieri patiar; sed per me et alios, omnibus modis quibus melius potero, ne fiant impediam; et si ipsa impedire non potero, Decano vel Subdecano, censoribus vel ærarii præfectis, apertissime revelabo. Decano insuper et Subdecano, censoribus et aliis meis superioribus in dicto collegio, in licitis et honestis, et maxime in eorum convocationibus et negotiis collegii, quatenus statuta ejusdem jubent aut requirunt, obediam, assistam, et reverentiam debitam reverenter impendam. Monitionibus vero [Subdiaconi], injunctionibus, decretis, correctionibus, punitionibus quibuscunque Decani, Subdecani, necnon cæterorum, secundum formam statutorum hujus collegii faciendis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit cum effectu parebo. Contrarium vero, repugnans præmissis, in judicio vel extra, tacite vel expresse, non faciam seu fieri procurabo, aut quantum in me fuerit permittam, nec eisdem consentiam quovis modo. Item, quod augmentationem bonorum, terrarum, redditiuum, possessionum et jurium, dicti collegii, conservationemque et denfensionem, promotionem et expeditionem negotiorum ejusdem quorumcunque, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem, honorem vel officium, posthac me devenire contigerit, in sanis consiliis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit, diligenter intendam et juvabo, et pro eisdem fideliter laborabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem negotiorum hujusmodi instabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, translationem, mutationem, annullationem sive annihillationem, alicujus numeri hujus collegii assignati, nec eam, quantum in me fuerit, fieri permittam, aut ei consentiam quoquo modo. Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia aut provocans invidiam, odium, iram, rixas, discordias, contumelias aut jurgia, causa commovendi animos canonicorum hujus collegii vel aliquorum scholarium, in Universitate Oxoniæ, et præsertim inter scholares ibi studentes veluti Australes et Boreales vel alios cujuscunque regionis, nec scientiarum ad scientias, facultatum ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ignobilitatem, seu alias qualescunque comparationes, quæ odiosæ sint, verbo vel facto faciam, causa commovendi maliciose Socios, scholares, seu facultates Universitatis prædictæ, tacite vel expresse, publice vel occulte. Item, quod nulla conventicula, conspirationes, confœderationes seu pactiones aliquas, infra regnum Angliæ vel extra, contra statuta hujus collegii, vel contra ipsius statum, commodum, vel honorem, aut contra Decanum, Subdecanum, vel alios ejusdem collegii, illicite faciam, vel ipsa fieri procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, nec facientibus ipsa dabo auxilium, consilium vel favorem. Item, quod fidelis

College secrets. Prejudice of College.

Obedience to superiors.

Promotion of College business and interests.

Maintenance of numbers of members.

Moving discord.

Conspiracies against the College or its statutes.

Digitized by Google

Fidelity in office.

ero ac diligens in quocunque officio mihi deputando, illudque cui deputatus fuero admittam et quantum potero fideliter adimplebo.

Counsel in election of Canons.

Et de canonicis, tam primi quam secundi ordinis, eligendis, necnon admittendis in canonicos ejusdem collegii, fidele consilium ac [auxilium ?], omni favore, affectione, pretio et commodo, postpositis, tribuam et impendam; ut de bonis personis, castis, modestis, honestis, *aptis, et ad studendum et proficiendum in actibus scholasticis habilibus et* idoneis, ac etiam proficere volentibus, necnon juxta cæteras qualitates et circumstantias in nostris statutis descriptas eligibilibus, idoneis et præferendis, quantum in me fuerit, provideatur eidem; nec aliis quam prædicto modo eligibilibus, idoneis et præferendis, sciens et prudens quovismodo in ea re suffragabor.

Injury to the Archbishop or Cathedral Church of York.

Quodque contra dictos reverendissimos Eboracenses Archiepiscopos qui pro tempore fuerint, aut contra ecclesiam cathedralem ibidem, Decanumve aut capitulum dictæ ecclesiæ, in aliqua causa ipsam ecclesiam concernente, scienter et ex animo deliberato, in damnum et injuriam ejusdem ecclesiæ, Decani aut capituli prædicti, non dabo consilium, auxilium vel favorem; causa mea propria et hujus collegii duntaxat exceptis.

Dispensation from oaths.

Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea vel statuta prædicta, vel contra aliquam particulam in eis contentam, nec dispensationem hujusmodi per alium vel per alios, publice vel occulte, impetrari vel obtineri procurabo, directe vel indirecte. Et si forsan aliquam dispensationem hujusmodi impetrari vel gratis concedi vel adquiri contigerit, cujuscunque fuerit auctoritatis, seu generaliter seu specialiter, aut alias sub quacunque forma verborum concessa, ea non utar nec eidem consentiam quovis modo.

Resignation of canonry.

Item, juro quod non resignabo canonicatum meum, mercede, pretio, dato, soluto, promisso aut expectato, adductus, aut sub pacto aliquo qualicunque; sed si relinquam, sponte decedam, libere et absolute, integer, et ab omni muneris aut mercedis solutione, datione, pollicitatione seu expectatione, incorruptus.

Renunciation of right of appeal in case of expulsion or punishment.

Et si contingat me posthac propter contemptum, rebellionem, inobedientiam, malos mores vel alia me demerita, seu propter causas in præsentibus statutis contentas, per Decanum vel alios in hujusmodi habentes interesse, corrigi, et puniri, aut a dicti collegii sustentatione et canonicatu secundum formam statutorum ejici et expelli, excludi, privari vel amoveri, ipsum Decanum vel alias personas seu earum aliquam, occasione expulsionis vel correctionis hujusmodi, nunquam persequar, molestabo seu inquietabo, per me, alium vel alios, seu ab aliis persequi, molestari seu inquietari quomodolibet procurabo, vel quantum in me fuerit, ea de causa, molestari seu inquietari permittam, in foro ecclesiastico seu sæculari seu alio modo quocunque; sed ex certa mea scientia, pure, sponte, simpliciter et absolute, omni actioni, occasione correctionis, expulsionis, punitionis, privationis, exclusionis, ejectionis,

* Dele from "aptis" to "habilibus et."

Digitized by Google

seu amotionis hujusmodi, contra Decanum aut alios dicti collegii alterutrius ordinis canonicos quomodolibet, conjunctim vel divisim, appellationi quoque et querelæ in ea parte faciendis, ac quarumcunque literarum impetrationi precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in hiis scriptis. Insuper, si, post juramentum meum et meam in verum canonicum hujus collegii admissionem, ad alium collegium in Universitate Oxoniæ vel Cantabrigiæ nominatus aut electus fuero, hujusmodi nominationi aut electioni nullo pacto consentiam, nec aliquod eorum collegiorum tanquam ejus Socius ingrediar, sed omni juri et titulo virtute illius nominationis vel electionis qualitercunque faciendo, aut aliter mihi quomodolibet competituro, in vim pacti renuntio in his scriptis. Hæc omnia et singula fideliter observabo, sicut me Deus adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia." Quo juramento præstito libroque deosculato, volumus ut Decano vel in ejus absentia Subdecano collegii nostri prædicti, statim et absque ulla mora, obligationem una cum conditione, sub eo verborum tenore et forma qui infra sequitur, mutatis de more mutandis et adjectis de more adjiciendis, debite secundum regni jura confectam et manu sua propria subscriptam, suo quoque sigillo sigillatam, in persona sua propria et pro facto suo tradat cum effectu; in superiori turri tuto quoad vixerit conservandam.

Election to another College.

To enter into a bond.

Forma autem obligationis pro primi ordinis canonicis admissis et perpetuis, cum conditione.

"Noverint universi per præsentes me N. de Oxonia, in comitatu Oxonia, teneri et firmiter obligari N. Decano et canonicis collegii vulgo vocati *the Cardynal College Oxon:* in comitatu Oxoniæ, in centum libris bonæ et legalis monetæ Angliæ, solvendis eidem Decano et canonicis, vel eorum certo attornato seu eorum successoribus, in festo N. proxime futuro post datam præsentium. Ad quam quidem solutionem bene et fideliter faciendam obligo me, hæredes et executores meos, per præsentes sigillo meo sigillatas; datas, etc."

Form of bond of a Canon of the first order.

"The condicion of this obligacion is such, that if the above bounden N. in his one parsone pursew, obteyne or impetrate, or cawse to be pursewed, obteyned or impetrate, pryvely or opynly, directly or vndirectly, from the Pope, the court of Rome, or from any other persone or place, any dispensation, interpretacion or lycence, contrary to the othe made by the said N. att the tyme of his admission to be canon of the Cardynall college in the Vniversite of Oxforde, or to any parte of the same othe, or contrary to the ordynances or statutes of the same colleage or any one of them; or if the same N. accept or use any suche dispensacion, interpretacion or lycence, pursewed, impetrate or obteyned, by hym

The condition

Digitized by Google

selff, or any other persone or persones of what so euer authorite they be, or he prouoke or appele judicially or extrajudicially from any grefe, jugment, arbitrement or sentence interlocutory or diffynitive process or interpretacion, made or gevyn against hym, for any thyng concernyng his said othe or any parte therof, or elles by any of the said ordynances and statutes, or any of them, wherunto by the said othe or any parte thereof, orelles by any of the said ordynances and statutes he is bound to stand and obey; and in case itt fortune the said N. to be depryvyd of the canonship or to be greved by the Deane, Subdeane, and canons of the said college, for any offense or act pretendyd to be doyne by hym contrary to the said othe or statutes, if he then and in that case or therfore or by any occasion thereof pursew, trouble or vex, in the lawe or owte of the law, by the waye of fautor or other wise, the said Deane, Subdeane, or canons of the said colleage, or pursew to eny estate or persone for any letters or wrytynges, commaundments, requestes or desyres, by wrytyng or message, or by worde of mouthe, for his restitucion to the same cannonship, or for the lettyng of the said deprivacion or execution of the same, or any suche wrytyng or messages vse or accept; or elles if he pursew in any court spirituall or temporall, or by waye of fautor any thing do for his remedye in the premysses or any tyme durying his liff; then this obligacion shall stand in his strenght, vygor and vertewe, and otherwise to stand voyde and be of noo force, strenght or effect.

De distinctione graduum et senioritatis; deque differentia primi ordinis canonicorum.

Distinction of degrees in Canons of the first order.

Cum in eo corporis politici decus et venustas maxime consistat ut, congruis compositum membris, commoda ordinum et graduum divisione distinguatur, ac sua stent omnibus insignia virtutis; volumus ut, ex numero prædicto sexaginta canonicorum primi ordinis, octo possint esse Doctores; videlicet quinque in theologia, unus in jure canonico, unus in jure civili, et unus in medicinis; decem baccalaurei in theologia: quem numerum Doctorum et baccalaureorum, ut semper expleri cupimus et optamus, ita volumus nunquam augeri nec ad alios gradus hujusmodi promoveri, donec ille numerus octo Doctorum et decem baccalaureorum fuerit aliqua ratione diminutus; sed reliquos primi ordinis canonicos artium Magistros, juris canonici civilis, medicinæ aut artium baccalaureos esse, omnesque, tam domi quam foris, in choro et ali i, eum locum tenere quem gradus sui ratio et respectus efflagitat. Ita, videlicet, ut Doctores theologiæ sint et habeantur seniores Doctoribus juris canonici, Doctores autem juris canonici Juris civilis Doctoribus, Doctores juris civilis Doctoribus medicinæ, medicinæ Doctores baccalaureis in theologia, baccalaurei in theologia artium magistris, magistri artium juris canonici

Seniority.

Digitized by Google

baccalaureis, juris canonici baccalaurei juris civilis baccalaureis, juris canonici civiiis baccalaurei in medicina baccalaureis, in medicina vero baccalaurei artium baccalaureis, etiam si in ordine electionis juniores reperiantur; ut non anni electionis suæ sed gradus omnino spectentur. Proviso quod, pluribus eodem gradu insignitis, ille sit senior qui priore tempore admissus in collegium fuerit, etiam si posterior fuerit in gradus susceptione: quam seniorum interpretationem ubique consequendam statuentes, declaramus, quoties ad seniorum judicium aut arbitrium aliquid referimus, eorum judicio decidendum. Inter canonicos vero primi ordinis, eos, quoad electiones, vota, assensus et consilia, pro negotiis collegii celebranda et præstanda, eos nolumus quoquo pacto censeri, nec tanquam canonicos perpetuos primi ordinis ad aliquem magistratum sive officium eligi aut assumi, aut illud quovismodo administrare, qui annum probationis integre non compleverint, et primi ordinis canonici non fuerint perpetui; nisi fortasse ad munus sive officium lectorum, si ad id aliis magis idonei et periti videantur, assumi contigerit, quos in hoc casu lectorum munere fungi permittimus; in convictu, vero, stipendiis, liberata, distributionibus, cubiculis, ordine in choro et mensa, sicut perpetuos primi ordinis canonicos gavisuros.

Canons not to exercise right of election, &c., or to be capable of holding office, till after a year of probation.

Excepting the office of Lecturer. Stipends, &c.

De electione secundi ordinis canonicorum.

Cum superius de canonicis secundi ordinis adsciscendis, ex quibus deficiens quacunque ex causa primi ordinis canonicorum numerus suppleri possit, elocuti sumus, consequens videtur ut certam de hiis eligendis normam edito statuto præscribamus. Idcirco etiam volumus, statuimus et ordinamus, quod intra duos menses, aut ad summum tres, postquam numerum secundi ordinis [in quatuor aut tribus] diminutum esse constiterit, celebretur electio de novis secundi ordinis canonicis in aula collegii nostri prædicti per Decanum, Subdecanum, quatuor censores, et tres præfectos ærarii, et tres ex primi ordinis canonicos, vel totidem, eis absentibus, ex maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus; ac eodem die quo cœpta est terminetur. Ita tamen ut Decanus, aut eo absente Subdecanus, triduo ante diem hujusmodi electionis futuræ, electores prædictos certiores faciat de loci vel locorum illorum vacatione, et die pro novi vel novorum canonicorum electione per eundem designata et constituta. Forma autem electionis hæc est. Congregatis, die et loco, ut præfertur, Decano et coelectoribus prædictis, primum coram eisdem tunc et ibidem omnes et singuli scholastici qui tunc in canonicos nostri collegii nominari, eligi et admitti, cupiunt et petunt, per Subdecanum, unum ex censoribus, et unum ex ærarii præfectis, in cantu et literis probentur examinenturque; deinde ille pro electo habeatur quem major pars [elegerit; quod si major] eorum [pars] in eum non consentiat, tunc volumus ut ille pro electo

Time and form of election of Petty Canons.

Digitized by Google

habeatur quem Decanus, aut eo absente Subdecanus, duxerit eligendum. Adjicimus, præterea, ut, in virtute juramenti sui, nullus eligentium mercede, pretio vel dono, dato, soluto, promisso vel probabiliter expectato, aut quovis ex pacto quibuscunque verbis concepto adductus, aliquem nominet, aut aliquid pro nominatione hujusmodi ullo unquam tempore, etiam si gratis offeratur, accipiat; de quo si, juxta formam in capite de punitione in majoribus criminibus traditam, convictus fuerit, tanquam perjurus puniatur et habeatur, et, præter dictam perjurii pœnam, etiam duplum accepti reddere cogatur. Electos omnes et singulos, sicut prædicitur, in secundi ordinis canonicos, in præsentia Decani aut in ejus absentia Subdecani, ante admissionem ipsorum, corporale volumus præstare juramentum, sub ea quæ sequitur forma.

Forma juramenti admittendorum in secundi ordinis canonicos.

Oath of a Petty Canon.

Qualifications.

Income.

College secrets.

Promotion of interests of the College.

Diminution of numbers of members.

Observance of statutes.

"Ego N., in secundi ordinis canonicum, in collegio vulgariter dicto *the Cardinall College*, in alma Academia Oxoniæ, electus et admissus* juro, per hæc sancta Dei Evangelia, quod firmiter credo me ætatis esse N., circiter diem N. et in comitatu N. ex legitimo toro natum, nullumque quod sciam aut credam impedimentum canonicum ad ordinem sacerdotii, præter defectum ætatis, patientem. Item, quod non habeo aliquid certum unde possum expendere annuatim ultra decem marcas† sterlingorum. Item, si contingat me scire aliqua secreta hujus collegii, ipsa in damnum sive præjudicium ipsius nulli revelabo. Item, quod ad dicti collegii augmentationem bonorum, possessionum, redditiuum, et jurium ejusdem conservationem, defensionem, promotionemque ac expeditionem negotiorum quorumcunque, ad quemcunque statum posthac devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus, auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter juvabo, et pro eisdem laborabo quamdiu vixero in hoc mundo. Item, non procurabo diminutionem seu annullationem alicujus numeri in præsentibus statutis assignati, vel eam fieri quoad potero permittam, nec eidem consentiam quovismodo. Item, quod omnia statuta dictum collegium concernentia, per dictum reverendissimum in Christo patrem et dominum Fundatorem nostrum edita et edenda, et non alia, secundum planum, literalem et grammaticalem, sensum et intellectum ipsorum, quantum in me fuerit, faciam ab aliis observari. Quodque nulla statuta seu ordinationes, interpretationes, immutationes, injunctiones, declarationes et expositiones, alias præsentibus statutis vel qualitercunque vero intellectui eorundem repugnantia, derogantia vel contraria, per quemcunque aut quoscunque alium vel alios quam per dictum reverendissimum in Christo patrem et dominum collegii prædicti

* Dele "et admissus." † For "decem marcas," read "quatuor libras."

Digitized by Google

Fundatorem facienda, scienter quomodolibet acceptabo, vel eis consentiam aut aliqualiter admittam, nec eis parebo ullo tempore vel intendam, nec illis vel eorum aliquo ullo modo utar, in collegio vel extra, tacite vel expresse. Item, quod non ero detractor, susurro, faciens obloquia aut provocans iram, odium, discordias, invidiam, contumelias, rixas vel jurgia, aut speciales præcellentesve prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, facultatum aut divitiarum, allegans; nec inter alios Socios aut scholares in Universitate Oxoniæ prædictæ Australes [seu Boreales*]. seu patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ignobilitatem, seu alias qualescunque comparationes quæ odiosæ sunt, in verbo vel facto, malitiose, aut causa commovendi collegii prædicti canonicos, faciam quovismodo, tacite vel expresse. Item, quod nulla conventicula, conspirationes, confœderationes seu pactiones aliquas, infra regnum Angliæ vel extra, contra statuta dictum collegium concernentia, vel contra ipsius collegii statum, commodum vel honorem, aut contra Decanum, Subdecanum ac canonicos hujus collegii, illicite faciam, nec ipsa fieri procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit; seu facientibus ipsa vel eorundem aliquod dabo consilium, auxilium vel favorem, aut eisdem scienter interesse præsumam nec ipsis consentiam, tacite vel expresse. Et si aliquem vel aliquos scivero taliter conspirantes aut confœderationes procurantes, id Decano vel Subdecano, aut aliis duobus officiariis dicti collegii, quamprimum commode potero, verbis aut scriptis expresse denuntiabo. Quodque tranquillitatem, pacem, commodum et honorem, hujus collegii, ac omnium et singulorum canonicorum ejusdem unitatem, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, viis et modis quibus potero observabo et ab aliis observari procurabo. Item, si contingat me, quod absit! propter mea demerita, secundum exigentiam præsentium statutorum, ab hoc collegio expelli seu removeri, nunquam ipsum collegium, Decanum, Subdecanum seu aliquem alium ejusdem collegii, occasione expulsionis seu remotionis hujusmodi, persequar, molestabo seu inquietabo, per me, alium vel alios, seu ab aliis persequi, molestari seu inquietari, faciam aut quantum in me fuerit permittam quomodolibet, in foro ecclesiastico seu sæculari; sed omni actioni sæculari, canonicæ vel civili, appellationique et querelæ, ac quarumlibet literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, et quibuslibet juris et facti remediis, per quæ me petere possem in integrum restitui, vel quantum ad jus et titulum seu possessionem in ipso collegio vendicandum reconciliari, in vim pacti renuntio in præsenti et renuntiabo in scriptis, si exactus fuero, in mea expulsione. Item, quod omnia et singula statuta dicti collegii, quantum ipsa me concernunt, fideliter observabo; alioqui, pœnas in eis vel

Moving discord.

Conspiracies against the College, &c.

Renunciation of right of appeal in case of expulsion, &c.

Submission to penalties.

* Omitted in MS.

Digitized by Google

secundum formam et exigentiam eorundem inflictas, sine contradictione quacunque, subibo et humiliter subiturum promitto. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta, vel contra statuta aut ipsorum aliquam particulam; nec dispensatione hujusmodi per me alium vel alios, publice vel occulte, impetrata, etiam si gratis offerri concedive contigerit, cujuscunque fuerit auctoritatis, seu generaliter seu specialiter, sub quacunque forma verborum concessa, utar, nec ei consentiam quovismodo; sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia." De quo juramento per quemvis eorum præstito et facto, locoque et die, mense et anno, præstationis ejusdem juramenti, intra triduum postquam præstitum fuerit, protocollum vel instrumentum publicum per notarium publicum locum, diem, mensem et annum, quo a singulis hoc præstitum fuit juramentum, ætatem præterea, comitatum et diœcesim, uniuscujusque per eum in suo juramento assertos, ac etiam pro quo comitatu vel diœcesi electus fuerit, continens, una cum nominibus et cognominibus tam jurantium quam eorum qui huic juramento interfuerint, fiat. Quod quidem instrumentum in registro perscriptum perpetuo remaneat. Proviso semper, quod si aliquis electorum in secundi ordinis canonicos prædictum juramentum non præstiterit, eo ipso totum jus quod ratione suæ electionis ad collegium nactus erat amittat, et alius in locum illum infra mensem, juxta formam prius descriptam, eligatur. Electos autem ut prædicitur, et prædictum juramentum subire paratos, postquam prædictum juramentum præstiterint, volumus, statim et absque ulla dilatione per dictum Decanum, aut in ejus absentia Subdecanum, in secundi ordinis canonicos adsumi et admitti.

Dispensation from oaths, &c.

Oath to be reduced to a public instrument.

Forfeiture of canonry from not taking the oath.

Admission after oath.

Quamdiu manere debeant in collegio nostro secundi ordinis canonici.

Quandoquidem secundi ordinis canonicos eo consilio instituimus ut in hoc gradu veluti seminario quodam tenera ingenia informentur, et, morum atque indolis edito specimine, deficientium primi ordinis canonicorum numerum habito delectu supplere possint; quales illos futuros semper optamus tales isti ut summa cura atque diligentia providendum censemus. Idcirco volumus et statuimus, quod electi et admissi, ut præfertur, in secundi ordinis canonicos, si, postquam biennium in dicto nostro collegio moram traxerint, a Decano et omnibus censoribus examinati, judicio eorundem tales videbuntur ut verisimiliter in studio non sint profecturi, aut pro ratione temporis quo in collegio fuerint non profecerint, statim, cessante omni contradictione, appellatione aut querela quacunque, a collegio imperpetuum removeantur. De dictis vero canonicis, quotquot bene studentes et literis diligenter incumbentes et post biennium hujusmodi a Decano et censoribus, ut prædicitur, tales esse approbati fuerint, usque ad completum quinquennium, a tempore electionis et

Removal of incompetent Petty Canons.

Term of duration of a Petty Canonry.

Digitized by Google

admissionis eorum computando, et non ultra, locum secundi ordinis canonicorum retinere volumus. Proviso semper, quod, quamprimum dicti secundi ordinis canonici annum vicesimum quintum attigerint, etiamsi per quinque adhuc annos in collegio nostro non steterint, a collegio statim non expectato quinquennii complemento recedant; nisi fortasse interim, meritis id exigentibus, tantam gratiam promereri poterint ut in primi ordinis canonicos asciscantur.

Superannuation of Petty Canons.

De admissione ministrorum sacelli; de qualitate et juramento eorundem.

Quoniam consilii nostri ratio hoc potissimum semper spectavit ut divina officia in dicto collegio nostro, ad Dei gloriam et honorem, honorificentissime frequentissimeque celebrarentur; cumque in eum duntaxat usum, ultra Decanum et utriusque ordinis canonicos, tredecim etiam conductitios presbyteros et duodecim clericos, necnon sexdecim chorustas ac unum informatorem, in collegium nostrum prædictum asciscendos statuimus, qui sacrorum ministri forent, et quotidie divina officia et ministeria, quanto maximo possent honore et reverentia, in dicti collegii nostri sacello peragerent; nec huic tam pio videlicet consilio nostro imposterum, ulla tergiversatione aut malorum magistratuum collegii nostri prædicti libidine, obviam eatur de prædictorum ministrorum qualitate et electione, pariter et quid illis præstandum veniat; certas leges præscribere imprimis utile nobis visum est. Proinde statuimus, ordinamus et volumus, ut quoties prædictus ministrorum numerus, videlicet tredecim presbyterorum, duodecim clericorum, sexdecim chorustarum, et unius informatoris, quacunque tandem occasione ulla parte diminutus fuerit, Decanus collegii nostri prædicti et unus ex præfectis ærarii, aut eo absente Subdecanus cum præfecto prædicto, (penes quos solos hujusmodi ministros recipiendi, ejiciendi et amovendi, plenum jus et auctoritatem esse volumus) infra mensem a vacatione prædicta alium vel alios [si quem vel quos, talem vel tales secundum formam statuti idoneos reperire possit], in defuncti seu defunctorum, aut alias discedentium, locum subroget; arctius interim conscientias dicti Decani vel Subdecani et ærarii præfecti apud Altissimum onerantes, quatenus nullum in presbyterum aut clericum conductitium hujusmodi eligant aut assumant, nisi qui sit sufficientis aut saltem competentis literaturæ, bonæ famæ, conditionis et conversationis honestæ, probis moribus, vocem habens competentem, et in utroque cantu et lectura sufficienter instructus; nec ullos pueros in chorustas assumant nisi quos et voce et ingenii indole morumque, maxime aptos idoneosque ad artem musicam putaverint; utque dictis chorustis hujusmodi de tali informatore provideant, qui artis musices peritus fuerit, et eos artem musicam diligenter docere et velit et possit. Hos autem, ut per Decanum

Of the hired priests, clerks, choristers, and master of music.

Admission by the Dean or Subdean, in case of vacancies.

Their qualifications.

Digitized by Google

Power of removal.

et unum ex præfectis ærarii admitti volumus, ita etiam ejici et amoveri; dummodo quivis eorum amovendus per tres menses antea per dictorum alterum moneatur ut sibi provideat; nisi fortasse tale commiserit crimen ut ejus mora in collegio damnum aut scandalum eidem inferat, aut statutorum et eorum quæ ad suum attinent officium sit contemptor, tunc eo casu quamprimum expellatur.

Voluntary resignation.

Qui autem sua sponte discessurus est, is antea Decanum aut eo absente Subdecanum per sex menses de sua moneat discessione; nisi ex causa promotionis possit brevius tempus a prædictis impetrare.

Regulations respecting them.

Qui omnes et singuli, si quæ secreta collegii noverint aut a quoquam audierint, ea nunquam in collegii damnum revelabunt. Et si contingat eos scire aliqua pericula, damna aut præjudicia, futura aut imminentia collegio, illa Decano, Subdecano aut alicui officiario nostri collegii, publicabunt et revelabunt quam celerrime poterint, absque dilatione quacunque; et ad quemcunque gradum aut statum postea pervenerint, nunquam nostro collegio damnum aut incommodum inferent, sed favebunt, adjuvabunt, et quantum poterint ab aliis adjuvari nitentur et elaborabunt; nec intromittent se in rebus collegii, vel in electionibus et correctionibus, et aliis quibuscunque quæ pertinent ad bonum ordinem et regimen collegii; nec consilium, favorem, aut auxilium dabunt alicui ut adversetur statutis aut bono regimini. Quod si quis eorum tale quid fecerit et de eo convictus fuerit, ejiciatur ipso facto, nulla requisita aut præmissa monitione.

Of the Precentor, Sacristan, and Gospel reader.

Prædictorum vero tredecim presbyterorum conductitiorum unum volumus præcentorem esse, alium sacristam, alium vero Evangelii lectorem specialiter nominari; quibus aut eorum alicui si ex impetrata a Decano aut eo absente Subdecano licentia abesse contigerit, provideat quisque eorum sic abfuturus, suis periculo et expensis, ex domesticis, qui vices absentis diligenter et fideliter suppleat.

Duties of the Precentor.

Præcentor vero, quantum ad chori regimen et ad ea quæ ad præcentoris attinent officium, diligenter et attente exequetur, ut omnia ad laudem Dei, sine repetitione ac sine decoris aut devotionis disturbatione, et ex more Sarensis ecclesiæ, quoad fieri possit, agantur et celebrentur. Hunc sequantur alii, huic cantantes pareant et cum eo consonent reliqui. Hujusque officium erit, singulis diebus profestis, in tabula quadam ad id deputata assignare et scribere quicunque missæ celebrandæ, lectionibus item et responsoriis cantandis et choro regendo, et cæteris in choro agendis, intendent et vacabunt. Cujus assignationi hac in parte omnes et singulos parere volumus, sub pœna mulctæ eisdem per Decanum aut in ejus absentia Subdecanum infligendæ.

Duties of the Sacristan.

Sacristæ autem officium erit libros, calices, vasa, jocalia et cætera sacelli ornamenta, omnia et singula, diligenter et accurate conservare; curareque ut sacellum et altaria omnia, singulis festis et hebdomadis, convenienter, ut festa et tempora requirunt, ornentur, ac de hiis rationem reddere, ut postea inferius exprimitur. Volumus, insuper, ut idem ostia

Digitized by Google

et cistas aut claudat aut claudenda curet; ceram præterea et vinum, et cætera hujusmodi collegii impensis consumenda, prospiciat, ad Dei honorem et collegii utilitatem. Necnon omnia sacramenta et sacramentalia, cum opus fuerit, per se aut deputatum suum ministret. Qui vero in lectorem Evangelii assumptus fuerit, singulis altis missis de die quæ erunt cum cantu, per se aut alium suis expensis legat Evangelium, more ecclesiæ Sarum; nisi quando per censores aliter præscriptum in tabula reperiatur. Ex prædictis autem duodecim clericis conductitiis unum volumus esse scitum et peritum organorum pulsatorem. Et ad hæc omnia, et cætera in hiis statutis eos aut eorum aliquem concernentia, bene et fideliter observanda, omnes et singulos tredecim presbyteros prædictos et duodecim clericos conductitios, et chorustarum informatorem, in suo primo ingressu, coram Decano, vel eo absente Subdecano, et uno præfectorum ærarii, vinculo juramenti astringi volumus; ac idem juramentum in registro ad hoc assignato manu jurantis subscribi cum nomine et cognomine, die et anno et testibus prædictis. Chorustas autem in collegium nostrum, ut præfertur, assumptos, in eodem usque ad primam vocis permutationem permanere permittimus, nisi aliter Decano videatur. Hii ministrabunt in aula et in sacello, in missis et divinis officiis; qui si bene se gesserint et, permutata voce, grammaticis literis sic fuerint provecti ut idonei videantur qui in secundi ordinis canonicos assumantur, volumus ut cæteris omnibus præferantur. [Idem quoque promittimus eisdem in electione scholasticorum in scholas grammaticales per nos erectas seu imposterum erigendas, ut cæteris ibidem præferantur, ac postquam in grammaticalibus ibidem fuerint instructi, tandem meritis suis id exigentibus, in canonicos secundi ordinis eligi valeant et assumi.]

Duties of the Gospel reader.

Of the organist.

The priests, &c., to be bound by oath to execute their duties.

Of the choristers.

To be preferred in elections to the Founder's schools.

De ministris et servientibus collegii admittendis.

Porro, quo liberius collegii nostri prædicti Decano et utriusque ordinis canonicis literarum studiis vacare majoremque fructum in illis facere liceat, neve unquam cogantur vilia indignaque officia exercere quæ remoram studiis facere possent; volumus ut Decanus habeat septem famulos, Subdecanus vero unum, omnes collegii sumptibus et impensis alendos; qui in singulis obsequiis eorum obeundis sint parati et diligenter eis intendentes. Quorum admissionem et expulsionem arbitrio eorundem Decani et Subdecani plene committimus. Volumus etiam ut alii duo conducantur, quorum alter sacristæ in suo officio subserviat, alter vero debitæ campanarum pulsationi intendat. Insuper, volumus ut sit unus obsonator sive, ut appellant, mancipium; qui ex jussu præfectorum ærarii, singulis diebus et horis opportunis, emat et provideat necessaria ad convictus in aula, panario ac potario; sit obsequiosus, ut unicuique nostri collegii juste et æque inser-

Servants of the Dean and Subdean.

An assistant to the sacristan, and a bell-ringer.

The manciple.

Digitized by Google

The panarius.

viatur. Sit etiam sub mancipio unus qui panarius vocetur, qui in prandio et cœna omnibus nostri collegii diligenter inserviat, et præterea reliquis horis et temporibus a Decano vel Subdecano præceptis et assignatis, ad inhabitantium necessitates et studii minorem diminutionem ministret. [Sit etiam unus potarius sive promus, qui sub se alium subpromum habeat; qui officia sua debite in omnibus exequantur.] In culina item sit unus principalis coquus, qui in foro et alibi mancipio in victualibus emendis, ut sint salubria, assistat, et postea ex natura et qualitate rei præparet. Et sub hoc principali coquo sit alter qui subcoquus vocetur, qui, superiore coquo absente, ac etiam eo præsente, promptus sit et mediocriter peritus ad omnia necessaria paranda. Sit etiam in coquina alius illis subserviens, qui tergendis lancibus et verrendæ coquinæ aliisque vilioribus officiis ibidem obeundis intendat, quem lixam appellant. [Sit etiam unus qui lanistæ officium ad utilitatem et commodum Collegii nostri prædicti exerceat. Sit etiam unus pistor qui sub se habeat servientem.] Sit etiam unus janitor, qui ostiis et portis aperiendis et claudendis temporibus debitis diligenter intendat. [Necnon qui tonsorem, in radendo canonicos utriusque ordinis et cæteros collegii ministros, ac in confectione cereorum, adjuvare et auxilio esse et possit et debeat.] Sit præterea unus qui Decanum, Subdecanum, ac omnes et singulos primi ordinis canonicos, necnon omnes presbyteros et clericos conductitios, chorustas et chorustarum informatorem, et alios omnes collegii ministros et servientes in eodem commorantes, debito tempore radat et tondeat; ac etiam cereos ecclesiæ et aulæ prædicti collegii necessarios conficiat vel suis expensis confici faciat. Sit præterea unus* qui vestes omnes lineas, quæcunque ad Decanum collegii nostri et utriusque ordinis canonicos, necnon alios conductitios, chorustas et alios ministros quoscunque, pariter et quæcunque ad templum et aulam pertineant, quoties opus fuerit, sedulo et munde lavet: quique, quovis die lunæ, aut ad summum Martis, hora tertia post prandium, accedat ad portam collegii et ibi dictas vestes recipiat, ac die sabbati, hora tertia post meridiem, easdem illuc mundas et lotas referat, et singulis suas vestes fideliter reddat. Sit præterea unus qui equos communes collegii nostri curet, et stabulo præsit. [Sit etiam et conductor unus, moribus probis et honestis, qui chorustis intendat et illis inserviat.] Hos omnes [volumus] communes collegii famulos esse, et ad arbitrium Decani aut eo absente Subdecani, cum consensu unius præfectorum ærarii, conducendos et eorum judicio removendos; exceptis hiis quos Decano et Subdecano assignavimus, quos pro alterius eorum arbitrio respective, ut prædictum est, semper volumus removeri et eorum delectu conduci, stipendiis inferius limitandis. Volumus item omnes famulos prædictos masculos

The butler.

The cook and under-cook, and other servants.

The barber.

The laundryman.

The groom of the horses.

An attendant on the choristers.

Hire and removal of servants.

* For "Sit præterea unus," read "Sint præterea duo."

Digitized by Google

esse et cœlibes non conjugatos, si tales commode haberi et conduci poterint; ac, priusquam recipiantur aut ad officium aliquod exercendum admittantur, coram Decano, aut eo absente Subdecano, ac duobus primi ordinis canonicis maxime senioribus corporale subire juramentum, quod secreta collegii si quæ audierint non revelabunt, quodque etiam omnia quæ ad sua attinens officia bene et fideliter, æque et juste, exequentur, sine fraude, deceptione aut colore aliquo.

Servants to be males, and unmarried.

To be sworn to keep College secrets, &c.

* *De suffragiis et orationibus, tam a Decano quam etiam utriusque ordinis canonicis, privatim et quotidie dicendis.*

Item, ut assidua et quotidiana sanctæ et individuæ Trinitatis commemoratione pro acceptis beneficiis gratias Deo immortali agere satagentes, tum gratiam sibiipsis celeriorem provocent, tum etiam nos nostrosque, dum hic fuerimus, actus, et nostram post hæc fata animam, suis precibus Dei clementiæ et bonitati frequentius commendent; volumus, statuimus et ordinamus, ut Decanus pariter et omnes ac singuli utriusque ordinis collegii nostri prædicti, singulis diebus post quam de cubili surrexerint, et prius quam cubiculum fuerint egressi, procumbentes in genua, dicant antiphonam "Libera nos, salva nos, justifica nos, o beata Trinitas," cum versiculo, "Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu; laudemus et superexaltemus eum in sæcula;" juncta oratione, "Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis," &c.; necnon, quamdiu hic fuerimus superstites, orationem, "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum Thomam Cardinalem, de latere Legatum, Fundatorem nostram, et, intercedente beata Dei genitrice Maria cum Sanctis tuis, gratiæ tuæ in eo dona multiplica, ut ab omnibus liberetur offensis et temporalibus, non destituatur auxiliis, et sempiternis gaudeat institutis." Post mortem vero nostram, loco hujus orationis, dicant illam orationem, "Deus, qui inter Apostolicos, sacerdotes famulum tuum Thomam Cardinalem, Fundatorem nostrum, pontificali dignitate censeri fecisti, præsta, quæsumus, ut quorum vicem ad horam gerebat in terris eorum perpetuo consortio lætetur in cœlis." Et quoniam invictissimus et potentissimus princeps et dominus noster Henricus octavus, Angliæ et Franciæ Rex, fidei defensor et dominus Hiberniæ, pro incredibili quo nos est semper prosecutus amore, non modo suis beneficiis sed etiam gratia, favore, auxilio, hiis nostris conatibus tam benefice affuit ut illi maxima ex parte omnia accepta referre merito debeamus; volumus, statuimus et ordinamus, ut eodem loco et tempore, statim post prædictas orationes, subjungant pro dicto Rege et Katerina Regina, consorte sua, quamdiu superstites fuerint, orationem, "Deus, in cujus manu sunt corda Regum, qui es humilium consolator et fidelium forti-

Prayers on retiring to bed, and rising.

For the Founder.

For Henry VIII. and Queen Catherine.

* The whole of this chapter is omitted in the MS. in the Record Office.

Digitized by Google

tudo, et protector omnium in te sperantium, da Regi nostro Henrico octavo, hujus collegii benefactori præcipuo, et Reginæ Katerinæ, consorti suæ, populoque Christiano, triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut per te semper reparentur ad veniam." Post mortem vero dicti Regis, loco illius dicant, "Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, propitiare animabus famuli tui Regis Henrici octavi, benefactoris nostri præcipui, et Reginæ Katherinæ, consortis suæ, necnon parentum et progenitorum suorum, ut mortis vinculis absoluti, transire mereantur ad vitam."

For living benefactors.

Item, pro benefactoribus vivis dicant istam collectam, "Prætende, Domine, famulis et famulabus tuis dextram cœlestis auxilii, ut te toto corde perquirant, et quæ digne postulant assequantur." Item,

For Founder's parents.

pro anima patris et matris nostræ dicant collectam, "Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamus, ut animas Roberti et Jonannæ patris et matris Fundatoris nostri, ac omnium aliorum parentum et benefactorum suorum et nostrorum quas de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum jubeas esse consortes." Item, pro benefactoribus mortuis dicant

For deceased benefactors.

collectam, "Miserere, quæsumus, Domine, animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum; et pro beneficiis quæ nobis largita sunt in terris præmia æterna consequantur in cœlis. Animæ Thomæ Cardinalis, de latere Legati, Fundatoris nostri, et Regis Henrici octavi, collegii nostri benefactoris præcipui, et Katherinæ, consortis suæ, necnon animæ patris et matris dicti Fundatoris nostri, ac omnium aliorum parentum et benefactorum suorum et nostrorum, et omnium fidelium defunctorum, requiescant in pace. Amen." Deinde, quotidie etiam, sed qua hora diei

Other daily prayers.

commodissime poterint, dicant integrum psalmum "De profundis," "Kyrie eleeson," "Christe eleeson," "Kyrie eleeson;" "Pater noster," "Et ne nos," "Requiem æternam," "A porta inferi," "Credo videre," "Domine exaudi;" cum orationibus infra notatis: videlicet, nobis et Rege prædicto superstitibus, "Inclina, Domine, aurem tuam," etc. ut supra. Post mortem vero nostram, hiis duabus collectis præponant et dicant pro anima nostra orationem, "Deus, qui inter Apostolicos," etc., ut supra. Similiter et post mortem dicti Regis, dicant ante illas duas collectas, "Inclina" et "Miserere," orationem, "Deus, cui proprium," etc., ut supra: subjungentes semper dictis orationibus, eo qui præfertur ordine recitatis, hanc clausulam, "Anima Thomæ," etc., ut supra. Sub noctem vero, volumus ut Decanus,

Hymn and prayers at night.

necnon omnes et singuli canonici prædicti, antequam lectos ingrediantur, flexis genibus dicant hunc hymnum, cum precibus sequentibus, "Salvator mundi, Domine, qui nos salvasti hodie," etc. "Gloria tibi, Domine, qui natus es de virgine," etc. Deinde antiphonam, "Salva nos, Domine, vigilantes," etc. "Kyrie eleeson," "Christe eleeson," "Kyrie eleeson," "Pater noster," "Et ne nos," "Requiem æternam," "A porta inferi," "Credo videre,"

Digitized by Google

"Domine, exaudi," cum orationibus subnotatis; videlicet, superstitibus nobis, "Rege, quæsumus," post mortem vero nostram, loco illius, "Deus, qui inter Apostolicos;" et pro Rege, dum in humanis agit, "Deus, in cujus," etc., ut supra; post mortem vero illius, illam collectam, "Deus, cui proprium," etc., ut supra. Et pro benefactoribus vivis, "Prætende, Domine, famulis," etc., ut supra. Et pro anima patris et matris, "Inclina Domine," etc., ut supra. Necnon pro benefactoribus defunctis, "Miserere, quæsumus," etc., ut supra. Adjicimus præterea et statuentes mandamus, quatenus Decanus, necnon omnes et singuli sacerdotes cujuscunque ordinis, sive canonici sive conductitii presbyteri fuerint; quos omnes in Domino exhortamur, ut ita suos actus et vitam componant, ut quotidie quod animæ ipsorum saluti prosit manducent et bibant; ut saltem ter in septimana, cessante impedimento legitimo, in quo eorum conscientias, arctissime oneramus, celebrent; ac in singulis missis suis [quas*] publice sive privatim, in collegio vel extra collegium, consecrent, in primo loco nos, ac deinceps præfatum illustrissimum ac potentissimum Regem et Reginam Katerinam, consortem suam, deinde vivos benefactores collegii, in suo primo memento, quamdiu superstites fuerimus, Deo patri omnipotenti specialissime et nominatim commendent. In secundo vero memento animas patris et matris nostri et aliorum benefactorum collegii; in quo etiam memento nos et prædictum potentissimum Regem et Reginam, postquam ab hac luce migraverimus, ordine prædicto, speciatim et nominatim volumus commendari. Volumus etiam, ut in omnibus et singulis missis suis, nisi quando ordinale ecclesiæ Sarum refragetur, dicant orationes sequentes, cum ea nominum commemoratione quæ superius exprimitur; videlicet, pro nobis, quamdiu superstites fuerimus, dicant orationem, "Rege, quæsumus," etc., ut supra, cum sua secreta et postcommunione. Item, pro Rege, quamdiu superstes fuerit, dicant, "Deus, in cujus manu," etc., ut supra. Post mortem vero ejus, loco illius, "Deus, cui proprium," etc., ut supra, cum suis secretis et postcommunionibus, necnon pro benefactoribus vivis collectam, "Pretende," etc., ut supra; cum sua secreta et postcommunione. Item, pro animabus patris et matris nostræ, orationem, "Inclina, Domine," etc., ut supra. Et pro animabus omnium collegii benefactorum defunctorum dicant orationem, "Miserere," etc., ut supra; cum sua secreta et postcommunione.

Masses three times a week, with commemoration of Founder, &c.

De modo et tempore celebrandi matutinas missas et alias horas canonicas, in sacello collegii nostri prædicti.

Cum gravissimis adducti rationibus sumus ut hoc nostrum collegium non orationi minus quam scientiæ destinaremus, quarum nimirum altera alteram promoveat; quod vana videatur scientia

* Omitted in MS.

Digitized by Google

quamcunque numen divinum non instillaverit; præpostere facturi videremur si, priusquam ad cætera progrediamur, de modo et ordine peragendorum [rite divinorum certam aliquam legem præponeremus.] Idcirco etiam volumus, statuimus et ordinamus, quod, perpetuis futuris temporibus, in sacello collegii nostri prædicti, divina officia, videlicet, matutinæ horæ, processiones, missæ, vesperæ, completoria, et aliæ statutæ preces secundum ritum per omnia et consuetudinem ecclesiæ Sarum, temporibus modo et ordine infrascriptis, quotidie celebrentur; videlicet, inprimis volumus, quod omnibus et singulis diebus per annum, [in quibus juxta ritum ordinalis ecclesiæ Sarum, matutinæ de beata Virgine in conventu dicuntur et dici deberent,] inter primam et secundam pulsationem, quam mane fieri volumus, paulo post horam quintam diei, omnes et singuli chorustæ [in Collegio præsentes et pro corporis valetudine accedere valentes,] in sacellum collegii nostri prædicti conveniant, atque ibidem in stallis suis integre et alta voce dicant matutinas, et horas de beata Maria Virgine, secundum usum et ordinale Sarensis ecclesiæ; ita ut easdem finiant ante ultimam pulsationem, quam illico sine ulla pausa post horam sextam fieri volumus; sub cujus pulsationis fine conveniant in sacellum prædictum omnes et singuli collegii nostri prædicti presbyteri et clerici conductitii, atque antequam inde recedant inter se, cum cantu et nota, celebrent primum matutinas de die et primam, secundum usum et consuetudinem cathedralis ecclesiæ Sarum. Quibus finitis, volumus ut magister informator chorustarum, una cum chorustis suis et aliis clericis conductitiis ad id per Decanum* deputandis, [modo conjunctim modo divisim, prout arbitrio Decani aut eo absente Subdecani videbitur statuendum,] celebrent inter se, cum nota et intorto cantu, modo optimo quo sciverint (habito semper respectu ad diei solennitatem), missam de beata Maria, quam ad summum altare singulis diebus, ut prædicitur, celebrari volumus per unum ex presbyteris conductitiis, per precentorem dicti nostri collegii in tabula quadam assignandum et limitandum. Deinde volumus, ut, mox post prædictam missam finitam, per sex clericos et sex presbyteros conductitios ad summum item altare celebretur missa de requiem cum nota et cantu; cujus executor etiam erit unus de presbyteris ad illud per præcentorem, ut prædicitur, limitandus. Qua finita, volumus, ut statim post horam nonam diei, [aut tardius citiusve interdum, diei solennitate aut alia quacunque causa, ad arbitrium Decani aut Subdecani, id exigente,] facta pulsatione, ad altam missam de more ordinalis ecclesiæ Sarum rursum veniant in sacellum prædicti omnes et singuli clerici, presbyteri, et chorustæ prædicti, et, cantata tertia et sexto hora diei, ad summum altare altam missam celebrent de die; cujus item executor erit unus presbyter conductitius, cum diacono et subdiacono et cæteris

Times and manner of performing services in the chapel.

* For "Decanum" read "præcentorem."

Digitized by Google

ministris, pro more ordinalis ecclesiæ Sarum, ex dicti præcentoris assignatione. Qua finita, volumus etiam, ut, antequam inde recedant, canant solemniter horam nonam. Qua finita volumus, ut, exeuntes stallos et ante eosdem stantes, antequam sacellum exeant, dicant inter se alta voce psalmum "De profundis," cum "Pater noster" et versiculis consuetis, et orationibus sequentibus; videlicet, dum superstites fuerimus, "Rege, quæsumus," etc., ut supra; post mortem autem nostram. "Deus, qui inter Apostolicos," etc., ut supra. Deinde subjungant pro præfato Rege, dum in humanis agit, "Deus, in cujus," etc., ut supra; post mortem vero ejusdem, "Deus, cui proprium," etc., ut supra. Postea dicant, "Prætende," etc., ut supra, et "Inclina," etc., ut supra, [et "Miserere," etc., ut supra;] subjungentes hanc clausulam, "Animæ Thomæ Wolcy," etc., ut supra. Post meridiem autem similiter, singulis diebus, [in quibus, juxta ritum ordinalis ecclesiæ Sarum, vesperæ de beata Virgine in conventu dicuntur et dici deberent, post horam diei tertiam, cituisve interdum, prout Decani aut Subdecani judicio videbitur faciendum,] statim post horam diei tertiam,* facta prima et secunda pulsatione ad vesperas, volumus ut chorustæ [omnes, in collegio præsentes et accedere valentes,] ad sacellum redeant, atque ibidem alta voce dicant vesperas de sancta Maria, secundum usum Sarum, et easdem finiant ante horam quartam; post quam horam, finitamque ultimam pulsationem, conveniant in sacellum omnes et singuli presbyteri et clerici conductitii, atque ibidem vesperas de die et completorium solemniter cum cantu celebrent. Quibus finitis, statim tres canant intorto cantu [aut diviso] antiphonas; videlicet, unam de Trinitate, alteram de [divo Willelmo, tertiam de] Sancta Maria, tertiam de divo Willielmo† deinde exeuntes stallos dicant ut supra post nonam "De profundis," cum versiculis et orationibus supradictis. Quibus omnibus rite, ut prædicitur, peractis, volumus ut, sub horam septimam noctis, pulsata prius campana, chorustarum informator cum omnibus chorustis, [in Collegio præsentibus et accedere valentibus] pariter et presbyteri aliquot aut clerici conductitii ex præcentoris assignatione [limitandi], in sacellum nostrum prædictum singulis diebus rursum veniant, atque ibi [chorustæ et clerum sive presbyteri conjunctim, interdum vero divisim, prout vario et varietas cantus exiget] intorto cantu canant antiphonam [Salve Regina] de Sancta Maria, cum versiculo "Ave Maria," et oratione "Meritis et precibus," per unum chorustarum cantata. [Ac deinde, genuflexis omnibus, "Ave Maria" trina vice campanæ sonitu intervallo distinguente, solemniter cantetur.] Quibus finitis, volumus ut magister informator [ejusve deputatus] cum chorustis prædictis, [qualibet hebdomada ter vel quater, soli autem chorusti reliquis diebus], flexis genibus

Divine services in the chapel.

Prayers for Founder and King Henry VIII.

* Dele the words "statim post horam diei tertiam."
† Dele the words "tertiam de divo Willielmo."

Digitized by Google

Divine services in the chapel.

coram imagine Crucifixi in nave ecclesiæ, cantu diviso sive intorto canant antiphonam, "Sancte Deus, sancte, fortis, sancte et immortalis, miserere nobis. Nunc, Christe, te petimus, miserere, quæsumus; qui venisti redimere perditos, noli damnare redemptos." Deinde in plano cantu iidem chorustæ subjungant "Kyrie eleeson," "Christe eleeson," "Kyrie eleeson," "Pater noster," "Et ne nos," "Domine, salvum fac Regem," et cæteros consuetos versiculos; necnon orationes illas quas post psalmum "De profundis" superius præscripsimus recitandas. Proviso semper, quod prædictæ missæ de Sancta Maria et Requiem, et prædicta antiphona, hora septima cum suis precibus cantanda, illis diebus non cantentur quibus ordinale ecclesiæ Sarum id non patitur; quod, salvis statutis nostris, tam in horarum ad divina officia celebranda observatione, quam in campanarum pulsatione, volumus per omnia observari. Ita tamen, ut in festis principalibus et majoribus duplicibus, et in festis Beatæ Mariæ, cum prædictæ missæ cantari non debeant, privatim tamen dicantur; ac loco missæ de Beata Maria in festis ejusdem dicatur missa "Salus populi." Permittimus etiam ut informator chorustarum, ferialibus diebus [et festis sive regimine chori] et aliis, in quibus commemorationes celebrantur, quas quatuor esse volumus; videlicet, de Trinitate, de Sancta Maria, de Omnibus Sanctis et de Sancta Frediswida; divinis officiis interesse non teneatur; sed volumus ut interim chorustas suos musicam diligenter instruat et doceat. In reliquis autem omnibus diebus et festis, omnibus divinis officiis dictus informator cum omnibus chorustis, [tot chorustis quot arbitrio Decani sufficere videbuntur matutinis, missæ, processioni et vesperis.] a principio usque ad finem, interesse teneatur; nisi ex causa, per Decanum aut Subdecanum aut per præcentorem approbanda, abesse contingat. Quo casu volumus etiam ut alium suis expensis provideat, qui suas vices in præmissis supplere et velit et possit.

Quibus diebus et temporibus Decanus et utriusque ordinis canonici divinorum celebrationi interesse tenentur.

Ut Decanum et utriusque ordinis canonicos divinis officiis in sacello collegii nostri celebrandis quotidie adesse, veluti studiis destinatos, omnino volumus; ita sane pietati christianæ conveniens et congruum fore putamus, ut dies cultui divino ab ecclesia dicatos justis cæremoniis ac communi concentu celebrent. Idcirco etiam volumus, statuimus et ordinamus, quod, singulis diebus Dominicis et aliis diebus solennibus et festivis, secundum quod per anni circulum contigerint, et item illis diebus et festis quæ nos specialiter in hoc nostro collegio celebrandis infra in præsente statuto præscribemus et declarabimus, Decanus et utriusque ordinis canonici, reliquique presbyteri et ecclesiæ* conductitii tunc

Attendance of Dean, Canons, &c., at divine services.

* Sic in MS.; read "clerici?"

Digitized by Google

in Universitate præsentes, necnon informator chorustarum et sexdecim chorustæ, impedimento cessante legitimo, per Decanum aut eo absente Subdecanum approbando, divinis officiis in sacello celebrandis, videlicet primis et secundis vesperis, completorio, matutinis, primæ, horis, aquæ benedictæ aspersioni, processionibus ac missæ, modo, forma et tempore, ut sequitur, intersint: videlicet Decanus et primi ordinis canonici mundis, integris et honestis superpelliciis ac graiis amiciis vulgariter vocatis *gray ames* induti: secundi vero ordinis canonici etiam superpelliciis lineis, mundis et honestis, ac de panno blodei coloris, capuciis figuram amiciarum mutantibus, in extremo ambitu fimbriam cæruleæ sive graiæ pellitæ habentibus: presbyteri autem conductitii super mundis superpelliciis calaribus, quæ vocantur amicii: cæteri denique conductitii et chorustarum informator, præter superpellicia munda, capuciis panni blodei coloris et ad formam etiam amiciarum confectis, sed fimbriam pellitæ non habentibus: chorustæ postremo solis superpelliciis induti: omnes et singuli ad matutinas, ante finitum tertium primi nocturni psalmum, conveniant in chorum sacelli nostri prædicti, ibique maneant, neque inde [recedant et per notabile aliquod spatium judicio Decani aut eo absente Subdecani æstimandum] sine justa causa per Decanum aut eo absente Subdecano [infra triduum] approbanda, recedant* ante finitas matutinas, et primam continue et indilate post matutinas cantandam. Et similiter, ut præfertur, induti, horis ante finitum hymnum, aquæ item benedictæ aspersioni ante cantatum primum versum, missæ vero ante lectam Epistolam, vesperis denique ante tertium psalmum finitum, præsentes sint, neque ab eisdem ante perfectum, juxta ritum ecclesiæ Sarum et ordinationes nostras earundem complementum, recedant; nisi interim fortassis sacra in eadem sint facturi ac missas privatim celebraturi; aut aliqua alia [justa] causa per Decanum, ut præfertur, aut eo absente Subdecanum, approbanda, eos alio vocaverit et chorum aggredi coegerit. Proviso semper, quod matutinarum et processionum temporibus [nisi ex causa rationabili per Decanum aut eo absente Subdecanum approbanda], missas privatim non celebrent, nec eo prætextu se absentent. Item, volumus quod, in omnibus festis principalibus et majoribus duplicibus, videlicet, in festis Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, Reliquiarum, quinque festis Beatæ Mariæ, [Natalis Sanctæ Fridiswidæ, Omnium Sanctorum, Translationis Sanctæ Fridiswidæ, Nominis Jesu]† Natalis Sancti Johannis Baptistæ, Sanctæ Frediswidæ, Omnium Sanctorum, Apostolorum Petri et Pauli, Sancti Willelmi, Nominis Jesu, Sancti Hugonis, Sancti Andreæ, Sancti Cuthberti, translationis Sancti Thomæ,† et dedicationis ecclesiæ;

Vestments.

Performance of service by the Dean on the principal and greater double festivals.

* Dele "recedant."
† Dele from "Natalis Sancti Johannis" to "Sancti Thomæ."

Digitized by Google

quæ omnia festa in hoc nostro collegio principalia haberi volumus; necnon in Dominica in Ramis palmarum, in sacra die Parasceves, ac duobus diebus Parasceven præcedentibus, [incipiendis in matutinis feria quarta post completorium celebrata consuetis] in vigiliis item Paschæ et Pentecostes; Decanus collegii nostri aut, eo legitime impedito, Subdecanus primas et secundas vesperas, matutinas, horas, processiones et missas, in persona propria, cum nota, solemniter celebret et dicat, ac omnia hujusmodi divina officia juxta formam ordinalis ecclesiæ Sarum exequatur. In festis vero minoribus duplicibus, videlicet, [Translationis Sanctæ Fridiswidæ, Sancti Johannis Baptistæ, Apostolorum Petri et Pauli, Sancti Willelmi, Sancti Hugonis, Sancti Andreæ, Sancti Cuthberti, et Translationis Sancti Thomæ,] Sancti Stephani, Transfigurationis, Circumcisionis, Dominica in Albis, et secundis feriis Paschæ et Pentecostes, Subdecanus aut, eo absente, [vel legitime impedito] alius de principalioribus et dignioribus ipsius collegii nostri personis, sit divinorum omnium officiorum in persona sua propria principalis executor. In prædictis autem principalibus et majoribus ac minoribus duplicibus, volumus ut rectores chori, lectores item Evangelii et Epistolæ, sint de dignioribus collegii nostri personis, juxta assignationem ac intitulationem unius censorum aut ejus deputati. Præterea, volumus quod, in omnibus aliis festis minoribus duplicibus, necnon in Dominicis diebus et aliis quibuscunque secundum ritum ecclesiæ Sarum festivis, cæteri primi et secundi ordinis canonici ac reliqui sacelli nostri ministri, debita relatione et consideratione habita ad dicta festa et personas, prout unus censorum per suas vices alternis septimanis, per se vel, ipsis absentibus, eorum deputatos et substitutos, limitandos, assignandos et ad id deputandos, duxerit, divina omnia officia modo debito exequantur. [Ita semper, quod quoties omnia præsentia officia hujusmodi celebrantur, unus ex primi ordini canonicis principalis executor deputetur] tam in principali dictorum officiorum executione quam in regendo choro, pariter et lectionibus et responsoriis, et Evangeliis et Epistolis et gradalibus cantandis aut legendis. Quorum, ut præfertur, censorum aut aliorum nomine ipsorum inscriptioni, intitulationi, assignationi, deputationi, omnes et singulos collegii nostri canonicos ac sacelli ministros parere et obedire volumus et præcipimus, sine contradictione et murmure. Quod si quis canonicorum aut ministrorum prædictorum prædictæ assignationi parere negligat aut contemnat, pro prima vice per unum diem convictu suo privetur, pro secunda per biduum, pro tertia per quatriduum. Quod si quarto aut sæpius deliquerit, gravius puniatur juxta qualitatem delicti, arbitrio Decani et unius censoris. Contemnens autem aut recusans vel negligens missam solennem sibi limitatam et assignatam celebrare, pro prima vice per septimanam, pro secunda per quindenam, pro tertia per mensem, convictu suo privetur; et sæpius contemnenti aut negligenti gravior infligatur pœna, secundum prædictorum æstimationem et

Service by the Subdean on the lesser double festivals.

Performance of services by the Canons, &c., according to appointment of the Censors.

Penalties for neglect of performance of divine service.

Digitized by Google

arbitrium. Quod si aliquis secundi ordinis canonicorum in aliquo præmissorum deliquerit, si graduatus non fuerit, is vel verberibus castigetur, si vigesimum ætatis suæ annum non excedat, aut in proximo prandio ad unam mensulam seorsim, in medio aulæ, solo pane et potu, et si crebrius sola aqua et pane, secundum quantitatem delicti, pro prædictorum arbitrio, sit contentus; qualem etiam punitionem volumus in hujusmodi secundi ordinis canonicis haberi si a divinis absint officiis. Præterea, volumus quod, in festis quatuor Doctorum Ecclesiæ, nempe Gregorii, Ambrosii, Hieronimi, Augustini Hipponensis, ac etiam Sancti Augustini Anglorum apostoli, missa solennis de festis illorum, sicut in aliis inferioribus duplicibus, in sacello nostri collegii ad supremum altare, per unum primi ordinis canonicum ad hoc per censorem aut alium censoris nomine deputandum, celebretur; cui missæ omnes et singuli omnium ordinum collegii nostri prædicti intersint, et eam more consueto solenniter celebrent. Permittimus insuper ut regni hujus prælatus aliquis aut beneficiatus, qui fuit prius ejusdem collegii nostri canonicus, aliave persona honesta quæcunque, altam missam ad summum altare et omnia alia divina officia in festis diebus prædictis, juxta discretionem Decani seu, eo absente, Subdecani, censorum et ærarii præfectorum, valeat celebrare et exequi; necnon in aula collegii comedere pro recreatione canonicorum ejusdem. Mandamus insuper et in Christo exhortamur ut omnia cantentur, legantur, distincte, devote, pie, religiose, moderate, mature, sine properatione, cum cæremoniis etiam secundum usum ecclesiæ Sarum; nec quisque, dum divina, ut præmittitur, in choro celebrantur, et dum alii canunt et psallunt, dicat voce submissa matutinas, vesperas, completorium, aut aliquas alias horas vel orationes alias, per se vel cum alio uno aut pluribus; aut etiam literis nisi cessante cantu incumbat, aut de aliqua re disputet; aut in nave sacelli vel alibi vagetur; aut murmurationes, garrulationes, risus, confabulationes aut strepitus, faciat quovismodo; ne per inordinatos tumultus hujusmodi variosque vocum sonitus, mutuave colloquia, devotio aut actio et exercitatio canentium in choro valeat impediri; sed continue ut officia postulant psallere et uno ore canere omnes et singuli satagant. Si quis vero in hiis aut superioribus vel in eorum aliquo, veluti de absentia ab officiis divinis ut a missis matutinis, vesperis, completoriis, horis canonicis, processione et aquæ aspersione, aut aliqua parte eorundem, coram Decano aut Subdecano et uno censore probabiliter convictus fuerit, nisi causam absentiæ suæ rationabilem ejus allegaverit, eorum judicio approbandam, pro prima vice privetur convictu suo per unum diem, pro secunda per duos, pro tertia per hebdomadam, pro quarta per quindenam, et pro quinta per mensem. At si postea in præmissis vel eorum aliquo manifeste inventus quispiam fuerit culpabilis, pœna hujusmodi aggravetur, et secundum Decani vel Subdecani arbitrium puniatur. Præterea, ne

Penalties on Petty Canons for neglect of performance of divine service.

Mass on the feasts of the Four Doctors of the Latin Church, and St. Augustine.

A prelate or beneficed clergyman, formerly a canon, allowed to perform service.

Decency in performance of service.

Penalties for absence from service, &c.

Digitized by Google

Allotment of places in the chapel.

quispiam pro loco in dicti sacelli nostri choro contendat, statuimus, ut Decanus in dextra parte chori primum teneat locum; in sinistra vero parte Subdecanus primum vendicet; deinde in superori gradu ex utraque parte chori primi ordinis canonici graduati, videlicet primo theologiæ Doctores, deinceps juris civilis, postea theologiæ baccalaurei et cæteri omnes artium Magistri, juxta senioritatem ipsorum supra a nobis descriptam. Inter hos autem et cæteros primi ordinis canonicos, tum alterutrius juris tum medicinæ tum etiam artium baccalaureos, medium interstitium occupare volumus presbyteros collegii nostri prædicti conductitios: et inter illos eminentiorem locum obtineat præcentor; infra quos etiam in prædicto superiori gradu locum habeant cæteri primi ordinis canonici cujuscunque facultatis baccalaurei, eo ordine quem in titulo de senioritate supra descripsimus. In subselliis vero et inferioribus formis in superiori parte aliquot ex utroque latere chori de senioribus secundi ordinis canonicis collocentur; post quos, etiam ex utroque latere, in medio interstitio sedeant clerici conductitii, in quibus primum locum teneat informator chorustarum; deinde, in inferiori parte subselliorum, reliqui secundi ordinis canonici sedeant. Sic enim sedes ordinari volumus ut tam presbyteri quam clerici conductitii, illi in superioribus isti in inferioribus, mediam chori sedem occupent, quo majori concentu personare queant. Ordinem prædictum volumus in processionibus etiam observari.

De septem missis quotidie celebrandis.

Quandoquidem summum omnium sacrificiorum perfectissimum est quod in sui commemorationem Christus reliquit, in quo corpus et sanguinem nobis communicat, statutis sane nostris duximus providendum ut in nostri collegii sacello, perpetuis futuris temporibus, numero etiam perfectissimo, quotidie peragatur. Quamobrem etiam volumus, statuimus et ordinamus, ut præter alias missas quas quivis presbyter (prout animæ suæ salus et alia nostra statuta dictaverint faciendum) sit celebraturus, peragantur quotidie, perpetuis futuris temporibus, in sacello collegii nostri prædicti, septem missæ; quarum prima erit mane, ante horam quintam et sextam, de Sancto Spiritu, in qua celebraturus pro nobis specialiter orabit, necnon pro nobis primum, deinde pro Rege et Regina, postea pro benefactoribus vivis, denique pro patre et matre, postremo pro benefactoribus mortuis, illas collectas cum suis secretis et postcommunione dicet, ac illis nominum expressionibus, quas in titulo de suffragiis superius explicavimus. Hanc missam volumus a presbytero primi ordinis canonico per vices, ex ordine senioritatis hebdomadatim mutandas, celebrari; cui etiam sic celebranti volumus, in fine cujuslibet hebdomadæ, fideliter et absque difficultate, per unum de præfectis ærarii, duodecim denarios de bonis collegii persolvi pro labore. Secunda

Seven masses daily in the chapel.

1. Mass of the Holy Ghost.

Digitized by Google

missa erit de Sancta Maria, videlicet, illa de qua superius, a chorustis et informatore, ac reliquis clericis per præcentorem deputandis, cantanda, prædiximus; in qua specialiter pro nobis oretur, ac omnes illæ collectæ dicantur quas in missa matutinali pro nobis, Rege, benefactoribus, patre et matre nostris, dicendas præscripsimus: hanc missam ab uno præsbyterorum conductitiorum per præcentorem deputando, ut supra statutum est, volumus celebrari: ita ut celebranti, singulis hebdomadis, octo denarii pendantur pro labore. Tertia erit de Requiem, cum nota, per unum item de presbyteris conductitiis pro anima patris et matris nostræ, dum nos superstites fuerimus, cum collectis suis, post mortem vero nostram pro nobis cum nostris collectis, quotidie per unum ex presbyteris conductitiis cantanda; cui, singulis hebdomadis, octo denarios solvi volumus pro labore. Quarta erit de Trinitate, pro prospero statu et felici successu Regis Henrici octavi, quamdiu superstes sit, et Reginæ, consortis suæ, cum suis collectis, primum, deinde nostris superius expressis, per primi ordinis canonicos presbyteros, permutatis qualibet hebdomada vicibus, celebranda. Post mortem vero ejusdem Regis, (quam seram fore optamus) loco illius missæ de Trinitate, dicatur pro eisdem Rege et Regina, necnon progenitoribus suis, missa de Requiem, primum cum collectis suis superius limitatis, ac deinde nostris et reliquis supra expressis. Celebranti autem, singulis hebdomadis, munerentur pro labore decem denarii. Quinta missa erit de Requiem sine nota, pro animabus omnium illorum qui monasteriorum suppressorum et huic collegio annexorum fundatores seu benefactores extiterunt; quam similiter celebrari volumus per primi ordinis canonicos presbyteros, mutatis quavis hebdomada vicibus: in qua, tamen, pro nobis, Rege, patre et matre nostris, oretur: dicanturque collectæ superius limitatæ; ita ut hujusmodi celebranti, in fine cujusque septimanæ, per manus præfecti ærarii, decem denarii persolvantur. Sexta missa erit de Omnibus Sanctis, pro omnibus nostris et collegii benefactoribus; in qua et pro nobis oretur, et omnes illæ collectæ dicantur quas in missa matutinali dicendas præscripsimus; celebretur item per primi ordinis canonicos presbyteros, ita ut vices suas permutent invicem quaque septimana: celebranti autem pendentur singulis hebdomadis decem denarii. Septima erit alta missa de qua supra præscripsimus; quæ erit etiam nostra specialis, omnesque collectæ, tum pro nobis tum pro Rege, patre ac matre nostris et benefactoribus, omnino dicantur quas supra præscripsimus. Proviso semper quod pro dictis missis privatis celebrandis, certa quædam altaria in sacello collegii nostri prædicti deputentur; ac etiam quod, in vicibus permutandis ex ordine senioritatis, non habeatur ratio absentium, sed hoc semper subeant præsentes, servata vicissitudine. Neque ullus sic deputatus alicui missæ celebrandæ Universitatem exeat, nisi qui suis expensis alium de primi ordinis canonicis subrogaverit, qui et velit et possit suas

2. Mass of the Virgin Mary.

3. Requiem for souls of Founder's parents.

4. Mass of the Trinity for Henry VIII. and Queen Consort.

5. Requiem for souls of Founders of suppressed Monasteries annexed to the College.

6. Mass of All Saints for benefactors.

7. Mass for the Founder.

Special altars for the seven masses.

Persons appointed to celebrate.

Digitized by Google

vices supplere. Quod si quis deputatus id facere recusaverit, eadem pœna puniatur qua illum puniendum declaravimus qui in missis in festis diebus contempserit celebrare; negligenter autem semel celebrare omittens, denariis quos pro labore esset percepturus carebit, et nihilominus reliquis diebus celebrabit, sub simili pœna qualibet vice si neglexerit, aut majori, ut prædicitur, si contempserit, infligenda. Subdecanum vero, censores et præfectos ærarii, ut puta maximis curis deputatos, missas prædictas celebrare compelli nolumus ullo pacto; nisi forte, salva administratione sua, id facere possint; qua in re eorum conscientias oneramus. Cæterum omitti prædictas missas nullo omnino prætextu volumus; sed aut per canonicos aut, illis, quod absit! deficientibus, conductitios presbyteros volumus celebrari.

Qui missæ matutinali interesse tenentur.

Sic cuncta feliciter succedere solent si non via præpostera quis aggrediatur. Itaque, cum a divini numinis auxilio cuncta auspicanda, scripturæ testentur ut prima sit cura de regno Dei, post quod reliqua deinceps cumulatissime adjicienda ipsa promisit veritas; ad rectam sane institutionem, quam in hoc nostro collegio fore summopere exoptamus, credimus pertinere ut quod alioqui sequendum religio præscribit, nos strictius observandum prospiciamus. Proinde statuimus, ordinamus et mandamus, ut omnes et singuli primi ordinis canonici, gradus videlicet et qualitatis infra sequentis, hoc est juris canonici et civilis, necnon medicinæ et artium baccalaurei, pariter et artium Magistri, quicunque per annum integrum non rexerint, necnon omnes et singuli secundi ordinis canonici, missæ matutinali quam supra præscripsimus de Sancto Spiritu celebrandam, a principio usque ad finem, cessante impedimento legitimo, per Decanum aut eo absente Subdecanum, vel unum ex censoribus, approbando, intersint, illamque audiant in communi, suisque orationibus interim vacent; ut, invocata veluti communi quadam oratione Spiritus Sancti gratia, et ope cœlesti sic implorata, felicius et perfectius quod meditantur absolvant. Proviso quod, si qui graduum prædictorum presbyteri fuerint, missæ prædictæ interesse non teneantur. Hos enim in Domino omnes exhortamur ut ita suos actus et vitam componant ut quotidie quod animæ ipsorum saluti prosit manducent et bibant. Mandamus, vero, statuimus et ordinamus, ut saltem ter in septimana, cessante impedimento legitimo, in quo eorum conscientias oneramus, missam celebrent. Volumus autem ut quicunque missæ prædictæ matutinali interesse non tenetur aut non interfuerit, neque alias missam celebraverit, missam alia diei hora, a principio ad finem, singulis diebus audiat, nisi aliquod impedimentum legitimum intercesserit, per Decanum aut eo absente Subdecanum approbandum.

Those who are bound to attend at the morning mass of the Holy Ghost.

Exemption of priests.

Digitized by Google

De quatuor concionibus singulis annis in collegio faciendis.

Inter cætera quæ cum in orationibus tum in disciplinis observanda præscripsimus, ad virtutum augmentum et animæ nostræ salutem exercenda, non possumus prætermittere quominus de Evangelii prædicatione quotannis solenniter facienda aliquid statuamus. Sic enim omnia absoluta reddemus, si, orationem scientiæ, scientiam orationi dulcissimo temperamento miscentes, verbi Dei enarrationem, quasi summum omnium fastigium, adjungamus. Volumus proinde, statuimus et mandamus, ut, singulis annis, perpetuis futuris temporibus, in festis Omnium Sanctorum, Sanctæ Trinitatis, Assumptionis Beatæ Mariæ, et Sanctæ Fridiswidæ, fiant sermones sive conciones solennes ad populum in lingua vulgari, in sacello collegii nostri (pulsata prius per aliquod notabile spatium maxima campana), per aliquos ex Doctoribus aut baccalaureis in theologia, quos Decanus duxerit deputandos, faciendæ. Quibus singulis concionantibus volumus, pro labore suo, decem solidos de bonis collegii pendi. Volumus autem et districtius mandamus ut omnes et singuli collegii nostri canonici, tam in prædictis concionibus quam aliis, quascunque alibi in Universitate aut extra Universitatem, Anglice vel Latine, aliquando facturi sunt, in precibus consuetis et suis locis, nostri nominis, necnon Regis Henrici Octavi et Katherinæ, consortis suæ, specialem expressionem, et generalem patris et matris nostræ, pariter et omnium benefactorum collegii, recommendationem, sub pœna perjurii, facere non omittant.

Four Sermons in English yearly.

Allowance to preacher. Mention to be made of Founder, of Henry VIII., and Queen Catherine, and of benefactors, in all sermons.

De exequiis hebdomadatim et in fine cujuslibet termini pro anima Fundatoris in communi celebrandis.

Pia gratitudinis vicissitudo exigit ut, quot se quisque nominibus debere intelligat, totidem persolutionibus defungi conetur. Itaque, cum cunctis in hoc nostrum collegium futuris temporibus asciscendis nostra industria nostrisque sumptibus, et privatim et publice, sumus profuturi, non grave aut molestum, pio quidem animo, debet videri si, præter speciales cujusque et privatas preculas quas superius ab unoquoque dicendas statuimus, publicas adhuc aliquot et spiritu communi præferendas cupiamus. Nam cum verissime scriptum sit, et pro alio orantem pro seipso laborare, et ad scopum beatitudinis, ad quem omnes inhiamus appetendum, justorum orationem in primis valere, nec causa esse potest cur non animis lubentissimis omnes id subeant, et nobis justissima cur ab omnibus subeundum affectemus. Atque ideo volumus, statuimus et ordinamus, ut, singulis hebdomadis per annum, tam vacationum quam communium lectionum temporibus, in sexta feria post meridiem, hora quæ Decano aut eo absente Subdecano commodior videbitur, aut si illa sexta feria propter alicujus festi aut casus imminentis occasionem commode non poterint, alio quo-

Exequies weekly for souls of Founder's parents, and their and his benefactors, and for soul of Founder after his death.

Digitized by G

piam die ejusdem hebdomadæ, judicio Decani aut eo absente Subdecani assignando, conveniant in sacellum collegii nostri prædicti, eo modo induti quo festis diebus divinis officiis interesse tenentur. Decanus collegii nostri, Subdecanus, omnes utriusque ordinis canonici, presbyteri conductitii, clerici conductitii, informator chorustarum et chorustæ, quotquot videlicet omnium ordinum prædictorum tunc præsentes in Universitate fuerint, ad exequias pro anima patris et matris nostræ, omnium parentum et benefactorum suorum et nostrorum ac, post mortem nostram, pro nostra simul et illarum animabus, celebrandas. Illasque, prius quam inde recedant, exequias secundum morem ecclesiæ Sarum cantent in communi. Postridie vero illius diei, hora per Decanum aut eo absente Subdecanum præfigenda, simili modo induti, in sacellum rursum conveniant, ac psalmos "Beati immaculati" et reliquos sequentes, quas Commendationes vocant, ex more ecclesiæ Sarum cantent; et, illis finitis, missam de Requiem pari modo absolvent. In exequiis autem et missa, volumus ut, superstitibus nobis, principalis collecta sit, "Inclina, Domine," cum commemoratione nominis patris et matris nostræ, ut est superius expressum. Et illam sequatur oratio "Miserere," quam ecclesia assignavit pro benefactoribus. Post mortem vero nostram, sit prima et præcipua collecta "Deus, qui inter Apostolicos," cum commemoratione nostri nominis, ut supra. In hujusmodi autem exequiis, nec solennem campanarum pulsationem nec majorem aliquam solennitatem fieri volumus. Ita tamen ut, in missa, et diaconus et subdiaconus atque accolitus altari ministrent vestimentis induti ad id destinatis. In illisque exequiis, is ex primo ordine canonicus sit executor qui Dominica proxime præcedente exequendis divinis officiis fuerat destinatus. Lectionibus autem legendis et responsoriis cantandis, et censor similiter deputabit quo modo in festis diebus facere consuevit. Quod si quis hujusmodi exequiis ante psalmum "Magnificat" finitum, vel commendationibus ante tertium psalmum finitum, aut denique missæ ante lectam Epistolam, non interfuerit; aut inde ante finitas exequias, commendationes aut missam, recesserit; cessante impedimento legitimo, per Decanum aut eo absente Subdecanum approbando, eadem pœna mulctetur qua juxta nostra statuta mulctandus veniat qui divinis officiis non interfuerit. Insuper volumus, statuimus, ordinamus ac mandamus, quatenus, singulis annis in perpetuum, circiter finem cujuslibet quarterii, aliquo die quo convenientius fieri possit, quem diem a Decano aut eo absente Subdecano præfigi ac reliquis omnibus tunc præsentibus, tam primi quam secundi ordinis canonicis, et aliis sacelli ministris, per tres ante dies volumus intimari, ornatis prius tam summo quam aliis inferioribus sacelli altaribus, conveniant Decanus et omnes utriusque ordinis canonici ac reliqui sacelli ministri, hora per Decanum aut eo absente Subdecanum assignata, illis modo et forma induti quibus divinis officiis interesse volumus, in sacellum collegii

Ac etiam discipuli bachalarii capiciis suis tum eo modo quo ant . . . habere solent.

Commendations and Requiem.

Special collect, etc.

Tolling of bell, vestments, etc.

Performance of service and attendance.

Exequies for Founder's parents, etc., quarterly

Digitized by Google

nostri prædicti, ad exequias pro anima nostra, et Roberti et Johannæ patris et matris nostræ, ac aliorum parentum et benefactorum nostrorum, postquam sublati fuerimus ab hac vita; nobis vero superstitibus, pro animabus Roberti et Johannæ; solenniter cum cantu et in communi celebrandas; illasque de more ecclesiæ Sarum, cum omni qua potuerint solennitate, ibidem cantent et finiant. Postridie vero, hora similiter per Decanum aut Subdecanum præfixa, ad cantandas commendationes et missam de more ecclesiæ Sarum, omnes prædicti redeant. Volumus autem, in istis exequiis et missis, quater in anno, ut præfertur, celebrandis, Decanus aut, eo absente, Subdecanus sit executor. Evangelium autem et Epistola per eos de primi ordinis canonicis maxime senioribus legantur quos censores ad id duxerint deputandos. Interim vero, et dum exequiæ prædictæ celebrantur, volumus ut campanæ omnes trina vice ac distinctis intervallis, et qualibet vice per spatium aliquod notabile, solennius pulsentur et personent. Item volumus, statuimus et ordinamus, ut, quolibet quarterio, cum exequiæ prædictæ celebrantur, statim post missam de Requiem finitam ac priusquam a sacello recesserint, unus de præfectis ærarii Decano et cæteris omnibus primi et secundi ordinis canonicis, necnon omnibus et singulis presbyteris et clericis conductitiis, pariter et informatori chorustarum, qui exequiis, commendationibus et missæ, a principio ad finem interfuerint, ac celebrationi eorundem diligenter intenderint, de bonis collegii ibidem numeret ac distribuat ut sequitur; videlicet, Decano quinque solidos; Subdecano et cuilibet primi ordinis canonico, Doctori ac unicuique lectori publico, tres solidos et quatuor denarios; cuilibet vero alii primi ordinis canonico, non Doctori, duos solidos. Item, cuilibet presbytero conductitio viginti denarios. Cuilibet vero clerico conductitio sexdecim denarios. Informatori quoque chorustarum sexdecim denarios. Cuilibet autem secundi ordinis canonico duodecim denarios. Pulsatori denique campanarum duos solidos. Adjicientes insuper statuimus ut, quemadmodum hac nostra liberalitate gaudeant qui officii sui memores nostris exequiis a principio ad finem interfuerint, sic etiam illi qui in exequiis prædictis ante finitum psalmum "Magnificat," in commendationibus autem ante tertium psalmum finitum, in missa vero ante perlectam Epistolam, præsentes non fuerint, aut inde ante finem earundem recesserint, sine causa per Decanum aut eo absente per Subdecanum approbanda, non modo prædictis distributionibus careant, sed etiam, tanquam ingrati, illas pœnas subeant quas ex nostris statutis debent subire qui divinis officiis non interfuerint. Et quoniam apud Mattheum Dominus loquitur, quod fuerit in pauperis sinu collocatum idem Patrem Altissimum pro nobis orabit, et quod istis de suo quis fuerit elargitus, in animæ refrigerium ac æternæ gloriæ cumulum, attestantibus scripturis, cessurum sit; volumus insuper, statuimus et ordinamus, ut quolibet quarterio, et in die

Allowances to those who attend at the celebration of the quarterly Exequies.

Penalties for absence.

Dole to the poor after the quarterly Requiem.

Digitized by Google

quo missa de Requiem celebratur, statim post missam, unus de ærarii præfectis largiatur de bonis collegii, ad magnam portam ejusdem, pauperioribus qui illuc ea gratia convenerint, centum solidos, singulis illorum singulos denarios, aut ad summum denarios distribuendo quatenus summa prædicta centum solidorum patiatur.

De anniversario Fundatoris.

Quoniam, ut est in libris Macchabeorum, sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur, unde illa quoque ecclesiæ consuetudo manavit, ut et anniversaria omnium fidelium commemoratio celebraretur, et certæ quædam preces statuerentur ab eadem anniversario cujusque celebrando peculiares; invitat profecto nos tum sacer ecclesiæ ritus, tum animæ nostræ salus omni studio procuranda, ut, præter alias, exequias specialius constitueremus, obitus nostri die vertentibus annis faciendas.

Anniversary of Founder.

Atque ideo volumus, statuimus et ordinamus, quod quam primum Decanus aut, eo absente, Subdecanus collegii nostri prædicti nos ab hac luce migrasse certo acceperit, non modo exequias statim et indilate in sacello collegii nostri, convocatis omnibus primi et secundi ordinis canonicis ac reliquis omnibus sacelli ministris, cum omni qua poterint solennitate campanarum et cæteris cæremoniis in die sepulturæ ex more ecclesiæ Sarum faciendis, ac deinde commendationes et missas, præfixis prius ab eisdem die et horis, faciat celebrari; sed etiam, diem obitus nostri perscrutatus, diligenter illum reliquis primi ordinis canonicis intimet, ac in singulos statutorum libros quos tunc habuerit referri faciat, quo futuris deinceps perpetuis temporibus nostrum anniversarium honorifice celebretur. In quo die anniversarii exequias, et postridie commendationes et missas, juxta ritum ecclesiæ Sarum, per Decanum et utriusque ordinis canonicos ac reliquos ministros, illis modo et forma in omnibus volumus cantari, officia exequi, ac Evangelia cantari, ut exequias in fine cujuslibet quarterii celebrandas præscripsimus. Ita, etiam, ut altaria omnia in sacello, tam summum quam inferiora, optimis ornamentis pro celebrandis a nobis præparatis exornentur. Campanæ omnes sæpius et iteratis vicibus, ac ad minus trina vice dum commendationes et missa cantantur, pulsentur, et personent qualibet vice per notabile aliquod spatium; omniaque illis ordine ac solennitate peragantur, quas honoris ratio vocari efflagitaverit.

Distribution of money to those who attend the Services of the Anniversary.

Item volumus, statuimus et ordinamus, ut, statim post missam de Requiem finitam, ac priusquam a sacello recesserint, unus de præfectis ærarii Decano et cæteris omnibus primi et secundi ordinis canonicis, necnon omnibus et singulis presbyteris et clericis conductitiis, pariter et informatori chorustarum, qui exequiis, commendationibus et missæ, a principio ad finem intererint ac celebrationi earundem intenderint, de bonis collegii

Digitized by Google

ibidem muneret ac distribuat ut sequitur; videlicet, Decano sex solidos; Subdecano autem et cuilibet alii primi ordinis canonico, Doctori, ac etiam unicuique lectori publico, quinque solidos; cuilibet autem alii primi ordinis canonico tres solidos et quatuor denarios; cuilibet presbytero conductitio duos solidos; cuilibet clerico conductitio, necnon informatori chorustarum, viginti denarios. Item, cuilibet secundi ordinis canonico sexdecim denarios. Pulsatori vero campanarum tres solidos quatuor denarios. Adjicientes insuper statuimus, ut, quemadmodum hac nostra liberalitate gaudeant qui officii sui memores nostris exequiis prædictis a principio ad finem interfuerint, sic etiam illi qui in exequiis prædictis ante finitum psalmum "Magnificat," in commendationibus ante tertium psalmum finitum, in missa vero ante perlectam Epistolam, præsentes non fuerint, aut inde ante finem earundem recesserint, sine causa, per Decanum aut eo absente Subdecanum approbanda, non modo prædictis distributionibus careant, sed etiam, tanquam ingrati, illas pœnas subeant quas ex nostris statutis debent subire qui divinis officiis non interfuerint. Item, volumus quod, in eodem die quo missa anniversarii celebrabitur, statim post missam finitam, distribuantur per unum ex præfectis ærarii, ante magnam portam, pauperibus ibi congregatis, de bonis collegii decem libræ. Proviso quod uni pauperi non amplius duobus denariis detur. Et si numerus pauperum ad hanc rationem non suffecerit, quod superest dictæ summæ decem librarum ad alios qui cæteris pauperiores et magis indigere noscuntur, cum consilio Decani, transmittatur et conferatur eisdem.

Penalties for absence.

Dole to the Poor.

De lectura Bibliæ et ejus expositione, et Latino eloquio exercendo.

Ad studiorum rationem nostris præscribendam is demum transitus commodissimus putatur, si prius in universum præcipiamus ut Latino Græcove sermone, quorum utriusque cognitio ad eruditionem assequendam est necessaria, omnes utantur, neve inter prandendum corpori sic studeant refovendo ut pabulum negligent animorum. Statuimus itaque ut, singulis diebus, tempore prandii, Decanus, Subdecanus, et cæteri omnes collegii nostri canonici et presbyteri conductitii, tot quot tunc in aula collegii nostri adfuerint, partem aliquam Bibliæ lectam coram eis per aliquem secundi ordinis canonicum, a Decano aut Subdecano deputandum [audiant?*]. Cujus lecturæ omnes et singuli collegii nostri canonici et sacelli ministri, cum silentio epulantes, diligenter et reverenter intendant et advertant; nulla dum loquitur miscentes colloquia, fabulas, clamores, risus, tumultus, strepitus aut alia enormia, sed dictæ lecturæ verba et spiritualem cibum ruminent. Quam partem lectam volumus ut Decanus, si præsens sit et velit, aut alius primi ordinis canonicus Doctor, baccalaureus, aut scholaris

Conversation in Latin or Greek.

Bible reading during dinner.

Exposition of the portion read.

* Omitted in MS.

Digitized by Google

theologiæ, per eum, vel eo absente Subdecanum, aut, utrisque ab Universitate absentibus, per canonicum maxime seniorem tunc in Universitate præsentem, pridie quam exponatur assignatus, finito prandio, sub pœna privationis convictus sui per mensem, ibidem interpretetur et explanet. Ita ut, quamdiu quatuor theologi præsentes fuerint in Universitate, singulis diebus aut saltem quater, vel ad minus ter, in singulis anni septimanis, præterquam in Quadragesima tota, et duabus hebdomadis ad Natalem et una hebdomada ad Pascha, una ad Pentecosten et altera in hebdomada festi Corporis Christi, et duabus in tempore compotus ballivorum, receptorum et dispensatorum, in collegio singulis annis faciendi, expositio hujusmodi, ut præfertur, semper habeatur. Cui quidem interpretationi intersint omnes canonici theologiæ adscripti in Universitate præsentes, sub pœna amissionis convictus sui per triduum pro singulis suæ absentiæ vicibus; nisi ex causa rationabili, per Decanum præsentem aut, eo absente, Subdecanum, aut, hiis absentibus, canonicum maxime seniorem, approbanda. Adjicientes ut pars illa, quæ aliquo die vel diebus absque præfata interpretatione intermissa legitur, singulis diebus legatur, quousque per hujusmodi interpretationem integre explicetur; præterquam in sex septimanis prædictis, quibus quæ pars Bibliæ legatur in Decani aut Subdecani arbitrio collocamus.

Conversation in Latin or Greek during meals.

Verum, ne muti sedeant et elingues, permittimus ut in mensa sedentes modesto utantur colloquio, sed eo dumtaxat Latino vel Græco, ac de illis tantum vel præcipue quæ ad virtutum et doctrinæ augmentum attinent; præterquam, dum Biblia legatur, quo tempore summum [silentium*] præcipimus ab omnibus discumbentibus observari: prohibentes ne quisquam prædictorum alio eloquio aut idiomate quam Latino vel Græco, nisi forte ad extraneum, aut tam Latini quam Græci sermonis ignarum, vel saltem extranei illiterative aut computorum collegii causa, utatur in aula, sacello, cubiculo aut aliis locis hujus collegii quibuscunque.

Penalties.

Si vero quisque canonicorum aut presbyterorum prædictorum in præmissis vel eorum aliquo culpabilis inveniatur, prima vice careat convictu per diem, secunda per biduum, tertia per triduum, quarta per septimanam et sic deinceps; vel hac pœna convictus aut alia, per Decanum aut Subdecanum et unum censorem, aut hiis absentibus per eorum deputatos, infligenda et augmentanda. Verum tamen, si aliquis canonicus secundi ordinis in aliquo præmissorum deliquerit, si graduatus non fuerit nec vicesimum ætatis suæ annum compleverit, talis vel verberibus castigetur, vel prædictis pœnis aut aliis in capitulo præcedenti de divinis officiis, ad arbitrium Decani et unius censoris, aut eis absentibus eorum vices in correctionibus supplentium, puniatur.

---

* Omitted in MS.

Digitized by Google

De lectoribus privatis et domesticis.

Quanquam ad sustinendam obeundamque publicorum professorum provinciam, quam in hac Oxoniensi Academia nostris sumptibus publico omnium commodo instituimus, doctissimos quosque et in omni literarum genere præstantissimos viros præfecimus, e quorum pectoribus ad omnes ex æquo studiosos, veluti ex fontibus quibusdam limpidissimis, pura sinceraque eruditio copiosissime manet et fluat; tamen, quo intimum simul affectum nostrum, quem erga nostri collegii alumnos eorumque in literis profectum peculiari quodam ardore et studio gerimus, speciali argumento explicaremus, statuendum duximus, ut de primi ordinis canonicis collegii nostri quatuor privati ac domestici professores quotannis deligantur; quorum unus sit sophisticæ artis, alius dialecticæ, tertius philosophiæ, quartus humaniorum literarum professor; qui, non sine nostris stipendiis, quatuor in prædictis facultatibus lectiones, horis et locis inferius limitandis, profitebuntur. Horum autem electionem sub hac quotannis forma fieri volumus. Postera die quam collegii nostri officiarii juxta formam statutorum nostrorum electi fuerint, conveniant in aulam collegii nostri Decanus, Subdecanus, tres ærarii præfecti et quatuor censores, hora aliqua ad id per Decanum assignanda; atque ibidem, juramento a singulis ipsorum præstito se non alios ad prædicta officia nominaturos aut electuros quam quos crediderint ad prædictorum munerum functionem, cum pro eruditione sua tum pro morum integritate, aptissimos, Decanus singulorum eligentium prædictorum vota et suffragia sigillatim inquirat, quos velint in prædictos professores nominare et eligere. Quo facto, volumus ut illi pro lectoribus habeantur, et ad prædicta officia admittantur, in quibus major pars illorum eligentium prædictorum consenserit. Sin autem in uno aliquo vel pluribus dissenserint, ita ut constare non poterit cui aut quibus major eligentium pars suffragata fuerit, tunc volumus ut ad Decanum solum devolvatur auctoritas adsciscendi ad prædictum officium aut officia, de quibus aut de quo inter se convenire prius non poterant, quos aut quem ipse pro suo arbitratu voluerit. Horum munus et officium erit, singulis diebus profestis, sive in dicta Universitate fuerint, sive ob metum pestis juxta ordinationem nostram alio commigraverint, exceptis vacationum temporibus, de quibus infra statuimus, cessanteque impedimento legitimo per Decanum et censores approbando, hora diei sexta, et statim post finitam missam matutinalem, et per eam horam integram, suis auditoribus interpretari aliquem auctorem in scientiis supra a nobis descriptis; videlicet, lector artis sophisticæ volumen illud sophistarum aut Aristotelis libros Elenchorum. Lector autem logicæ Porphyrium, aut librum aliquem veteris aut novæ logicæ Aristotelis. Lector similiter philosophiæ librum aliquem moralis, naturalis aut supernaturalis, philosophiæ Aristotelis. Lector

Institution of four private Professors.

Their election.

Their duties.

Books to be expounded by them.

Digitized by Google

autem humanitatis Plautum, Terentium, aut alium quempiam insignem oratorem aut poetam, profitebitur. In quibus tamen deligendis, volumus ut omnino ad Decani et censorum judicium arbitriumque sese attemperent. Ad quæ omnia et singula fideliter observanda et exercenda prædictos lectores, sub juramenti sui, per eosdem in sua admissione præstiti, virtute, adstringi volumus. Quod si negligentes aut alioqui desides in dictis suis muneribus obeundis reperiantur, ac prædictas lectiones suas, horis et modo, ut prædicitur, ad profectum audientium * omnino legerint, quoties sic deliquerint aut aliquis eorum deliquerit, pro prima vice per diem, pro secunda vice per duos dies, pro tertia per tres dies, pro quarta per septimanam, communis suis careat; quod si sæpius adhuc deliquerit, gravius ac gravius, juxta Decani et eligentium prædictorum judicium, puniatur. Proviso semper quod, si aliquis professorum prædictorum vel adversa valetudine detentus fuerit, vel necessariis negotiis eum alio extra Academiam vocantibus, prædictas lectiones ipse legere non possit, tunc alium ex primi ordinis canonicis, qui judicio Decani et unius censoris suo muneri obeundo sufficiat, suis sumptibus conducat, qui professoris absentis aut valetudinarii munus perfungatur. Quod si diutius abesse eundem contigerit, aut graviori morbo decubuerit, quam ut spes sit eum infra duos menses rediturum aut convaliturum, tunc volumus ut statim ad novi professoris electionem, modo et forma ut præmissum est, procedant, et ut alius statim in ejus locum subrogetur.

Professors to be sworn.

Penalties for neglect of duties.

To hire a deputy, if absent.

De studio, et lecturis audiendis.

Literarum et eruditionis commendatio summa quidem illa et gravissimorum quorumcunque auctorum calculis vere, nec minus quam pro rei conditione dignitateque celebrata et decantata, nos nunc adhortatur ut statutis et legibus caveamus, prospiciamusque ne collegium hoc nostrum tam pretioso margarito, et quo nec divina nec humana citra grave dispendium diu carere possunt, destituatur; sed magis ut, partim præmiis partim suppliciis, singulos hujus collegii canonicos animemus solicitemusque ut ad literas capessendas omni industria, vigiliis et exercitationis assiduitate, contendant. Persuasissimum siquidem habemus solas literas ad perfectam virtutem duces ac veluti pædagogas esse, nec aliter virtutum semina, quæ a natura quidem imperfecta proficiscuntur, perfici absolvique posse quam literarum accessione; quæ solæ veram expetendarum ac fugiendarum cognitionem præstant; quæ solæ morbis animorum mederi ac mentes hominum tranquillare possunt; quæ denique solæ et in secundis rebus insolentiam compescunt et in afflictis robur et lenimen afferunt. Ut hic igitur tantus bonorum thesaurus in hoc nostro collegio altius

Value of learning.

* Minime?

Digitized by Google

indies radices agat, ac diligenti tum studiorum tum auscultationis cultura copiosissimam messem producat, statuimus, ordinamus et volumus, non solum ut omnes nostri collegii utriusque ordinis canonici studiis suis, quisque in ea facultate ad quam asciscitur, ad suum in illis maximum profectum et collegii nostri summum honorem, omni diligentia incumbant, sed etiam lectionibus, tam publicis quam privatis, attente vacent, ea forma quæ sequitur; videlicet, quilibet secundi ordinis canonicus, et etiam primi, qui ad gradum baccalaureatus nondum fuerit admissus, publicæ artium humanitatis lecturæ quotidie a principio ad finem intersint, et studiose attendant eidem; ita ut si quando, diebus ad id assignatis, publicus professor thematis propositi argumenta ab eisdem aut eorum aliquo recitari voluerit, id præstare promptos se exhibeant et paratos. Baccalaureos vero artium, juris canonici, civilis, et medicinæ etiam, prædictæ lecturæ a principio ad finem interesse, usque ad susceptum in suis facultatibus aut Magisterii aut Doctoratus gradum, omnino volumus et mandamus; sed ut audiant tantum et notent, non etiam, ut in exercitationibus publicis, quemadmodum cæteri non graduati in declamationibus edendis, illius lectionis rationem aliquam reddere cogantur. Porro, cum linguarum et rhetorices peritia omni disciplinarum generi tam necessaria sit, ut manca aut certe debilitata merito existimetur quæ illarum altera destituta fuerit, omnes omnium graduum exhortamur, quatenus sine aliorum studiorum dispendio licuerit, prædictæ lectioni quotidie, aut saltem ut plurimum, præsentes intersint, si nihil aliud certe suo exemplo prænotaturi. Reliquas vero lectiones publicas; videlicet, philosophiæ, juris canonici, juris civilis et theologiæ; singuli utriusque ordinis canonici, prout huic aut illi studio fuerint a Decano destinati, singulas suo ordine lecturas diligenter audiant: videlicet, omnes qui artistæ vocantur, ex quo primum logicum absolverint, illam philosophiæ lectionem audiant quousque vel ad studium theologiæ, juris canonici vel civilis, juxta nostra statuta divertantur; juris autem canonici aut civilis, aut medicinæ aut theologiæ, studio destinati, usque ad gradum Doctoratus in illis suis facultatibus susceptum prædictas lectiones, in sua videlicet quisque facultate, quotidie a principio usque ad finem audire teneantur. Qui omnes non solum lectionibus intererunt, sed easdem sic notabunt et tam diligenter vacabunt eisdem, ut, in die exercitationibus destinato, themata a professore illius facultatis publico proposita suis partibus explicare et argumentis communire possint, ac, exigente id professore, facere sint prompti et parati, et faciant cum effectu si expetatur. Doctores autem ad hujusmodi lectiones audiendas cogi volumus. Exhortamur tamen ut, quo animum reliquis majorem addant, illis intersint aliquando, easque sua præsentia interdum decorent et ornent; gemino videlicet auditorum commodo id facturi, tum ut suo exemplo desides stimulent, tum ut professorem ipsum accuratius ac diligentius legere efficiant, qui aures tam doctas sic

Attendance on public lectures.

Attendance of Doctors.

Digitized by Google

Attendance at private lectures.

expectaturus. Quod vero ad privatas domesticas lectiones attinet, quas omnes hora sexta statim post missam matutinalem legendas præscripsimus, volumus ut lecturam philosophiæ, a principio ad finem, quotidie audiant omnes et singuli utriusque ordinis canonici qui logica audiverunt complete et studio philosophiæ fuerint destinati, sive baccalaurei fuerint sive non, ac etiam si artium sint Magistri; nam et hos usque ad completum annum post susceptum Magisterii gradum prædictas lectiones volumus, ut præfertur, frequentare, ac illis a principio ad finem interesse, perpetua (post illum videlicet annum completum) ab illa lectione philosophiæ privata absentiæ immunitate gavisuri. Lectionibus autem logicæ et sophisticæ illi ex secundi ordinis canonicis intersint qui judicio censorum illis audiendis idonei censebuntur, etiam, prout industria profecerint, ad philosophiæ lectionem transferendi. Humanitatis vero lectioni omnes illi per biennium quotidie a principio ad finem interesse teneantur, qui, in secundi ordinis canonicos asciti, literis humanioribus non satis instructi reperiantur videanturque: quod tempus biennii ita minui vel augeri arbitrio Decani et censorum permittimus, prout asciti canonici in illis literis progressus hoc vel illud efflagitaverit. Ita tamen, ut diminuendo biennio audiendæ humanitatis lectionis a nobis præscripto tam parci aut rari sint, ut non passim, sed ex præcellenti alicujus alibi in illis literis acquisita doctrina, tunc id fecisse videantur. In reliquis autem lectionibus audiendis, quoniam ad gradum uniuscujusque facultatis nos referimus, illa omnia tempora observentur quæ inferius, in titulo de tempore assumendi gradus, præfinivimus. Quod si quis prædictis lecturis, modo qui præmittitur, sine causa per censores approbanda, non interfuerit, non modo illam publicam pœnam patietur quæ reliquis omnibus Academiæ similiter ignavis ac desidiosis infligetur, ut gradus illi omnes, sublata omni indulgentia quam hactenus obtinuit sub titulo gratiarum, denegentur, sed interim etiam, quoniam privatim opinioni conceptæ, et dum admitteretur in collegium pactæ ac juramento firmatæ, non respondet, eisdem omnino pœnis mulctetur coerceaturque quas in violatores statuti de lectura Bibliæ ac particulis ejusdem supra infligendas statuimus et decernimus.

Penalty for non-attendance.

De disputationibus et exercitiis domesticis.

Vetus est, tentando atque experiundo quantumlibet etiam ardua perfici, ac magno cum successu et felicitate præstari, in quod quis multa jam ac diutina exercitatione, qua supra etiam quam dici potest tum animi tum corporis vires vegetantur, adolescunt, firmanturque, incubuerit. Quocirca statuimus, ordinamus et volumus, ut, singulis diebus profestis a prima Dominica mensis Octobris usque ad primam Dominicam Augusti, præterquam in tribus septimanis vacationis circiter festum Nativitatis Domini, hebdomada Paschæ, et septimana proxime præcedente, ac etiam hebdomada

Disputations of Petty Canons.

Digitized by Google

Pentecostes, singuli secundi ordinis canonici, artis sophisticæ ac dialecticæ auditores, in aulam collegii nostri conveniant, atque ibidem per duas integras horas, videlicet ab hora nona ante meridiem usque ad undecimam, sophismata aut problemata in re dialectica inter se tractent et disputent; ita, videlicet, ut unus eorum, secundum vices tamen et ordinem, a minoribus incipiendo, singulis diebus prædictis, opponentis, alius respondentis, munus defungatur. Hiis disputationibus volumus ut sophistarum ac logicæ studiosorum lectores, pariter et censor eorundem, singulis intersint, præsint et moderentur, idque a principio usque ad finem eorundem, ut suos videlicet auditores erudiant, instruant ac meliora suppeditent, sicubi vel in argumentandi vel etiam dicendi ratione hallucinatos conspexerint. Eisdem autem et hanc auctoritatem hoc nostro statuto tribuimus, ut quemlibet auditorum suorum pro suo arbitrio jubeant et cogant argumenta proponere ac aliorum argumenta dissolvere, et quæ a cæteris dicta sunt recitare, necnon respondentis aut aliorum solutiones explicare, ac de singulorum denique indole et eruditionis specimine periculum facere. Liceat etiam eisdem disputationes easdem ante completas præfatas horas finire, ac interdum etiam propter urgentem aliquam aut honestam causam, judicio ipsorum approbandam, omnino remittere. Similiter volumus ut omnes et singuli artium baccalaurei bis in singulis hebdomadis prædictis, exceptis præexceptis, in sacellum collegii nostri conveniant aut aulam ejusdem, videlicet singulis diebus Mercurii et Sabbati, ibique utraque die per duas horas integras, judicio censoris sui, quem hiis disceptationibus ut in superioribus per omnia similiter interesse et moderari, similique auctoritate gaudere, volumus et mandamus, deligendas, duo themata vel e naturalis vel e moralis, vel e supernaturalis philosophiæ penetralibus eruta, inter se publice et per vices in quæstionem vocent ac disputent. Similiter volumus, ut omnes et singuli theologiæ Doctores et baccalaurei, necnon omnes et singuli artium Magistri theologiæ destinati, singulis septimanis prædictis, semel in hebdomada, de aliquo quem Decanus theologiæ designaverit unum aliquod aut duo themata theologica in sacello aut in aula inter se disceptent per duas horas, regente videlicet et in virtute juramenti sui erudiente, similique, ut prædicitur, in prædictis disputationibus autoritate gaudente, sacræ theologiæ censore, aut eo absente canonico maxime seniore. Quoniam autem, et præter istos dialecticæ, philosophiæ et theologiæ, studiosos, sex nostri collegii primi ordinis canonicos partim rei medicinæ, partim juri civili, partim vero canonico juri destinavimus, ut eosdem otio torpescere nullumque eruditionis suæ specimen edere haud consentaneum fore visum nobis est, ita quia numerus ipsorum non patiatur ut tam frequentes disceptationes in suis scientiis habeant, volumus ut prædicti sex artis medicæ ac utriusque juris studiosi, singulis alternis septimanis prædictis, in sacello aut aula collegii nostri,

Professors and Censors to preside.

Disputations of Bachelors of Arts.

Disputations of Doctors and Bachelors of Divinity.

Disputations in law and medicine.

Digitized by Google

per duas horas alicujus diei per censorem suum assignandi, disputent inter se unum aliquod aut duo themata; ita ut prima septimana artis medicæ studiosi, altero eorum opponente altero respondente, sua themata disputent; in tertia septimana duo similiter juris civilis studiosi; in quinta vero similiter duo juris canonici studiosi; in septima rursum medicinæ studiosi; atque ita in orbem redeundo suas vicissim disputationes et alternatim perficiant, sub suo censore, prædictarum disputationum præside ac moderatore. Proviso semper quod, singulis diebus lunæ, themata ipsa quæ, in singulis philosophiæ, theologiæ, medicinæ, aut alterutrius juris, disputationibus, in quæstionem et controversiam, ut prædicitur, vocabuntur, palam in foribus aulæ aut templi, per eum aut eos qui ea septimana opponentis vices fungitur proponantur, ac in scheda scripta affigantur; ut sic omnes ad prædictas disputationes parati instructique veniant, nec cuiquam liceat vel ignorantiam prætexere vel se non præmonitum dicere. Insuper, statuimus et mandamus ut, singulis diebus, qui festi non fuerint et extra vacationum tempora, quæ supra a lectionibus feriata esse volumus, extiterint, hora tertia pomeridiana, conveniant in aulam collegii nostri omnes primi et secundi ordinis canonici, quos privatis humanitatis sophistriæ lectionibus proximo superiori statuto interesse voluimus. Quo etiam tempore accedentibus lectoribus illis, recenseant ex memoria sua quilibet lectionem quam die præcedente domi audierat; necnon qui humanitati et philosophiæ student simul etiam publicam lectionem præcedentis diei illis domesticis lectoribus tunc recitare teneantur; exceptis artium Magistris, quos ut lectioni illi philosophiæ domesticæ usque post completum annum a tempore suscepti Magisterii, ut supra cautum, interesse statuimus, ita ad recensionem hujusmodi lecturæ illius, aut tum eidem præsentes esse, cogi nolumus ullo modo. Cæteros autem omnes, ut præfertur, non solum ad recitationem prædictam volumus astringi, sed etiam videlicet lectoribus ad singula respondeant; pœnas infrascriptas alioqui subituri. Censorum autem erit, sua diligentia curare ne lectores, suæ desidiæ indulgentes, aut absint aliquando, aut præsentes hujusmodi horis languide nimis et remisse, oscitanter ac defunctorie, in hujusmodi recensionibus munus suum peragant. Et quoniam nostros publicos professores arctius astrinximus ut non legant solum, sed etiam electa aliquot themata hebdomadatim proponant, in quibus explicandis, dilatandis, ac suis argumentis et partibus communiendis et locupletandis, sua exerceant ingenia studiosi, non minimum inde fructum reportaturi; volumus, statuimus et mandamus, ut omnes et singuli utriusque ordinis canonici, quisque videlicet in ea facultate cui studendæ fuerit destinatus, tanto studio ac diligentia lectionibus incumbant, talemque curam in tractandis illis thematibus adhibeant, ac in publicis exercitationibus a nobis præscriptis tam promptos ac paratos singulis diebus sese exhibeant, ut summæ sibi ipsis interim utilitati, cæteris exemplo esse

Publication of subjects of disputations.

Rehearsal of subjects of lectures.

Attendance of Canons to lectures and exercises.

Digitized by Google

possint ad imitationem. Quod si quis fuerit quem nec sui commodi respectus, nec ulla ignaviæ nota nec sacramenti religio, tantum commovet quin adhuc ad prædictas lectiones audiendas, disputationesque et exercitamenta prædicta observanda, aliis stimulis indigeat, volumus ut, si quis in prædictis aut aliquo ipsorum negligens, ignavus aut desidiosus, a censore (qui ea demum gratia prædictis interesse teneatur) judicatus fuerit, aut prædicta facere contumaciter reclamaverit, aut in illis sine causa per censorem approbanda a principio ad finem non interfuerit, per subtractionem, aut alioqui verberum inflictionem, communarum suarum, juxta quantitatem delicti et frequentiam delinquendi, secundum formam in statuto nostro de lectura Bibliæ, puniatur. Porro, quia publicos professores statutis nostris adstrinximus ut singulis festis diebus ad certas horas et loca adsint, singulos nodos et dubia a quibuscunque proposita dissoluturi, exhortamur quidem, non autem mandamus, quatenus singuli utriusque ordinis canonici, qui prædictis publicorum professorum lectionibus audiendis interesse teneantur, supradictis festis diebus, ad loca prædicta ubi professores sic se paratos ut omnibus respondeant exhibent, conveniant, de singulis dubiis quæ utcunque illorum animos solicitant aut judicia morantur sciscitaturi, exactamque inde professorum suorum censuram relaturi.

Penalties for negligence.

Exhortation to Canons to question Professors on points of doubt or difficulty.

De tempore assumendi gradus.

Publicum Academiarum omnium institutum huc nos mire provocat allicitque ut certa quædam tempora præscribamus, in quibus et docti, pro virtutum suarum testimonio, ad graduum insignia quæ summa solent esse pro exantlatis studiosorum in literis sudoribus præmia, ascisci debeant; atque adeo cogantur ut ignavi ac desides, honoris quem non meruerunt passi repulsam, ac cæteris diligentioribus locum cedentes, a nostro collegio segregentur. Proinde quum supra, statuto de qualitate asciscendorum in primi ordinis canonicos, cautum a nobis sit, ut ne quisquam in primi ordinis canonicum asciscerentur nisi qui jam pridem gradum baccalaureatus artium suscepisset, aut ad minus infra quatuor menses tunc proxime secuturos realiter suscepturus esset; statuimus, ordinamus et volumus, ut omnes et singuli primi ordinis canonici, sic ut præfertur, artium baccalaurei, postquam in dicto baccalaureatus gradu tres integros annos steterint, ac determinationes et formas omnes, ad gradum Magistratus artium requisitas et in dicta Universitate haberi consuetas, perimpleverint; necnon librum aliquem sive volumen logicæ vel philosophiæ, per Decani aut eo absente Subdecani limitationem, hora et loco a prædictis assignatis, explanaverint, et publice in dicto collegio nostro professi fuerint; et Decano ac Subdecano, necnon censoribus et ærarii præfectis et duobus aliis ex tredecim maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, aut Decano et Sub-

Canons of the first order, bachelors of arts, to proceed to a Master's degree in Arts.

Digitized by Google

decano et majori parti eorundem tredecim seniorum, ad gradum Magistratus artium suscipiendum tam pro moribus quam eruditione apti, habiles et idonei, judicentur; tunc, infra sex menses proxime secuturos, ad prædictum gradum absque ulla ulteriore dilatione se realiter faciant promoveri. Prohibemus autem eisdem ut ullam omnino gratiam aut dispensationem, super remissione temporis aut non completione formæ, ab Universitate obtineant, aut obtenta utantur quovismodo. Statuimus insuper ut omnes et singuli primi ordinis canonici in dicto gradu Magistratus artium, ut præfertur, constituti, post annum completum, a tempore suscepti gradus dicti Magisterii sui continue numerandum, statim ad studium sacræ theologiæ, aut juris canonici aut civilis, aut medicinæ, si modo numerus prædictis scientiis studendis, supra a nobis præfixus, id patiatur, se divertant. Quibus studiis et scientiis tam diligenter insudare ac operam impendere volumus et mandamus, ut qui sacræ theologiæ destinantur, sexto [anno?]* post dictum Magistratus artium gradum adeptum, ad lecturam libri Sententiarum et theologiæ baccalaureatus [gradum] illico admittantur et omnino promoveantur. Qui vero juri canonico se diverterint similiter, post completos sex annos prædictos, ad gradum Doctoratus juris canonici promoveantur. Qui juri civili se diverterint, post quinque annos post dictum Magisterium adeptum completos, ad gradum Doctoratus juris civilis promoveantur. Similiter et qui medicinæ studio se destinaverint, post quatuor annos a suscepto dicto Magisterio continue numerandos, ad gradum Doctoratus in medicinis promoveri et admitti debeant.

Degrees of Bachelor of Divinity, Doctor of Civil and Canon Law, and Doctor of Medicine.

Statuimus, insuper, ut omnes et singuli primi ordinis canonici sacræ theologiæ baccalaurei, post quam actus omnes scholasticos et cætera ad gradum Doctoratus theologiæ requisita, absque ulla, dispensatione aut remissione, compleverint, ad ipsum Doctoratus sacræ theologiæ baccalaureatus completum actualiter advolent; nisi ex causa rationabili per Decanum et tredecim seniores, aut per Decanum et majorem partem eorundem approbanda, tempus prædictum differendum prorogandumque merito videatur. Quod idem permittimus etiam fieri in eo qui theologiæ fiet baccalaureus; ita tamen ut, in eo, tempus non ultra septimi anni a suscepto artium Magisterio finem prorogetur. Proviso semper, quod numerus Doctorum et theologiæ baccalaureorum supra a nobis præfinitus nunquam augeatur. Volumus, præterea, et statuimus ut omnes et singuli theologiæ Doctores, singulis annis usque ad transactum decennium a suo Doctoratu, septies in aliquibus urbe, oppido, aut saltem burgo amplave parochia, nisi mors eos interea occupaverit, aut gravis infirmitas et diuturna, aliave causa licita, eos legitime impedierit, in virtute juramenti sui, populo publice prædicent temporibus subscriptis; videlicet, in Adventu semel, infra Quadragesimam autem et Pascha bis, item intra quindecim dies ante

Degree of Doctor of Theology.

Limitation of number of doctors and bachelors of Theology. Doctors of Theology to preach publicly seven times a year.

* Omitted in MS.

Digitized by Google

vel post Pentecosten semel; et, præterea, bis aliis quidem temporibus a seipsis deligendis. Ita ut, semel in illo decennio, unusquisque dictorum Doctorum ad Crucem divi Pauli vel hospitale beatæ Mariæ Londini concionetur, si modo locum et facultatem concionandi ibidem impetrare possit. Eadem omnia et similiter a theologiæ baccalaureis, necnon artium Magistris, quicunque sacerdotes et theologiæ destinati fuerint, præstari, si ante Doctoratum theologiæ a nostro collegio discesserint, et post discessum a collegio ad Doctoratum theologiæ aspiraverint, per decennium ab eorum Doctoratu computandum. Proviso semper, quod lecturæ omnes publicæ et privatæ, ad quas pro quovis gradu in theologia, jure canonico, jure civili, medicina aut artibus, suscipiendo vel suscepto, ex statutis Universitatis astricti fuerint, hac lege et conditione, prædictis collegii nostri canonicis remittantur; dummodo aliquam lectionem publicam, vel saltem, omnibus domesticis eam audire volentibus, privatam, per Decanum et majorem partem tredecim seniorum assignandam et eorum arbitrio continuandam, in prædictarum lecturarum non auditarum compensationem, infra collegium nostrum legant et interpretentur. Proviso item, quod quicunque ad gradum aliquem in hoc statuto designatum, intra quatuor menses proxime post tempus sibi in ea præscriptum et limitatum, actualiter promotus non fuerit, si intra illud tempus actus publicus in ea facultate ad quam promovendus esset in Universitate fuerit, intra mensem extunc proxime post illos quatuor menses sequentem, a nostro collegio perpetuo ipso facto amoveatur. Permittimus insuper canonicis, qui ad gradum Magistratus artium temporibus supra limitatis inhabiles prædictorum judicio reperiuntur, si vigesimum quintum suæ ætatis annum non attigerint, usque ad illud duntaxat ætatis inter primi ordinis canonicos nostri collegii numerentur, necnon cameras et victum seu communas et vestem consuetas habeant; dummodo interea bene se gesserint et literis ac virtutibus pro ingenio, juxta formam statutorum nostrorum, vacaverint. Pensionem autem aliquam a nostro collegio post illam reprobationem nullo pacto recipient; nec suffragia in quavis electione aut nominatione in eodem collegio nostro habebunt nec dabunt; sed, quantum ad hæc duo, perinde ac si primi ordinis canonici non essent æstimentur et reputentur. Et qui vigesimum quartum ætatis suæ annum compleverint, quoniam tunc ad ordinem sacerdotii unde honeste vivant promoveri possint, infra mensem post completam illam viginti quatuor annorum ætatem proxime sequentem a nostro collegio pro perpetuo discedant, ac, eo ipso, post illum mensem, pro non primi ordinis canonicis imperpetuum habeantur. Decani autem et Subdecani, necnon censorum ac ærarii præfectorum et seniorum prædictorum, conscientias, quantum possumus, in Domino gravissime oneramus, ut in prædictis judiciis approbationis vel reprobationis, ac licentiis et gratiarum Universitatis commutationis, omnem sinistram affectionem deponant, ac duntaxat ad

Sermon at St. Paul's Cross, or the Hospital of St. Mary in London.

Remission of lectures.

Removal from College for failure in taking a degree.

Grace allowed until twenty-five years old.

Digitized by Google

mores et doctrinam eorum, qui ad gradum hujusmodi promoveri debeant, advertant ac oculos intendant. Quicunque autem quemvis gradum in facultate artium, ante tempus in hoc statuto pro eodem gradu sibi descriptum et limitatum, aut priusquam, Decani et Subdecani et cæterorum prædictorum judicio et sententia, habilis et idoneus ad eundem judicatus fuerit, vel susceperit, vel admitti et licentiari ut appellant præsumpserit, eo ipso, immediate post illam susceptionem, admissionem et licentiationem, pro non canonico imperpetuum habeatur. Statuimus, præterea, quod quotiescunque aliquis primi et secundi ordinis canonicus, vel sacelli collegii nostri minister, ad gradum quemvis in quacunque facultate realiter ascensurus sit, in die admissionis suæ, Decanus, si in Universitate tunc præsens fuerit, pariter et lectores publici ac omnes primi et secundi ordinis canonici, cessante impedimento legitimo, per Decanum seu eo absente Subdecanum eodem die approbando; nec non omnes sacelli ministri, nisi tunc in celebratione divinorum fuerint occupati, aut aliud impedimentum habuerint, per Decanum similiter aut eo absente Subdecanum approbandum; comitatum eundo et redeundo exhibeant personalem, et in actibus eorundem, præterquam dum ad incipiendum admittuntur, quod, uti diximus, licentiari appellant, interesse teneantur, sub pœna subtractionis convictus per mensem; nisi prius causa approbata per Decanum aut eo absente Subdecanum et unum censorem.

Taking a degree in arts before the time appointed, etc.

A Canon taking a degree to be accompanied by the Dean, Public Professors, and other Canons.

De tempore assumendi sacros ordines.

Quum ad augendam Domini familiam, et culturam in vinea sua diligentius exercendam, operarios in hoc nostro collegio a teneris formare educareque instituimus, ut, non rudes et inexperti sed solertes et industrii vinitores, inducantur munus illud nec languide aut remisse obire, et commode eodem defungi possint et velint: quumque non omnes passim sed electos et non nisi sacrorum mystas ad hoc operis canonum admittat autoritas; ejusdem sane consilii ratio efflagitat ut de tempore quo sacris initiari debeant edicamus: statuimus et volumus ut quicunque canonicus primi ordinis, Magister artium, et qui studio medicinæ aut juris civilis est deputatus, infra biennium post susceptum gradum Magisterii, impedimento duntaxat ætatis cessante, qui vero sic impeditus fuerit infra biennium postquam ad legitimam ætatem pervenerit, ad sacerdotium promoveatur; sin minus, eo ipso post lapsum illius biennii pro non canonico primi ordinis hujus nostri collegii imperpetuum habeatur: ante tamen gradum Magistratus, nullus alterutrius ordinis canonicus ad aliquem ordinem sacrum promoveatur. Contrafaciens infra tres menses proxime sequentes a collegio imperpetuum discedat; sin minus, statim expellatur. Prohibemus autem ne extra nostrum collegium, pro annuali stipendio ad tempus, pro salario aut pensione aliqua sub quovis

Of taking Holy Orders.

Digitized by Google

colore, aliqua persona nostri collegii, nisi in exequiis fortuitis, aliquo pacto missam celebret, nec etiam officium capellani Universitatis suscipiat. Ut tamen salarium quodcunque ad suum subsidium, relevamen ac sustentationem, ab externis vel amicis recipiat, dummodo in nostri collegii sacello et non alibi celebret, et summam octo librarum in toto, præter ea quæ a collegio ex nostra assignatione recepturus est, non excedat, vigore præsentium concedimus et indulgemus: ita ut non excludat sed includat potius orationes et preces pro Fundatore et aliis benefactoribus. Præterea, ne quispiam hujus nostri collegii canonicus primi ordinis, veluti servus inutilis, talentum sibi traditum abscondat, statuimus ut quilibet sacræ theologiæ studio destinatus, infra sexennium post susceptum gradum Magisterii, nisi ex causa rationabili coram Decano et majori parte tredecim seniorum probata, semel ad minus ad ædem Divi Petri in Oriente post prandium in Quadragesima, aut Crucem dominæ Fridiswidæ, publice prædicet, uti discernant alii fueritve ignavus aut studiis literarum diligenter incumbens. Et quoniam plures simul et plurimum ad eundem promoveri possint gradum, permittimus ut, si non antea in dictis locis publice prædicaverint, possint id præstare aut eodem anno vel annis sequentibus. Ita tamen ut singuli, antequam gradum in theologia recipiant, in dictis locis, ut prædictum est, concionentur. Quod si quis prædictorum contempserit aut recusaverit prædictas conciones facere, aut si quum permittat Universitatis moderator non fecerit, virtute hujus statuti, intra annum tunc proxime sequentem, a collegio nostro sponte decedat; sin minus, omnino ab eodem expellatur et amoveatur. Publicos autem lectores artium, humanitatis, juris civilis, philosophiæ aut medicinæ, nec ad sacros ordines suscipiendos, nec ad aliquam hujusmodi concionem habendam, arctari et astringi volumus ullo modo.

Public Sermons by Masters, students in theology.

De morum honestate servanda, et dissensionibus sedandis.

Si respublicas nihil perinde labefactat ac civium mores incompositi, dissoluti, improbique, unde necesse est lites, contentiones, dissidia certissima, videlicet, rerumpublicarum præsertim autem Christianæ concordiæ everticula perniciesque, oriri; nec quicquam sane antiquius* aut charius esse debet, nec cui majori prudentia prospiciendum sit, quam morum integritas sanctitasque: quocirca, ne hanc partem neglexisse videamur, statuimus et mandamus, et in visceribus Jesu Christi obsecramus Decanum, Canonicos omnes et singulos, præsentes et futuros, uti, in omnibus et super omnia, unitatem et mutuam inter se charitatem et concordiam, pacem et dilectionem, semper habeant et observent, ac pro eis semper fovendis et alendis pro viribus enitantur; quodque

Exhortation to mutual charity and concord.

* Sic in MS.

Digitized by Google

scurrilitates et alia quæcunque verba invidiosa, contumeliosa, contentiosa, damnosa, susurra, jurgia, turpiloquia, derisiones, scandala, obprobria, comparationes odiosæ verbo vel facto, quibus de verisimili commoveri possint alterutrius ordinis canonici, ne proferantur quidem aut ab ore cujusdam excidant, neque intra collegium nostrum neque extra, publice vel privatim. Quod si quis canonicorum prædictorum in præmissis vel eorum aliquo probabiliter et vehementer suspectus, infamatus seu intolerabilis existat, et super eisdem vel aliquo eorundem, coram Decano vel eo absente Subdecano et uno censorum, per testes idoneos vel confessionem propriam aut evidentiam facti, judicio Decani aut eo absente Subdecani et unius censorum reus inveniatur; tunc, præsentis statuti vigore, prima vice per septimanam, secunda vice per quindenam, tertia per mensem, et ita deinceps proportionabiliter aggravando, communis suis careat ipso facto. Insuper, si delicti vel facti qualitas id exposcat, ut in casibus detractionis gravis et ad alicujus infamiam pertinentis, comparationis valde odiosæ, conspirationis aut seminationis discordiæ; ne in nostro collegio intra magistros ambitiosos aut alios oriantur contentiones et lites propter electiones ad officium procuratorum; nos, hujusmodi ambitioni et contentioni obsistere et earum occasiones radicitus tollere cupientes, statuimus et ordinamus quod nullus nostri collegii canonicus aut sacelli minister officium et munus Procuratoris Universitatis aut ejus vices petat, ambiat, gerat vel acceptet, sub pœna perjurii ipso facto, et insuper amotionis perpetuæ a nostro collegio; quam amotionis pœnam Decanus et Subdecanus, officiario contravenienti cuicunque, infra triduum postquam hujusmodi petitionem, ambitum aut acceptationem, juxta formam in capitulo de punitione pro majoribus criminibus descriptam, cognoverint, in virtute juramenti infligere teneantur. Cum tamen qui, ob mortem Procuratoris aut resignationem, ejus vices, ex statuto consuetudineve, usque ad alterius electionem supplere coactus fuerit, tantisper eo munere fungi, dum videlicet officium vacaverit, modo absint arma, hac nostra venia impune permittimus. Et quia maxime exoptamus concordiam, volumus quod, tam in hujusmodi electionibus Procuratorum quam aliorum quorumcunque Universitatis officiariorum, minor pars primi ordinis canonicorum regentium nostri collegii, in Universitate tempore electionis præsentium, conformet se majori parti eorundem; quod si quispiam murmuret conscientia, absit potius ab Universitate, vel saltem electione, quam palam unus aut pauciores a pluribus et eisdem primi ordinis canonicis suis dissentire videatur, sub pœna amissionis pensionis suæ per annum proxime sequentem, et hoc ipso facto. Minister autem sacelli qui contra majorem primi ordinis canonicorum partem prædictam suffragium dederit, eo ipso a nostro collegio sit ejectus imperpetuum. Quod si primi ordinis canonici regentes inter se dissentiant, ut major pars eorum ad unum non conveniant, tunc

Penalties for exciting dissensions.

Prohibition of office of Proctor of the University.

Unanimity in elections of Proctors, and other officers of the University.

Digitized by Google

omnes regentes nostri collegii seniorem primi ordinis canonicorum, ejusdem regentem, ita sequantur ut nemo eorum, sub pœnis prædictis eodem modo infligendis, alium, quam quem dictus senior regens nostri collegii ei prædixerit, nominet aut eligat, vel alicui alteri voto, prece, vel aliter quovismodo, suffragetur. Proviso semper ut senior ille regens et cæteri omnes, in hujusmodi electionibus, consilio et assensui obtemperent Decani aut eo absente Subdecani, ac utrisque absentibus primi ordinis canonici maxime senioris; sub pœna ejectionis a collegio imperpetuum. Prohibemus, insuper, ne ulla persona nostri collegii, exceptis famulis, domum alicujus laici vel laicæ, infra Universitatem vel suburbia, infra unius milliaris distantiam, ex quacunque causa vel pro quocunque negotio ingrediatur, sub pœna convictus sui amissionis per unam septimanam, toties quoties in eo vel consimili deliquerit, et hoc ipso facto; nisi causa gravis infirmitatis aut alia urgente causa per Decanum aut Subdecanum et suum censorem, aut ipsis vel eorum aliquo absentibus per eorum deputatos, infra viginti quatuor horas proxime vel prius approbanda. Ut tamen aliqua persona nostri collegii, præter famulos, in aliqua ex domibus prædictis ex quacunque causa comedat aut bibat, præterquam ex causa infirmitatis gravis aut alia causa urgentissima et rarissima, per prædictos, ut præfertur, infra tempus prædictum approbanda, prohibemus omnino, sub pœna subtractionis et amissionis convictus sui per mensem, toties quoties in eo deliquerit, et hoc ipso facto. Quam etiam pœnam eo facto subeat . . . . . at qui, quacunque de causa aliquam domum ex prædictis ingressus, suum ingressum prædictis Decano vel Subdecano et cæteris, ut præfertur, infra viginti quatuor horas proxime post hujusmodi ingressum, sponte, etiam si non regetur aut deprehendatur, non intimaverit; et qui aliquam domum vel societatem suspectam frequentaverit, posteaquam per prædictos illa ei fuerit prohibita, et inde juxta formam statuti de majoribus criminibus puniendis convictus fuerit, eo facto a nostro collegio imperpetuum sit exclusus. Quam pœnam etiam eo facto [subeat]* quicunque muros aut portas collegii absque prædictorum mandato transilierit.

Entering houses of laymen.

De vestitu et ornatu, et armis non portandis.

Ibi certe summo concentu omni quadrant ubi sua quæque specie blandiuntur, ac talem quisque foris se habitu docet qualem intus in animo se velit haberi: siquidem frustra jactatur morum sinceritas cum luxus et dissolutionis argumenta palam ostentantur, et levius multo est ementiri virtutes quam easdem vitiorum umbris obscurari. Quocirca statuimus ut Decanus et utriusque ordinis canonici et sacelli ministri, omnes et singuli, utantur, tam

Dress of Dean, Canons, and Chapel ministers.

* Omitted in MS.

Digitized by Google

in Universitate quam extra, solis vestibus et ornatu clericis et viris ecclesiasticis et non aliis congruentibus, longisque togis. Ex parte anteriore ab imo ventre supra pudenda usque ad extremam fimbriam continuo accipiat togam; ea tantisper dum abfuerit, quamvis non prædicto modo consuta, utatur. Prohibemus insuper prædictis omnibus et singulis ne vestibus rubeis, albis, viridibus aut variis, calceisve rostratis, alteriusve formæ aut coloris quam quæ gradui sacerdotali, discretionibus Decani et Subdecani, congruere et convenire videbuntur, in Universitate vel extra uti præsumant. Adjicimus quoque, inhibentes omnino, ne intra collegium aut extra utatur armis aut telis ullis invasivis aut defensivis, nisi arcu[bus et] sagittis, et illis quidem duntaxat gratia recreandi, neque ensibus . . . . fustibus, lanceis, securibus, cultellis longis, neque aliquod huj . . . . . t, publice vel occulte; nisi cum extra Universitatem ex venia secundum statuta concessa se conferant aut referant; aut nisi, aliqua occurrente causa necessaria, per Decanum aut eo absente per Subdecanum et officiarios primitus approbata, videbitur id debere fieri. Præterea volumus ut neutrius ordinis canonici aut ministri collegii soli vagentur, eant aut morentur, in oppido; sed secum semper habeant comitem aliquem nostri collegii canonicum vel ministrum, utpote suæ honestæ conversationis testem; nisi, ex aliqua urgente causa, ad processionem, acta, vel consilia Universitatis, scholas aut bibliothecam, se conferant, seu saltem ad aliquod collegium aut aulam se recipiant, ubi lecturam audient aut legent, aut lecturis reddendis aut disputationibus eos ut conductos interesse continget. Canonici, præterea, secundi ordinis non graduati fores collegii nullo pacto, præterquam ad pervisum et ordinarium, sine licentia speciali sui censoris egredi præsumant: et cum in agros aut alium locum, causa ambulandi aut relaxandi animos, hujusmodi non graduati ex licentia prædicta exierint, non pauciores sint numero quam tres, neque dispergantur, sed sese simul contineant et ita redeant. Ad hæc, statuimus ne quis alterutrius ordinis canonicorum aut ministrorum collegii nostri comam suam inordinate nutriat, aut ipsam in collo vel in fronte nimis protensam habeat. Habeantque prædicti coronas et tonsuras ipsorum ordini, gradui et statui, congruentes. Prohibemus insuper ne quis alterutrius ordinis canonicorum aut ministrorum collegii nostri magis pretiosis aut sumptuosis utatur pellibus quam ejus statui aut gradui, Decani aut eo absente Subdecani judicio, conveniat; aut velveto, dammasceto, chammoleto, serico vel satino serico, in vestibus suis extremis vel externis, sive in eorum fimbriis vel extremitatibus, sive in torquibus quas appellant liripipia, Anglice *tipetts*, in Universitate vel extra. Quod si forsan quisquam prædictorum in nostro collegio in præmissis vel eorum aliquo hujus statuti transgressor inveniatur, et super hiis convictus fuerit, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem proxime secuturum, convictu suo pri-

Use of arms or weapons.

Walking alone in the town.

Petty Canons not to pass out of the College without permission.

Hair and tonsure.

Furs or costly materials of dress.

Penalties.

Digitized by Google

vetur ipso facto. Qui si quarto deliquerit et rebellis ac obstinatus existat, in hoc casu a nostro collegio præsentis vigore statuti ipsum exclusum et privatum decernimus ipso facto. Insuper, prohibemus omnibus prædictis ne intra collegium utantur mantellis aut liripipiis, bissinis aut laneis, nisi ingruente infirmitate aut impetrata Decani aut Subdecani ex urgente causa facultate. Permittimus tamen ut exeuntes Universitatem et redeuntes torquibus tartarinis aut laneis tantisper si velint utantur.

Use of cloaks, etc.

De ludis, venationibus et aucupationibus, prohibitis.

Congrua verum dispositio exigit ut qui hoc nostrum collegium virtute et literis instituimus, omnia illa studia pœnarum sanctionibus longissime arceamus quæ eisdem quoquo modo dissidere creduntur. Quam ob rem, cum ludi immodici, venationes item et aucupia, deditos sibi animos sic solent avertere ac a literarum studiis tam reddere alienos ut, omnem animi sedem occupantes, nullum fere locum illis relinquant; ipsa veluti ominosa* et eruditioni infesta a nostris vitanda nec admittenda impune duximus providendum. Idcirco, statuimus ut nullus collegii nostri canonicus aut sacelli nostri minister deditus sit venationi et aucupio, canemve habeat aut nutriat venaticum, aut viverram sive ferretum cujuscunque generis, aut accipitres qualescunque aut aves aucupii aut cantatrices, ut turdum sive maviscum, lusciniam, sturnum aut merulam, intra collegium vel extra. Prohibemus insuper talorum, taxillorum, alearum, chartarum pictarum sive cardas, orbium præterea seu pilarum lignearum, aut aliarum pilarum, ad ædes, muros, tegulas, aut ultra fines jactitarum, omnemque insuper alium ludum jure canonico vel regni, aut Decani vel Subdecani qui pro tempore fuerit et unius censoris judicio et sententia illicitum et prohibitum, a nostris aut eorum aliquo ullo pacto in Universitate vel extra fieri aut exerceri. Honestam tamen et moderatam venationem aut aucupationem, cum extra Universitatem ex venia agant, per præsentes non intendimus prohibere. Si quis vero prædictorum hujus statuti violator extiterit, et super hoc convictus fuerit, coram Decano vel eo absente Subdecano et suo censore vel ejus deputato, vel illis offendentibus coram Decano et alio canonico maxime seniore, cujuscunque gradus aut conditionis fuerit, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem tunc proxime sequentem, convictu careat ipso facto. Qui si quarto in eodem vel consimili deliquerit, in hoc casu a collegio nostro præsentis vigore statuti ipsum exclusum et privatum fore decernimus. Statuimus, præterea, ne quisquam prædictorum sagittet aut jactet lapides, pilas, ligna, terram, seu alia quæcunque, seu aliquos ludos vel jactus faciat vel exerceat, nec ab aliis, eo præsente, quantum

Immoderate games; hunting and hawking.

Dice, cards, etc.

Moderate hunting and hawking.

Penalties.

Injury of buildings by arrows, stones, etc.

* Sic in MS.; read "criminosa"?

in eo fuerit, fieri permittat intra collegium prædictum, clausum vel hortum ejusdem, vel extra, per quæ vel eorum aliquod sacellum, aula, seu domus altæ vel ædificia dicti collegii vel alterius cujuscunque vicini, in fenestris vitreis, muris, tectis, tegulis, vel alias qualitercunque, intus vel extra, superius vel inferius, fracturas vel læsiones, aut damnum aliud patiantur sive jacturam. Ac si quis in hoc casu deliquerit, et super hoc modo ut præfertur convictus fuerit, pro damno sic illato satisfaciat, et nihilominus per subtractionem communarum suarum per quindenam vel saltem septimanam, vel per alium modum qui eum magis cruciet, secundum qualitatem et quantitatem delicti, acriter puniatur sine favore; ne ad perpetranda similia cæteris audacia tribuatur.

Penalty for injuring buildings, etc.

De exitu ab Universitate et venia petenda.

Ut omnium, quoad fieri posset, in collegio præsentiam, eamque continuam, votis ardentibus affectamus, ita et illud temperamentum adhibere volumus ut, cum profectionis necessitas aut major aliqua utilitatis honestatisve causa immineat, ejus certo quodam ordine ratio habeatur. Quocirca statuimus, ordinamus et volumus, ut si quis alterutrius ordinis canonicorum aut ministrorum sacelli collegii nostri prædicti ab Universitate exire voluerit, causam suam justam, honestam et veram, Decano et suo censori aut, Decano absente, Subdecano, [aut utrisque?] absentibus canonico maxime seniori in Universitate præsenti et suo censori aut ejus deputato, ostendat, et ab eisdem proficiscendi petat facultatem, quos nolumus in causa honesta et vera esse nimis difficiles, præcipue in vacationibus; sed consideratis et perpensis causis, statuque et gradu personarum, necnon distantia et intervallo locorum, præscribatur eisdem certum tempus redeundi ad collegium et studium; quod ab eisdem præfixum tempus observare debent, cessante impedimento legitimo, coram dictis infra biduum post eorum reditum approbando. Hiis ex provisione additis, primo, ut quicunque exeundi petierit illem et,† prius in registro, apud Decanum aut canonicum maxime seniorem in Universitate pro tempore præsentem remanenti, causam et diem exitus et rursum diem reditus, postridie quam redierit, manu sua scribat. Quod etiam observari volumus in gratiis omnibus absentiæ tempore petitis et concessis; ac insuper in correctionibus et punitionibus; sed seorsum a gratiis, in eodem tamen registro, ut noscatur frequentia et usus transgressionum et absentiæ dierum. Secundo, ut dum absentes fuerint se gerant sicuti decet clericos, et honeste induantur ut clerici, nec tabernas frequentent nisi ad eorum necessitatem, nec ullas domos quas cognoscant male infamatas aut suspectas, nec spectacula prohibita visant, aut ludos jure eccle-

Of obtaining leave of absence from the University.

Registration of cause of absence, etc.

Behaviour during absence.

* Omitted in MS. † *For* "illem et" *read* "licentiam."

Digitized by Google

siastico aut regni prohibitos, aliave enormia, exerceant; sed, ubicunque sint, firmiter sentiant et judicent collegii jugum suis incumbere cervicibus, ne eorum factum aut crimen in suum redundet dedecus, obloquium et scandalum. Nec liceat alicui prædictorum extra collegium nostrum in oppido Oxonii, suburbiis, vel aliis locis, ad minus sex millibus passuum ab Oxonio distantibus, seu infra intervallum prædictum, cubare aut pernoctare; nisi ex causa rationabili et honesta per prædictos infra biduum ante vel post approbanda. Quod si forsan quisquam primi ordinis canonicorum vel secundi, aut ministrorum sacelli, in præmissis vel eorum aliquo, arbitrio Decani vel eo absente Subdecani et sui censoris, culpabilis inveniatur, cujuscunque gradus aut conditionis fuerit, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem tunc proxime sequentem, convictu suo privetur ipso facto. Qui si quarta vice deliquerit, a nostro collegio, præsentis virtute statuti, ipsum exclusum et privatum decernimus, ipso facto. Eodem modo puniatur qui, cum quacunque ex causa extra collegium nostrum et infra intervallum prædictum pernoctaverit, et causam suam, quamvis justam et rationabilem, prædictis infra biduum ante vel post non intimaverit, sed occultaverit: si super hoc postea convictus fuerit, pœnam statuti subeat pro pernoctatione, et præterea tantam et æqualem pro taciturnitate et occultatione. Hoc etiam adjiciendum duximus, ut nullus primi ordinis canonicorum in nostro collegio in uno et eodem anno, a festo Corporis Christi ad eundem revolutum semper supputandum ultra quadraginta dies, secundi vero ordinis canonicus nullus ultra viginti continuos, vel vicibus interpolatis diversisque discontinuos, cessante infirmitate corporali, a collegio absit. Et omnes qui semel abfuerint canonici utriusque ordinis non excedant numerum, * ne cultus divinus in nostro collegio diminuatur et profectus studii scholastici subtrahatur. Attamen a vigilia Divi Thomæ Apostoli usque ad festum Epiphaniæ, et a die Dominica in Ramis Palmarum usque ad sabbatum in hebdomada Pascatis, et a die Mercurii ante Pentecosten usque ad vigiliam Trinitatis, et a Dominica prima Augusti usque ad Dominicam ultimam Septembris, alterutrius ordinis canonicos usque ad numerum quadraginta personarum, et ex causa rationabili vel relaxationis animi, simul abesse et facultatem totidem dari permittimus: illis qui propter negotia collegii, aut ex speciali causa et gratia inferius in hoc vel proximo capitulo adnotanda, absentes fuerint, in numero absentium minime computatis. Non prohibemus tamen quin utriusque ordinis canonicis, ex causis promotionis

socius
divi Michaelis
quinquaginta. Adjicimus præterea quod nulla discipuli
nisi
justam et necessariam causam eundi haberet magister seu ejus vices gerens, et
major pars septem seniorum comprobaverint, sed et tempore quo sic abfuerit vel
cuivis pro communi victu censemus allocandum

Passing the night out of College.

Penalties.

Duration of absence.

Number allowed to be absent at the same time.

Special occasions of absence.

* Blank in MS.

Digitized by Google

ipsorum, mortis vel gravis infirmitatis parentum seu præcipuorum amicorum, vel causis consimilibus urgentibus, per juramentum petentium hujusmodi licentiam in præsentia Decani, vel eo absente Subdecani, aut ambobus absentibus primi ordinis canonici maxime senioris tunc in Universitate præsentis, unius censoris, unius præfecti ærarii aut eorum deputatorum, et duorum aliorum ex tredecim maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, affirmandis approbandis, per eosdem concedatur certum tempus quo abesse possint; habito respectu ad causas, personas, intervalla locorum et circumstantias hujusmodi. Proviso ut, præter et ultra dies absentiæ prædictos, nulli primi ordinis canonico concedatur in una vice aliquod aliud absentiæ tempus, ultra quadraginta dies, aut ad summum, et id ex urgentissima causa et rarissima, sexaginta dies. Nulli vero secundi ordinis canonico ultra viginti dies, aut ad summum triginta, nec hoc nisi ex causis urgentissimis et rarissimis. Et, durante tempore unius hujusmodi approbationis et licentiæ, nulla interea concedatur aut fiat ulterior approbatio absentiæ alicujus. Et duntaxat bis ad summum in uno anno, ut præfertur, supputando, et id nisi ex urgentissima causa et rarissima, hujusmodi licentia uni et eidem concedatur. Canonicis tamen ad obsequium Regis aut episcopi evocatis et accersitis aut assumptis, per sex menses in eorum hujusmodi obsequio abesse potestatem et licentiam per prædictos, sed semel duntaxat in vita uni et eidem, concedi permittimus. Doctoribus quoque et baccalaureis theologiæ, ad Crucem Divi Pauli aut Hospitale Divæ Mariæ Virginis Londoniæ, aut apud Westmynster, publice prædicaturis, ex hac nostra gratia concedimus ut eorum unusquisque, quoties ad prædicandum in aliquo horum trium locorum, cum consensu et autoritate Decani vel Subdecani et cæterorum prædictorum proficiscitur, toties decem dies abesse licite posset, ultra dies ei alias quocunque per statuta concessos aut permissos; non obstantibus statutis quibuscunque. Hiis tamen non obstantibus, permittimus ut Decanus et major pars tredecim seniorum primi ordinis canonicorum possint unum magnæ expectationis et præclaræ indolis secundi ordinis canonicum in Italiam aut aliam regionem mittere, qui triennio illic moretur; habeatque illic convictum, vestem, stipendium, uti domi haberet; ea tamen conditione, ut se et alios fide-dignos et opulentos per scriptum obligatorium in quadraginta libris Decano astringat, ut, triennio exacto, redeat ad collegium et per duos annos ibidem legat: proviso semper ut unus solus absit et non plures simul.

Limitations, etc., of absence.

Absence in the service of the King or Bishop.

Absence for preaching in London.

Permission for one Petty Canon to travel abroad for three years.

De promotione et causis deserendi collegium.

Iniquum fore arbitrantes ut quibus ingentes aliunde fortunarum accessus provenerint, [vel qui?]* Academiam hanc nostram mutandæ

* Omitted in MS.

Digitized by Google

vitæ consilio deseruerint, nostri collegii sumptibus alantur, quos pauperioribus duntaxat, et quibus hic ardor adhuc duret ut in hoc nostro collegio literarum studiis velint incumbere, suppeditari exhiberique decrevimus; statuimus, ut si quis nostri collegii canonicus religionem professus fuerit, uxoremve duxerit aut matrimonium vel sponsalia contraxerit, aut alicui obsequio, officio aut exercitio, per quod a studio in Universitate Oxonii, ultra unum mensem in anno, exceptis in proxime præcedenti capitulo præexceptis, impediatur, se commiserit, vel ad aliquod aliud collegium, in Universitate Oxonii vel extra, ut Socius vel scholaris ejusdem electus et admissus fuerit, immediate posteaquam aliquod istorum Decano vel Subdecano et duobus primi ordinis canonicis cognitum fuerit, omne jus et titulum quem in nostro collegio habuit eo ipso amittat, et ab illo, primo notitiæ die, in numero alterutrius ordinis canonicorum ejusdem nunquam postea numeretur. Qui autem ab ipso nostro collegio animo deserendi studium discesserit; quod intelligi volumus esse factum eo ipso quod primi ordinis canonicorum aliquis ultra quadraginta dies, secundi vero ordinis canonicus ultra viginti dies, in anno continuos vel diversis vicibus discontinuos, cessante infirmitate corporali seu negotiorum collegii procuratione, et nisi ex causa rationabili Decano vel eo absente Subdecano, aut ambobus absentibus canonico maxime seniori in Universitate præsenti, uni censori et uni præfectorum ærarii aut eorum deputatis, aut duobus aliis primi ordinis canonicis ex tredecim maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, intra viginti dies post lapsum dictorum quadraginta dierum si primi ordinis canonicus fuerit, si vero aliquis secundi ordinis canonicus tunc infra decem dies post lapsum dictorum viginti dierum immediate sequentes, ostensa, significata et declarata, ac etiam per eosdem tunc (ordinationibus proximi præcedentis capituli de exitu et venia semper inconcusse observatis) approbata, ab Universitate abfuerit; eo ipso, ut transfugæ denegetur ei reditus, et extunc eo ipso a nostro collegio imperpetuum amotus censeatur: diebus quos Doctoribus ad prædicandum proficiscentibus, in prædicto capitulo proxime præcedente, concessimus in numero prædictorum quadraginta dierum minime computatis. Si vero prædictorum alterutrius ordinis canonicorum quispiam patrimonium, hæreditatem, feodumve sæculare, aut annuam pensionem ad terminum vitæ duraturam, ad annuum valorem communibus annis octo librarum, ipse vel alius ad ejus usum et commodum assecutus fuerit, tunc eum intra tres menses a tempore assecutionis alicujus hujusmodi hæreditatis, patrimonii, pensionis aut feodi, continue numerandos, auctoritate præsentis statuti, a nostro collegio amotum fore statuimus ipso facto, ac postea pro non canonico penitus haberi. Quod si quispiam canonicorum prædictorum beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, de jure vel consuetudine cum alio beneficio incompatibile, cujus-

Forfeiture of Canonry by promotion, and other causes.

Forfeiture by absence, and deserting studies.

Forfeiture by patrimony, pension, etc., above eight pounds in value yearly.

Ecclesiastical benefice, above eight pounds in yearly value.

Digitized by Google

cunque valoris fuerit, aut beneficium de jure vel consuetudine cum alio beneficio absque dispensatione compatibile, cujus fructus, redditus et proventus, octo librarum annuum valorem, deductis oneribus ordinariis, excedant, adeptus fuerit, eum per annum unum, et non ultra, in nostro collegio canonicum manere permittimus. Volentes ac etiam decernentes ut, post lapsum illius anni; nisi infra eundem annum ipsum beneficium effectualiter et sine fraude dimiserit, vel nisi, cessantibus dolo, fraude ac perverso ingenio, litigiosum sit; ipso facto pro non canonico habeatur. Decanum vero dicti collegii, propter aliqua beneficia ecclesiastica, redditus vel proventus ecclesiasticos vel temporales, cujuscunque valoris existant, per ipsum obtenta vel obtinenda, ab officio Decani amoveri nolumus vel privari; dum tamen in dicto collegio, juxta formam in ejus juramento descriptam, corporaliter resideat, et officium suum juxta statutorum nostrorum exigentiam gerat ac debite exequatur. Proviso quod Doctores theologiæ in nostro collegio beneficium ecclesiasticum quodcunque, cum cura vel sine cura, habere poterunt, una cum collegio; dummodo ejus verus valor annuus, deductis oneribus ordinariis, ipso ab hujusmodi beneficio suo absente, non excedat.* Singulis præterea lectoribus publicis prædictis quodcunque unum beneficium cum collegio et officio habere permittimus; dummodo et quamdiu suum officium in omnibus, juxta nostram ordinationem prædictam, fideliter et diligenter faciant et exequantur. Secundi vero ordinis canonici qui hæreditatem, patrimonium, beneficium, feodum, aut pensionem ad terminum vitæ duraturam, quorum verus valor annuus quatuor libras excesserit, assecuti fuerint, aut in aliquod alium collegium tanquam Socii vel scholares admissi fuerint, ipso primo die quo pacificam in aliquo hujusmodi possessionem, vel ipsi vel alii ad eorum commodum et usum, habuerint, eorum loca in nostro collegio ipso facto vacent, et alii in eorundem loca juxta formam statutam sufficiantur.

Exemption of Dean from removal on account of benefices, etc., of any value.

Benefices of a certain value may be held by Doctors in Theology.

Public Professors may hold one benefice.

Forfeiture of Petty Canonry by inheritance, benefice, etc., beyond yearly value of four pounds.

De portione Decani.

Vix est ut cura et solicitudine obeantur quæ non parem laboribus fructum rependant; nec facile defenditur a contemptu auctoritas quæ justis stipendiis fulcita non fuerit. Quamobrem, cum collegii nostri Decano summam et præcipuam ejusdem tum curam tum administrationem commisimus, unique illi et animi studia et corporis labores præ cæteris maximos, simul primam in reliquos auctoritatem demandavimus, pari profecto mensura volumus stipendia, convictum, cæteraque omnia titulo portionis, de bonis collegii subministrari eidem. Idcirco statuimus et ordinamus ut, perpetuis futuris temporibus, Decanus collegii nostri qui pro tempore fuerit percipiat annuatim de bonis ejusdem, per

The Dean's portion or stipend.

* Omission in MS.

Digitized by Google

manus præfectorum ærarii, ad quatuor anni terminos, æqualibus portionibus eidem solvendas, viginti sex libras, tredecim solidos, et quatuor denarios. Porro cum convenire arbitramur ut Decanus, tum honoris augendi et conservandæ auctoritatis gratia, quæ frequentiori familiaritate diminui solet, tum prout varietas negotiorum inciderit, interdum non illis horis statis cum cæteris in aula prandere etiam si cupiat possit, interdum convivia et domi et foris exercere cogatur; ideo separatim ab illis et in ædibus suis a nobis sibi destinatis victum quotidianum sumat, etiam seorsum a reliquis ac in propria sua coquina præparatum; nec in aula aliquo modo illis in victu communicet, nisi in hujusmodi diebus quibus eum in aula prandere, edito in id statuto, specialius expressimus. Volumus ulterius ut, pro communis suis et dietis, recipiat de bonis collegii, per manus præfectorum ærarii, ut præfertur, singulis annis et ad quatuor anni terminos, æqualibus portionibus, quadraginta marcas. Insuper, volumus ut, præter portiones prædictas, percipiat pro liberata singulis annis, ad festum Omnium Sanctorum, sex panni virgas, qualibet virga valente sex solidis et octo denariis. Porro volumus ut septem servientes habeat, sumptibus collegii conducendos, ac pro suo arbitrio deligendos et removendos; quorum tribus, quos sic Decanus duxerit conducendos, singulis quadraginta solidi, aliis vero tribus quos ad hujusmodi stipendia idem Decanus assignaverit, singulis viginti sex solidi et octo denarii; septimo vero, qui coquo in coquina subserviet, viginti solidi, annuatim, pro stipendiis, per præfectos ærarii fideliter persolvantur. Præter quæ stipendia, volumus etiam ut, pro communis uniuscujusque servientium prædictorum, allocentur Decano, et eidem numerentur de bonis collegii per manus præfectorum ærarii, singulis hebdomadis, duodecim denarii. Volumus ulterius ut sex servientium prædictorum, de bonis collegii per manus præfectorum ærarii, annuatim, pro liberata, dentur septem panni virgæ, unaquaque virga valente tribus solidis et quatuor denariis; videlicet ad festum Paschæ tres panni virgæ, unde succinctam et itinerariam vestem conficiant, et ad festum Omnium Sanctorum quatuor virgæ, unde vestem longam et domesticam possent conficere. Item et alii, qui coquo Decani subserviet in coquina, ad festum similiter Omnium Sanctorum, tres panni virgæ pro liberata dentur, unaquaque virga valente duobus solidis et octo denariis. Quibus tamen prædictam liberatam minime dari volumus, nisi tantum temporis Decano inservierint quantum reliquos collegii ministros, liberatam recepturos, in eodem habitare debere in titulo de liberatis præstituimus. Volumus etiam quod talis equorum numerus, videlicet, qui Decano et prædictis servientibus suis ac uni primi ordinis canonico, quem triginta maxime seniores primi ordinis canonici tum in Universitate præsentes, vel eorum major pars, in illo itinere Decanum comitari et assistere delegerint, ac communi custodi equorum collegii, sufficiat, de bonis collegii provideatur, comparetur, et sumptibus ejusdem alatur;

Permission to Dean to take meals in his own house.

Allowance to Dean for commons.

For livery.

His servants.

Commons for his servants, and their liveries.

Number of horses allowed for Dean.

Digitized by Google

quos etiam itineribus in causis collegii per Decanum aut alios faciendis paratos et promptos, necnon cellis, frænis, et omnibus ephipiis pro Decani nostri et collegii honore instructos et ornatos, expensis collegii esse volumus et præparari. Ordinamus insuper et statuimus ut, quotiescunque Decanum, vel ad supervidendum terras, anni temporibus a nobis præscriptis, vel pro aliis collegii negotiis, proficisci contigerit, toties, præter ac ultra stipendium prædictum, et summas [quas?]* pro suis et servientium communis de collegio recipiet, fiat eidem allocatio de bonis collegii pro expensis itineris, modo qui sequitur: videlicet, allocentur Decano pro suo convictu et dieta, singulis diebus quibus eum a collegio pro causis et negotiis ejusdem sic abesse contigerit, quadraginta denarii. Item pro quolibet servientium suorum prædictorum, quoque die, duodecim denarii. Pro primi vero ordinis canonico sic cum Decano profiscicenti, unoquoque die, sexdecim denarii. Pro clerico autem terrarum sive† itineretur, quolibet die, sexdecim denarii. Denique pro serviente ejusdem clerici, singulis diebus, duodecim denarii. Has summas Decani arbitrio volumus dispensari, neque major aut amplior a collegio allocatio fiet, pro dictorum convictu et equorum pabulo, quam prædictum est; dum et quamdiu a collegio abfuerint et in negotiis ejusdem perstiterint. Et quoniam sæpenumero evenire possit quod Decanus, una cum comitatu prædicto, a nonnullis in itinere, gratis et absque ullo sumptu sive impensa pro convictu et pabulis equorum, hospitio excipiatur, interdum a collegii firmariis ad id ex conventione obligatis, interdum aliis ex grata animi propensione id facientibus, et non tantos sumptus dietam facere cogatur ut præscriptum est: volumus, statuimus et mandamus, quod si quid ex prædictis summis, recte et ex fide dispensatis, finito itinere ac illo ad collegium reverso, superfuerit, neque præfatam summarum rationem sumptus itineris exæquaverint, id totum collegio reddatur, in ejusdem utilitatem convertendum. Qua in re nullam Decanus rationem aut calculum reddere teneatur, sed solam illius conscientiam in Domino oneramus. Insuper, adjicimus et statuentes mandamus quod, sive foris in negotiis collegii absens sive præsens in collegio, Decanus aliquos extraneos convivio exceperit aut mensa communicaverit, sive in prandio sive in cæna, habeat illas allocationes pro eisdem, quas eidem, in titulo de allocationibus pro extraneis, infra præscripsimus imputandas. Volumus, insuper, ut Decanus [habeat?]‡ omnia et singula vasa pro aula sua, et utensilia pro promptuaria et coquina, ædesque suas, expensis collegii sufficienter et competenter, non ad luxum et nimium sumptum, sed ad honorem collegii, instructas, quæ ipsa omnia uti, frui, pro suis necessitatibus possit et, facta per literas indentatas eorundem testatione, in morte aut in discessu restituere collegio sine diminutione teneatur.

Allowance to Dean for expenses in progresses.

Obligation of Dean to refund surplus of travelling allowance.

Allowance to Dean for entertaining strangers.

Vessels and utensils for Dean's service.

* Omitted in MS. † Sic in MS. ‡ Omitted in MS.

Digitized by Google

De convictu et communis utriusque ordinis canonicorum, et omnium aliorum collegii ministrorum.

Post explicatam rationem quo pacto animos pasci volumus quibusque studiis vegetari, consequens esse remur, ut qui hominem totum in nostro collegio alendum decrevimus de corporis quoque alimento subjungamus; itaque volumus, statuimus et ordinamus, quod pro communis omnium utriusque ordinis canonicorum, presbyterorum, clericorum conductitiorum, necnon chorustarum et aliorum omnium ministrorum ac servientium collegii, in Universitate præsentium, et juxta ratam temporis præsentiæ, fiant allocationes de bonis collegii ad rationem sequentem: videlicet, pro communis Decani, singulis septimanis, duo solidi; pro singulis autem primi ordinis canonicis, qualibet septimana, viginti denarii; pro communis autem singulorum secundi ordinis canonicorum, singulis hebdomadis, duodecim denarii; pro singulis vero presbyteris et clericis conductitiis, pariter et informatore chorustarum, pro qualibet septimana, sexdecim denarii. Item, pro communis singulorum chorustarum, qualibet septimana, decem denarii; pro communis autem servi Subdecani, mancipii, panarii, promi, trium coquorum, janitoris, lotricis, barbitonsoris, et unius stabularii qui equos communes curet, pro singulis ipsorum, singulis hebdomadis, duodecim denarii. Has omnes allocationum summas per præfectos ærarii exponi volumus, tanta industria, fide et diligentia, ut victui prædictorum honorifice subministrando sufficere possint. Ita etiam ut, quod superfuerit, ad utilitatem collegii convertatur. Porro, quanquam allocationes prædictas singulis hebdomadatim assignavimus, non est tamen intentionis nostræ ut quispiam prædictorum vel illas pro arbitrio suo exponendas sibi vendicet, aut, ad rationem illarum, suas communas æqualiter cum aliis quibus æquales summæ assignantur exigat aut requirat, vel aliquam eo prætextu murmurationem faciant; sed, omnibus expositis, gratias agentes, quieti et contenti epulentur. Volumus autem quod ministretur et serviatur eisdem secundum discretionem Decani, et eo absente Subdecani et ærarii præfectorum, habita ratione et respectu ad merita, gradus et labores: æqualitate allocationum per nos superius in aliquibus ordinata non obstante. Proviso semper quod, qui ab Universitate aberunt, sive in negotiis collegii aut alterius cujuscunque, communis suis interea carebunt; et eorum absentia, quanta fuerit, per senescallum singulis septimanis notabitur, et eorum communæ interea ad utilitatem collegii convertentur. Si vero per unum duntaxat diem in septimana domi fuerint, tunc volumus quod pro illo die,

magistri sociorum scholarium discipulorum nec non magistri servi
submagistri
sociis
xij denarii
discipulorum famuli—magistri,
ministrorum, serventium collegii
septem denarii
magistri
præsidentis
thesaurariorum

Allowance of commons for Canons, and other members of the College.

Commons during absence.

Digitized by Google

pro singulis sic præsentibus, juxta ratam unius diei portionem allocetur. Si vero per duos dies integros sint domi, tunc pro dimidio convictu allocatio fiat. Si vero per tres integros dies intersint, et quarto vel postea sic discesserint, pro integro convictu fiat allocatio. Statuimus, præterea, ut, in fine cujuslibet quarterii anni, per præfectos ærarii (thesaurarios) in scriptis fiat visus et particularis computus, tam communarum quam omnium aliarum expensarum intrinsecarum dicti collegii, per Decanum, Subdecanum (magistrum) et censores (præsidentem, duos decanos) diligenter videatur; ea de causa, ut si aliqua in re aut persona erratum inveniant, ipsum statim corrigant, ut eis videbitur expedire pro utilitate collegii. Attamen, ut mens nostra in allocationibus communarum, pro prospero statu nostri collegii conservando, clarius patefiat, ita eam explicamus; quod, quanquam diversis septimanis in quovis anno excessus et decrementum communarum contingat, arctius tamen sub pœna perjurii inhibemus ne, in finali computo anni, amplior allocatio communarum fiat, ullo modo quocunque colore, quam supra exprimitur. Et si totius anni sumptus superaverint allocationes, secundum formam prædictam faciendas, præfecti ærarii (thesaurarii) collegii nostri prædicti computantes ad illam ex superantibus suis impensis et sumptibus satisfaciendam in virtute juramenti teneantur. Et ne parum curent aut contemnant, volumus ut, finito eorum computo, obligent se, per scriptum obligatorium, Decano et canonicis primi ordinis dicti collegii, ad plenam solutionem decrementorum aut suorum debitorum intra duos menses proxime sequentes; nisi Decanus (Magister) et major pars seniorum ulterius tempus solutionis prorogari et differri decreverint. Et si solutionem non perimpleverint per tempus assignatum, volumus ut postea non recipiant hujusmodi debitores stipendium ullum in collegio ullo aut vestem, sed ea reservet sibi collegium in partem solutionis, quoad omnia persolvantur. Ac si forte discesserit ante plenam solutionem, volumus ut implacitetur in lege, nec aliquid remittatur propter ejus ingratitudinem. Tamen si dicti ærarii præfecti Decano, Subdecano, censoribus et cæteris tredecim canonicis primi ordinis maxime senioribus, vel Decano, uni censori et majori parti eorundem tredecim canonicorum primi ordinis maxime seniorum, declaraverint et demonstraverint, non sua culpa aut negligentia, sed temporis caristia, aut alia justa causa, hujusmodi sumptus allocationibus fuisse majores; tunc volumus ut, pro levatione illius exuperantiæ, nihil ab illis exigatur, sed de bonis et impensis collegii sustententur et persolvantur. Volumus tamen et ordinamus, ea de causa, ut pro communis inter eos (Magistrum et socios) in festis majoribus et solennioribus, proximo capite describendis, lautius

Quarterly view of accompt of commons and other expenses.

Against exceeding allowances of commons.

Reimbursement of excess, etc.

Time of scarcity.

Additional allowance for commons on solemn festivals.

Digitized by Google

et honorificentius faciendis; videlicet, in quibus Decanus, juxta statuta nostra inde edita, in aula collegii nostri prandere debet; ultra et præter prædictas communarum summas, allocentur eisdem, singulis annis, juxta prudentiam Decani, aut eo absente Subdecani, et majoris partis tredecim primi ordinis canonicorum maxime seniorum, dividenda et dispensanda.

hebdomadis Magistri præsidentis et septem seniorum

In quibus diebus Decanus debet prandere in communi aula collegii.

Conciliatur non minima dignitati auctoritas, ubi illa mediocritas fuerit observata ut nec nimia familiaritate inducatur contemptus, nec rariori aspectu reverentia exoriatur. Pari quippe gradu ad morum proceditur dissolutionem, cum vel frequentius vel parcius supremi magistratus præsentia exhibeatur. Nec parum gregis animos exhilarare solet pastoris vultum aliquando conspicere, eodemque pastu communicare. Quocirca, quanquam collegii nostri Decano suas ædes et convictum separatim assignavimus, ne in aula communi quotidie cum cæteris convesci cogatur; volumus tamen, statuimus et ordinamus, ut in festis Natalis Domini, Translationis Sancti Thomæ, Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, et quinque festis Beatæ Mariæ, videlicet, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis, in vigilia Paschæ, in die Paschæ, in die Ascensionis, in vigilia Pentecostes, in die Pentecostes, in festo Trinitatis, in festo Corporis Christi, in festo Johannis Baptistæ, in festo Apostolorum Petri et Pauli, in festo reliquiarum, in festo Sancti Willelmi, in festo Omnium Sanctorum, in festo Sanctæ Frideswidæ, in festo Sancti Nicholai, in festo Dedicationis, ac etiam in die anniversarii nostri, et in die anniversarii illustrissimi et potentissimi principis Henrici Octavi; necnon in singulis illis quatuor diebus in quibus nostras solennes exequias quater in anno, et in fine uniuscujusque quartæ, celebrari volumus; Decanus cum omnibus servientibus suis, qui eidem in mensa ministrare et inservire solent, in communi collegii aula prandium faciat. Quibus diebus, omnibus et singulis, volumus ut præfecti ærarii et victualia ampliora et lautiora ac magis opipara comparent, illoque apparatu Decani et aliorum fercula instruant ut et honoris collegii nostri, necnon diei solennitatis, decentem rationem et respectum habeant.

Days on which the Dean is bound to dine in hall.

Addition to commons.

De senescallo aulæ.

Cum nihil bonæ fidei gravius acciderit quam si fraudis suspicione suggilletur, cui non alio æque modo potest occurri quam si, vel in propatulo vel sub testatione, omnia fiant quæ causam fraudandi possent præbere; recte nos huic consulturos rati sumus si communi mancipio, in emendis victualibus, aliquem adjungamus

Digitized by Google

Of the Seneschal of the Hall, and his duties.

qui pretia eorundem posset observare. Quocirca statuimus, ordinamus et volumus, ut unus nostri collegii primi ordinis canonicus, si modo nec Subdecanus fuerit, nec Doctor, nec theologiæ baccalaureus, nec præfectus ærarii, nec aliquis censorum, vice sua et ordine secundum gradum servando, ita ut absens cum redierit suam vicem suppleat, sit esculentorum et victualium omnium in illa hebdomada emendorum supervisor et senescallus, cum supervisione et dispositione duorum præfectorum ærarii, aut saltem unius eorundem. Idem coram Decano, si præsens sit, et utriusque ordinis canonicis, necnon presbyteris et clericis conductitiis, patinas apponat. Particulas quoque omnium et singularum emptionum, provisionum et expensarum quarumcunque, pro illa septimana, et nomina præsentium ac extraneorum ad onus collegii receptorum, manu sua scribat; vel, legitime impeditus, per alium primi ordinis canonicum, non ærarii præfectum, scribi faciat; et in die Veneris, si commode fieri poterit, aut ad summum die Sabbati, adsit cum ærarii præfectis et obsonatore, de singulis emptionibus, provisionibus et expensis, ipsius septimanæ fideliter rationem acturus et visurus. Nec liceat cuiquam ærarii præfectorum aut aliicuivis, sub virtute juramenti, in senescalli libro semel inscripto, postea inserere nomen alicujus qui abfuit pro præsenti, aut extranei ullius addere nomen.

His accompt.

De mensis Decani, Subdecani et aliorum.

In hominum cœtu, quantum ornamenti et splendoris obtinet ordine atque gradu virtute distingui, tantum sane dedecoris et squaloris accedere necesse erit, ubi summa imis, ima summis absque delectu confunduntur. Quæ confusio ut non in aula minus ac mensis quam in sacello et alibi evitetur, mensas quoque ipsas ex ordinum varietate conditioneque duximus distinguendas. Quocirca statuimus, ordinamus et volumus, ut ad principalem mensam, et in medio ejusdem, sedeat Decanus quoties in aula prandium facit, et cum eo Subdecanus aliique convivæ quos duxerit convocandos. Ipso vero Decano absente, Subdecanus non in medio sed in superiore ejusdem mensæ sede sedeat; et ad unum cum eo ferculum (nisi adsint extranei judicio Subdecani præferendi) sedeant item lector in theologia necnon lector bonarum literarum, aut, illis absentibus, ex aliis lectoribus publicis aut Doctoribus quos duxerit asciscendos. Ita ut convocet illorum præsentium præstantiores, absentium loco, Doctores, baccalaureos theologiæ aut alios quos duxerit digniores præsentes. Deinde etiam, ad mensam principalem, sedeant reliqui sacræ theologiæ Doctores, lectores et baccalaurei. Ad lateralem autem mensam, ex sinistra parte aulæ collegii nostri prædicti, sedeant reliqui primi ordinis canonici, sine delectu tamen aut vendicatione loci. Deinde, ad dextralem, presbyteri et clerici conductitii ac informator chorustarum, sine delectu similiter aut loci vendicatione,

Places at table.

Digitized by Google

sedeant. In sinistra vero parte, ad mensam inferiorem, sedeant secundi ordinis canonici. Ad mensam vero in dextra parte, potario et pannario propiorem, sedeant tres præfecti ærarii aut eorum deputati et senescallus collegii. Quibus omnibus ad collegium per campanam vel alio sono hora debita convocatis et cum silentio sedentibus, volumus ut celeriter apponantur cibus et potus per senescallum, adjuvantibus Subdecani et aliis collegii famulis et chorustis omnibus. Auferantur patinæ et mappæ per obsonatorem, jubente si adsit Decano, ipso vero absente, Subdecano, vel, in ejus absentia, canonico primi ordinis maxime seniore ibidem præsente. Nolumus vero ut aliquis nostri collegii etiam officiarius, præter Subdecanum (magistrum), communas vel quidpiam eorum loco extra aulam collegii, ad impensas ejusdem, sciens et prudens comedat, recipiat aut habeat, nisi ex causa admodum rationabili, et ea per Subdecanum (magistrum) vel eo absente (præsidentem et hiis absentibus) primi ordinis canonicum maxime seniorem (ex deputatis suis) tunc in Universitate præsentem, unum censorem et unum ærarii (et thesaurarium) præfectum, primitus approbanda. Non tamen prohibemus quin interdum ad omnes has mensas possunt sedere extranei, per se aut cum aliis mixti, secundum discretionem Decani (magistri), Subdecani (præsidentis), aut eo absente (ex septem deputatis) canonici primi ordinis maxime senioris, unius præterea præfecti ærarii (thesaurarii) et senescalli, et secundum formam in aliis nostris statutis descriptam. Poterunt etiam alii inferiores, ejusdem tamen ordinis, per senescallum vocari ad aliquem superiorem mensam, ad supplendum ferculi numerum. Nec liceat cuiquam ingredi potarium aut panarium, præter Subdecanum (magistrum), præfectos ærarii, censores et senescallum (magistrum præsidentem), nec ibi sedere, nisi ex causa approbata per Subdecanum (magistrum) aut eorum locum tenentem vel approbanda (nisi aliquando extranei honestas cogat repente introduci), sub pœna privationis convictus per unam septimanam.

Service at table.

Commons out of Hall.

Strangers at table.

Entering the buttery or pantry.

De mora non trahenda in aula post refectiones.

Quo major est solicitudo nostra ne, quos ad virtutem in hoc instituimus, in vitia per præcipicium prolabantur, eo cautius statutis providere volumus ut, non a vitiis solum ipsis, sed ab omni occasione longissime removeantur. Itaque, cum ventris repletio sic turbet affectus ut ad iram, ad jurgia, facillime provocentur, volumus, statuimus et ordinamus, ut singulis diebus, post prandium et cœnam, persoluta prius Altissimo pro acceptis gratiarum actione, et potu charitatis bibere volentibus ministrato, ac etiam

Against remaining in Hall after meals.

Digitized by Google

post illas potationes quas bibesia vocant, de more Universitatis pro tempore consuetas etiam in nostro collegio faciendas, canonici omnes et singuli collegii nostri prædicti, cujuscunque gradus aut status extiterint, necnon sacelli ministri, statim, sine ullo intervallo, ad studia sua vel loca alia se conferant; nec juniores alios ibidem moram facere ulterius permittant, nisi quando vel consilia collegii vel alia negotia ardua collegium tangentia immediate debeant pertractari, vel lectiones, disputationes, aut Bibliæ expositiones et declarationes, continuo consequantur; quibus etiam absolutis et finitis, statim decedant; vel quando, ob Dei reverentiam aut suæ gloriosæ Matris vel alterius Sancti, ad solatium omnium inhabitantium ibidem, construatur ignis; tunc enim permittimus collegii nostri canonicis et ministris prædictis, post dictas refectiones et potationes, gratia recreationis, modeste, ut decet clericos, in canticis et aliis solatiis honestis in aula moram facere, necnon poemata ac historias, et cætera hujus generis literata otia, inter se exercere, conferre, legere et enarrare.

socii collegii sociis discipulis

Fire in the Hall, and recreation on Saints' days.

De pensionibus et stipendiis Subdecani.

Quanquam virtus et eruditio eam merito apud omnes dignitatem obtineant ut, nulla externorum quæ vocantur bonorum accessione commendatæ, sua ipsarum pulchritudine quosque ad se bonos invitent, alliciant, attrahant, nec ullo exotico indigent condimento ut laboris, quem comitem individuum adjunctum habent, vel amaritudo dulcescat vel asperitas minori tædio transigatur; tamen, quum sacra non semel scriptura admoneat alibi figurate ut ne bovi quidem trituranti os alligemus, alibi apertius ut dignam operario subministremus mercedem, quanto ardentius cupimus virtutum ac literarum studia majora indies in hoc nostro collegio sumere incrementa, tanto sane majori liberalitate laborantibus stipendia conferre volumus. Sic enim futurum omnino speramus eo uberiorem virtutum messem proventuram, quo culturæ ingeniorum plus impenderimus. Itaque volumus, statuimus et ordinamus, ut Subdecanus collegii nostri, primi et secundi ordinis canonici, officiarii ejusdem, privati lectores, sacelli ministri omnesque collegii servientes, infrascriptas pensiones de bonis collegii nostri per manus præfectorum ærarii, singulis annis, propter convictum, vestem et alia ad * distributiones quatuor anni terminos, perpetuis futuris temporibus recipiant, quilibet pro rata et portione quæ sequitur: videlicet, Subdecanus decem libras. Quilibet vero primi ordinis canonicus, qui in quacunque facultate, theologia, jure canonico, civili, aut medicinis, Doctor fuerit, quos octonarium, ut præfertur, numerum nolumus excedere, sex libras.

Portions of Vicedean, Canons, officers, professors, &c., for food, clothes, &c.

* Sic in MS.

Digitized by Google

Quilibet primi ordinis canonicus, in theologia baccalaureus quinque libras. Quilibet primi ordinis [canonicus?] * qui artium magister fuerit quatuor libras. Quilibet autem primi ordinis canonicus, juris canonici, civilis, artium aut medicinæ, baccalaureus, quatuor marcas. Secundi vero ordinis canonicus quilibet triginta tres solidos et quatuor denarios. Ac, præter et ultra portiones prædictas, de bonis collegii, singulis annis, ad quatuor anni terminos, similiter, ut præfertur, recipiat quilibet censorum pro stipendio quadraginta solidos; quilibet præfectus ærarii quadraginta solidos; domesticus et privatus lector, præter et ultra stipendium, in philosophia quatuor marcas; privatus similiter lector in artibus humanitatis quatuor marcas; privatus lector in logica quatuor marcas; privatus lector in sophistria quatuor marcas. Porro etiam, quilibet presbyter conductitius sex libras; quilibet clericus conductitius quinque libras; præcentor octo libras; informator chorustarum decem libras; presbyter conductitius qui sacristæ officium gesserit sex libras. Chorustis vero nullum stipendium assignamus, sed volumus omnino ut, sumptibus collegii, omnia vestimenta lanea et linea ac omnis lecti apparatus per manus unius præfectorum ærarii frugaliter subministrentur eisdem; ita ut pro collegii honore et corporis ipsorum salubritate vesti incedant. Volumus item ut qui subservit sacristæ in sacello percipiat, annuatim et ad terminos prædictos, quadraginta solidos. Item, mancipium sive obsonator, qui victualium emendorum curam gerit, quadraginta solidos. Porro panarius, pro suo stipendio, quadraginta solidos. Primus autem coquus quadraginta solidos; secundus coquus viginti sex solidos et octo denarios. Duo vero subservientes eisdem in coquina, quilibet eorum, viginti solidos. Item, janitor quadraginta solidos. Item, barbitonsor quinque marcas. Item, lotor linearum vestium decem libras. Item, stabularius et Subdecani famulus, quilibet eorum, viginti et sex solidos et octo denarios. Proviso semper quod, si quis alterius ordinis canonicorum nostri collegii prædictorum beneficium quodcunque, hæreditatem, patrimonium, feodum, pensionem, aut obsequium cum collegio post tempus superius definitum incompatibile, nactus fuerit, pacificamque illius possessionem, vel ipse vel alius ad ejus commodum et usum, habuerit, ab ipso primo die assecutionis et pacificæ possessionis hujusmodi cesset omnino ejus pensio et stipendium prædictum; nisi fortasse, aliquo prædictorum infra tempus supra limitatum dimisso, in collegio permanere maluerit, tunc enim, eo dimisso, pensionem consuetam a collegio ei, pro tempore dimissionem hujusmodi consequente, percipere liceat. Proviso, item, ut qui post mensem ab incepto quovis termino in nostrum collegium admissus fuerit, aut totidem dies ante postremum diem alicujus termini prædicti, vel collegio sponte cesserit vel ab eodem ejectus

Stipends of Censors, Professors, &c.

Allowance for choristers.

Stipends of servants.

Forfeiture of portion and stipend from inheritance, benefice, &c.

Other causes of forfeiture of portions.

* Omitted in MS.

Digitized by Google

fuerit, vel aliquod incompatibile, ut præfertur, cum collegio vel pensione prædicta pacifice possederit, cujuscunque status aut gradus fuerit, pensione sua integra careat pro illo termino. Qui autem in quovis termino per duos integros menses inter alterutrius ordinis canonicos numeratus fuerit, is, exceptis præexceptis, pensionem suam pro rata illius termini a collegio recipiat. Id quod intelligi etiam volumus in eo qui in primi ordinis canonicum electus est, nec dum ad gradum baccalaureatus artium aspiraverit; quam pensionem baccalaureis artium per nos superius limitatam, pro terminorum rata, percipere volumus et concedimus.

Hire of servants at reduced wages.

Proviso item quod, si Decanus et unus ærarii præfectorum, penes quos solos hujus rei curam esse supra statuimus, cum sacelli nostri ministris aut cæteris collegii servientibus quibuscunque minoribus, quam quæ supra a nobis limitantur, stipendiis pacisci, transigere ac eosdem conducere poterint, liceat eisdem id facere, non obstantibus statutis et ordinationibus nostris prædictis. Tamen Decano et ærarii [præfectis] præcipimus et mandamus quatenus non majorem lucri quam honoris collegii nostri rationem, in conducendis ministris, habeant; sed omnino non nisi artis musicæ peritissimos, et cæteris dotibus quas supra in statutis nostris requirimus præditos, ad ministeria prædicta eligant aut admittant.

Tutors to receive portions of non-graduates, or of those under twenty years of age.

Proviso, insuper, quod nemo secundi ordinis canonicorum, qui graduatus non fuerit nec vicesimum ætatis suæ annum excesserit (cujusmodi omnes sub alicujus primi ordinis canonici, per Decanum ad id deputandi, tutela volumus esse), pensionem suam prædictam ab ærarii præfectis recipiat; sed volumus ut tutori ejus, qui curam illius geret, profectui invigilabit, errantem et verbis et verberibus, si opus sit, corripiet, nec sinet pensione prædicta per nos ei concessa per luxum abuti, prædicta pensio singulis anni quartis, ut præfertur, per manus ærarii præfectorum numeretur et persolvatur. Quem tutorem tamen volumus ut, tam de ea pensione quam de reliquis omnibus per eum in dicti pupilli usum receptis et expositis, semel in anno, quandocunque per Decanum vel, eo absente, Subdecanum jussus fuerit, rationem coram eisdem reddat.

De vestibus quas liberatas appellant.

Ut reliquis statutis nostris quanta maxima potuimus diligentia cavimus ut omnium, quotquot hoc nostrum deinceps alet collegium, animi una veste, et ea quidem omnium speciosissima, nimirum virtute et eruditione, virtutis comite, ornarentur; si nostram liberalitatem extendere volumus, ut uno fere colore vestiti incedant, decoris quippe, nos ratio admonet ut quos uno esse spiritu et animo cupimus, externo etiam habitu conjungamus.

Allowance of cloth for uniform livery.

Quocirca statuimus, ordinamus et volumus, ut Subdecano, necnon omnibus et singulis collegii nostri canonicis et sacelli ministris, pariter et chorustis et aliis collegii servientibus, singulis annis,

Digitized by Google

sumptibus et impensis collegii nostri, provideatur, per Decanum et collegii nostri ærarii præfectos, tantum panni unius prope coloris, de quo videlicet Decanus et tredecim seniores aut major pars eorundem consenserit, licet non unius pretii ac magnitudinis, quantum pro vestibus exterioribus, quas togas appellant, una cum capuciis pro graduatis, sufficiat. Ita ut, singulis annis, circiter festum Omnium Sanctorum, singulis dictis Subdecano, canonicis et ministris quibuscunque, per Decanum et ærarii præfectos, pro suo cuique ordine et gradu, distribuantur hæ panni portiones, quæ infra sequuntur; videlicet Subdecano et cuique primi ordinis canonico, theologiæ, juris canonici, civilis, aut medicinæ, Doctori, singulis ipsorum quinque virgæ panni qualibet virga quinque solidis valente et æstimata, pro liberata tribuantur; singulis autem theologiæ baccalaureis quinque similiter virgæ panni; valentibus singulis virgis quatuor solidis et sex denariis. Singulis vero artium Magistris quinque itidem virgæ panni; valentibus singulis quatuor solidis. Item, singulis tam juris quam medicinæ, quam etiam artium, baccalaureis quinque virgæ panni; valentibus singulis tribus solidis et octo denariis. Item, singulis secundi ordinis canonicis quatuor similiter virgæ panni; valentibus singulis virgis tribus solidis. Item, singulis presbyteris conductitiis et sacristæ quinque virgæ panni; singulæ virgæ valentes tribus solidis et quatuor denariis: singulis vero clericis conductitiis et informatori chorustarum quatuor virgæ panni; singulæ virgæ pretii trium solidorum et quatuor denariorum. Item, singulis chorustis tres virgæ panni; unaquaque virga valente duobus solidis et octo denariis. Item, famulo Subdecani et duobus aliis clericis, quorum alter sacristæ subservit, alter pulsandis campanis præficitur, singulis ipsorum quatuor virgæ; singulæ valentes tribus solidis et quatuor denariis. Item, stabulario, ad festum prædictum quatuor, et ad festum Paschæ tres virgæ; singulæ valentes tribus solidis et quatuor denariis; unde et longam et succinctam vestem conficiant. Item, octo aliis collegii servientibus singulis quatuor virgæ; singulæ valentes tribus solidis et quatuor denariis. Quas panni mensuras, valoris et æstimationis prædictarum, a præfectis ærarii collegii nostri singuli prædicti annuatim recipiant, ad festum Omnium Sanctorum superius limitatum. Proviso tamen quod qui, in ipso Sanctæ Trinitatis festo dictum festum Omnium Sanctorum proxime præcedente, aut infra tres dies idem festum Trinitatis proxime sequentes, canonicus aut minister collegii nostri non fuerit, prædictam panni mensuram non recipiat, nec aliquid aliud ipsius nomine sumptibus collegii nostri eidem tribuatur, sed omnem hujusmodi vestis portionem pro eo anno amittat et careat. Proviso item, quod prædictum panni et vestium prædictarum pretium nullo pacto aut ratione unquam de bonis et impensis collegii augeatur aut excedatur; inclusis etiam in eo sumptibus et expensis emptionis, vecturæ, et si qui alii sumptus circa eam rem quovismodo evene-

Distribution of cloth for liveries.

Claim of livery.

Price of cloth for liveries.

Digitized by Google

Addition to price of cloth, at private expense.

rint. Non prohibemus tamen quin canonicis et ministris prædictis, omnibus et singulis, liceat de suis nummis et sumptibus ad augendum pretium aut mensuram suæ vestis quippiam apponere, dummodo idem sit color vel quam proxime accedens; et tam pro illa exuberantia quam pro sumptibus et expensis emptionis, vecturæ et hujusmodi, prius collegii ærarii præfectis pro rata solvat quam suam vestem ulla ratione recipiat: de quo Decanum et cæteros ærarii præfectos in vim juramenti astringimus, ne videlicet nostro collegio detrimentum aliquod, ex hac nostra venia et facilitate, quovis tempore ullo modo ejus abusu inposterum eveniat.

Neglect of dress.

Proviso item ut, si quis negligens fuerit, aut detrita nimium sordidaque veste utatur, idem cogatur ex suo stipendio, et pretio vestis sic, ut prædicitur, illi allocatæ aut traditæ, emere sibi vestem suæ personæ congruam et decentem, arbitrio Subdecani, sui

Use of livery.

censoris, et unius ærarii præfecti. Volumus autem et mandamus ut omnes et singuli, quotquot hac liberata gaudent, eadem pro maxima anni parte utantur, ne videlicet instituto huic nostro fraudem faciant.

De allocationibus pro extraneis, et illis ad nimios collegii sumptus non introducendis.

Sic modum gratitudini adhibendum censemus ut et suus collegio salvus sit honos et idem nimia profusione non degravetur.

Introducing strangers.

Proinde statuimus, ordinamus et volumus, ne quisque nostri collegii canonicus aut minister, aut etiam ipse Decanus, parentes, fratres, consanguineos vel extraneos, unum vel plures, ad onus collegii nostri introducat; aut cuiquam dicti collegii nostri canonico aut ministro, per extraneorum introductionem, occasionem præbeat ut a studio impediatur, aut in rebus damnum aliquod patiatur. Permittimus tamen ut, si aliquem prædictorum parentes, consanguinei, aut alii amici, accesserint, Decani aut Subdecani, aut, hiis absentibus, canonici primi ordinis maxime senioris, venia impetrata, possunt in aula vel in cubiculo sedere aut discumbere, ad sumptus invitantium, non collegii, et sine cæterorum damno aut impedimento; ita ut ad summum biduum, aut in publicis Universitatis comitiis triduum, non excedant. Si

Entertainment of strangers by Dean.

tamen Decanus in collegio præsens aut, eo absente, Subdecanus, aut utroque absente canonicus primi ordinis maxime senior, extraneos supervenientes, pro utilitate, commodo et honore, collegii, cum consilio unius præfecti ærarii invitaverit, volumus ut invitatis in ædibus Decani, vel in aula vel alibi infra collegium, discumbentibus, secundum discretionem Decani, si ipse invitaverit, aut eo absente Subdecani et unius præfecti ærarii, secundum invitatorum statum et gradum, debite provideatur. Et, ne communæ Decani aut aliorum per tales invitatos nimis onerentur, volumus quod pro qualibet persona sic invitata ad ferculum Decani sex denarii allocentur, pro unaquaque refectione; ad fercu-

Digitized by Google

lum autem Subdecani in magna aula aut ærarii præfectorum sedente, singulis vicibus, quinque denarii allocentur. Ad mensam autem et ferculum primi ordinis canonicorum sedente quatuor denarii; et ad mensam secundi ordinis canonicorum et famulorum tres denarii; pro qualibet refectione, de bonis collegii persolvantur. Si autem alibi quam in magna aula aut cum Decano eum sedere contigerit, tunc secundum discretionem Decani, aut eo absente Subdecani, et utroque absente primi ordinis canonici maxime senioris, unius censoris, et unius præfecti ærarii, citra luxum et superfluitatem provideatur eidem. Proviso ut nulla persona nostri collegii, præter Decanum, aliquam fœminam in ejus cubiculum admittat, præter matrem suam aut sororem et earum pro tempore famulas, alicui earum tunc ibidem inservientes, sub pœna privationis convictus per mensem tunc proxime sequentem pro prima vice, pro secunda per duos, pro tertia per tres; et quater in hoc delinquens ipso facto a collegio imperpetuum sit exclusus: nec has tamen sine eorum licentia prius obtenta. Pro aliis autem fœminis etiam licentiam dari prohibemus; cessante causa infirmitatis, prius etiam per dictos approbanda. Adjicimus quoque ut nullus extraneus, cujuscunque gradus aut conditionis existat, intra collegium nostrum noctu hospitetur, cubet aut pernoctet; illis duntaxat exceptis qui aliquando nostri collegii primi aut secundi ordinis canonici fuerint, et ab eo causis honestis recesserint. Tales, cum uno eorum serviente honesto, cum facultate Decani aut eo absente Subdecani, ac utroque absente eorum deputati, honesto modo recipi permittimus, et triduum duntaxat in uno mense in nostro collegio pernoctare. Si quis vero nostri collegii, contra formam hujus statuti, aliquam personam ad cœnandum aut pernoctandum intra nostrum collegium admiserit, seu victus susceptioni aut pernoctationi hujusmodi causam aut occasionem dederit, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per mensem, convictu privetur ipso facto. Et si postea in ea re transgressor inventus fuerit, pœna ipsa aut alia gravior contra ipsum debite aggravetur, secundum arbitrium Decani aut eo absente Subdecani, unius censoris, et unius præfecti ærarii. Decanum autem, in virtute juramenti, ad observantiam hujus statuti in omnibus adeo astringi volumus, decernimus et declaramus, ut neque ipse in virtute juramenti aliquem extraneum, etiam si aliquando collegii canonicus aut Magister fuerit, ad hospitandum vel pernoctandum in collegio contra formam prædictam inducat, nec etiam ab alio quocunque induci scienter permittat. Extraneos autem appellamus omnes quibus, ex ordinationibus nostris et statutis, vestes et communæ sive stipendia non sunt assignata. Permittimus tamen quod filii procerum, sive nobilium ac opulentarum personarum, dicti nostri collegii amicorum, usque ad numerum vicenarium, ad pernoctan-

Admission of females into chambers.

Strangers not to pass the night in College, unless previously Canons.

Penalty for admitting strangers to pass the night, &c.

Dean to observe and enforce the statute.

Definition of a stranger.

vel illos omnes qui statutis nostris non sunt jurati neque in collegio ad morandum admissi

Exemption for children of noble and wealthy persons.

dum et ad communas sine damno vel onere collegii, ad expensas proprias vel amicorum, dummodo sub tutela et regimine curatorum vulgariter *creansers* nuncupatorum extiterint, juxta discretionem Decani, recipi possint et admitti. Quotiescunque vero potentissimis et serenissimis hujus regni Regibus seu eorum primogenitis in collegio nostro cum suis hospitare placuerit, cum omni reverentia, comitate, in summis honoribus recipi et admitti volumus, præsente nostro statuto non obstante.

Reception of Kings and their eldest children, with their suites.

De cubiculorum dispositione.

Tametsi cubicula ita disponimus ut illa privati juris censeantur; videlicet, pro eorum quibus assignantur commodo et arbitrio utenda, fruenda; id tamen temperamenti adhibendum decernimus, ut suo omnes cubiculo tam modeste utantur ne proximo cuiquam sint impedimento. Itaque statuimus, ordinamus et volumus, ut unusquisque nostri collegii in suo cubiculo se honeste gerat et modeste, tam cum suo cubiculario quam cum aliis vicinis; utque nullum quoque tempore a somno, quiete aut studio, impediat, per immoderatos clamores, risus, cantica, strepitus, saltationes, musicorum instrumentorum pulsationes: sed si aliquando, ante ignem aut alibi, animi relaxandi causa, cum aliis libeat conversari, producatur tempus cum moderato silentio in hiis quæ ad virtutem et doctrinam attinent; neque in hiis fiant serotinæ comessationes aut potationes, sed temperatæ et salubres. Volumus autem cubicula omnibus nostri collegii per Decanum et Subdecanum definiri et limitari. In quibus omnibus cubiculis, tam superioribus quam inferioribus, volumus ut sint duo cubicula, si opus fuerit, altiora, vel saltem unum altius et aliud humile aut rotale, pro arbitrio Decani et Subdecani; et in altiori quidem cubet primi ordinis canonicus, in altero semper canonicus secundi ordinis; nisi forte Decanus et Subdecanus, propter ætatem vel gradum alterutrius ordinis canonicorum, aut ex alia causa perurgente, eos aliter collocare maluerit et collocaverit. Turri, et cubiculis Decani, et uno thesaurario ærarii præfectorum, et altero pro ratiocinario computo et aliis quæ ad clericum terrarum attinebunt faciendis, et uno alio pro tonstrina et cereis faciendis, et paucis aliis necessariis collegii usibus accommodandis, exceptis, et in eos usus reservatis. Mandamus insuper ut utriusque ordinis canonici, ministri sacelli, omnes et singuli, soli in singulis et distinctis lectis intra collegium nostrum jaceant et cubent. Insuper, volumus quod seniores junioribus concubiculariis bene consulant, bene exhortentur, et bonum præbeant exemplum; in disciplinis erudiant, crebras transgressiones et errata eis denuntient, exprobrent et objiciant, et si necesse erit ea ad Decanum, Subdecanum vel censores, quamprimum deferant verbo vel scriptis.

Behaviour in chambers.

Distribution of chambers, &c.

Digitized by Google

De feodis juris regni peritis, solicitatori, auditori et clerico terrarum, annuatim pendendis.

Quoniam ita fere tulit morum perversitas, ut præsentium bonorum possessionem majorem quædam litium agendarum necessitas comitetur, quia nunquam sunt improbi defuturi qui in re manifestissima calumniari et negotium veritati facesseri audebunt, hoc inter cætera cavere volumus, ut patronis et defensoribus nostrum collegium nunquam destituatur; qui impetus improbitatis solerter excipere, illosque refellere et retundere, norunt. Proinde statuimus et ordinamus ut, perpetuis futuris temporibus, sint et conducantur de bonis collegii juris regni periti et ex peritissimis, feodis inferius limitatis conducendi, qui litibus ut inciderint, et causis collegii in judiciis prosequendis et defendendis, intendent, et, de eisdem instructi, justum et fidele consilium ac ad honorem et utilitatem collegii exhibebunt; quod si non fecerint, statim ab eisdem feodum auferatur aliisque juris peritis fidelioribus conferatur, qui collegii causis fideliter assistere et velint et possint. Istiusmodi consiliarios duos conduci volumus, quibus singulis annuatim per manus præfectorum ærarii, de bonis collegii, quadraginta solidi pro feodis numerentur; quam summam illis persolvi volumus præter feoda consueta, quæ ipsis, causas collegii tractantibus, ex consuetudine judiciorum solvi consueverunt. Conducatur item unus juris regni peritus qui solicitator causarum collegii et appelletur et sit; cui præcipue incumbet causas et lites collegii motas aut movendas procurare, et apud consiliarios prædictos et alibi in judiciis, quo facilius expediantur, omni cura et solicitudine agere. Huic, pro stipendio, annuatim de bonis collegii pro feodo pendi volumus quadraginta solidos; quod etiam feodum illi auferri mandamus si in causis collegii minus fidelis aut negligens fuerit, aliumque eodem conduci, qui ex fide et cum diligentia id velit præstare. Item volumus, statuimus et ordinamus, ut de bonis collegii conducatur unus in arte calculatoria peritus, bonæ et honestæ famæ, qui auditor collegii nuncupetur. Hujus officium erit omnes rationes et computos, tam particulares quam generales, quoscunque, visitare, corrigere et reformare, necnon in et de illis arbitrari, pro more et consuetudine regni Angliæ; aliaque facere omnia et singula quæ ad auditoris officium pertinuerint. Volumus namque ut magnus et generalis computus, quem supra mandavimus, perpetuis futuris temporibus, annuatim in mense Novembris fieri, non nisi in ejus præsentia transigatur; quo tempore eum adesse volumus, alioqui de collegio nihil feodi pro illo anno percepturum. Quod si suum officium debite et congrue fuerit executus, percipiat annuatim pro stipendio *
et septem virgas panni, unaquaque virga valente quatuor solidis et quatuor denariis, pro vestibus quas liberatas vocant, unde

Annual fees to lawyers.

Two Counsellors; their duties and stipends.

One Solicitor; his duties and stipend.

An auditor of accompts; his duties, stipend and livery.

* Blank in MS.

Digitized by Google

alteram longam, alteram succinctam conficere posset; et, quamdiu in collegio præsens fuerit, sedeat in mensa cum præfectis ærarii, et allocentur pro communis ejusdem, singulis videlicet hebdomadis, viginti denarii. Volumus, ulterius, statuimus et mandamus, ut conducatur de bonis collegii aliquis vir industrius et diligens, juris regni non imperitus, providus, fidelis, qui clericus terrarum nuncupetur. Hujus officium erit Decano, aut alii cuicunque, ad supervidendum terras et possessiones collegii proficiscenti, quod bis in anno, nisi aliud persuaserit collegii utilitas, fieri volumus, adesse, intendere, assistere, ac in progressibus illis aut alias, cum opus fuerit atque id jusserit Decanus, aut eo absente Subdecanus, curias baronicas et letas, secundum consuetudinem maneriorum, in omnibus et singulis maneriis collegii tenere et custodire; necnon scripta et munimenta collegii, [quæ]* mandante Decano aut eo absente Subdecano, circa supervisionem terrarum et possessionum collegii, custodiam curiarum, perscrutationem munimentorum et evidentiarum, facienda videbuntur, cum omni diligentia faciendi et exequendi.† Huic de bonis collegii pendi volumus pro stipendio, singulis annis, sex libras, tresdecim solidos et octo denarios; necnon pro liberata septem panni virgas, unaquaque virga valente quatuor solidis et quatuor denariis; quem etiam, dum in collegio præsens fuerit, cubiculum habere destinamus. Volumus et convictum in mensa sumere præfectorum ærarii; allocenturque pro communis ejusdem de bonis collegii, pro rata præsentiæ suæ in collegio, singulis hebdomadis viginti denarii. Quibus auditori et clerico terrarum, unicuique eorum, unum famulum honestum habere permittimus; cui communæ de bonis collegii ministrentur, et allocentur pro unoquoque, singulis hebdomadis, duodecim denarii. Omnes prædictos juris peritos, solicitatorem et auditorem et clericum terrarum, duntaxat Decani et aliorum tredecim seniorum votis et suffragiis eligi volumus; illique prædicto officio gaudeant in quos ipsi aut major pars eorundem consenserit: eorum conscientias arctissime onerantes ne, animi nostri sententiam subvertentes, aliis prædicta officia conferant, quam qui illa exercere melius cæteris norint et possint, et, virtute juramenti collegii præstiti, eos quamprimum studeant removere qui officium fideliter non fuerint executi.

Clerk of lands; his duties, stipend, livery, and commons.

Election of the lawyers, auditor, and clerk.

De sustentatione et reparatione aulæ et ædificiorum.

Inopinati casuum eventus nos admonent ne vel insperata negligamus, neve de hiis statuere contemnamus omnino quæ ipsa verisimilius nunquam evenient. Itaque, cum sacellum, aulam, et cætera collegii ædificia, ea firmitate ac structura constituere decrevimus ut, ab omni fere casu, nisi vis major, quam Deus avertat! inciderit, tuta, non facile ruinam aut deformitatem patiantur, si vel

Of the support of the chapel, hall, and other buildings.

* Omitted in MS. † Sic in MS.: read "facere et exequi."

Digitized by Google

modica inhabitantium cura accesserit, illisque prædiis et possessionibus collegium dotavimus quæ oneribus abunde sufficere videbuntur: volumus tamen, statuimus et ordinamus, quod si contingat, per animalium mortalitatem, caristiam frugum, ballivorum et præpositorum incuriam, incendium, vel alios casus fortuitos, quod absit! bona collegii mobilia in tantum minorari quod non sufficiant ad maneriorum sustentationem et alia necessaria, ac defectus domorum ipsius nostri collegii siqui fuerint congrue reparandos, singulis hebdomadis, de singulorum canonicorum communis unus denarius subtrahatur, et ad restaurationem defectuum et reparationes prædictas reservetur et convertatur. Et quia domus Dei majorem exigit honestatem, statuimus quod, tanta reparatione sacelli forsitan imminente, in casibus prædictis, ut sine magna diminutione stauri reparari non possit, de singulorum communis singulis hebdomadis duo denarii reserventur, et in reparationem hujusmodi convertantur et fideliter expendantur singuli denarii sic subtracti et reservati, donec hujusmodi defectus sacelli et alii quicunque sunt sufficienter reparati in omnibus et perfecti. Omnes autem sub obtestatione divini judicii monemus et injungamus, quatenus, provida circumspectione intendentes, ita sarta suo tempore ædificia ac tecta præstent, ne ad hujusmodi statuti provisionem aliquando pervenire necessum habeant. Et ad istud statutum fideliter promovendum, diligenter prosequendum et effectualiter observandum, Decanum dicti collegii nostri qui pro tempore fuerit, Subdecanum, et alios primi ordinis canonicos, in eorum admissione in collegium, sub vinculo juramenti volumus obligari. In subtractione autem prædicta, volumus ut non æqualiter in quantitate omnibus subtrahatur, sed unicuique pro portione summæ allocatæ pro communis, secundum rationem prædictam.

Subtraction from commons for deficiency of fund for repairs.

Funds for repair of chapel.

De provisione pro Decano et aliis ægrotantibus.

Magna humanitatis ratio est, ne quos subita vis morbi corripuerit eos veluti inutiles propellamus. Non levem quippe virtus patitur injuriam quæ non animi sed corporis vitio deturbetur. Impium est hominem tum demum deserere cum maxime auxilio indigeat alieno; absit a moribus illa pernicies ut, quos Christus potissimum juvare nos voluit, hos solos præ cæteris contemnamus. Nos certe nunquam sustinere potuimus ut eorum aliquam curam non egisse videamur. Itaque volumus, statuimus et ordinamus, ut si Decanus nostri collegii in ægrotationem inciderit contagiosam, veluti lepram aut perpetuam insaniam, propter quam oportebit et decebit ipsum ab officio amoveri, tunc ei, extra collegium moraturo, de bonis nostri collegii decem libræ annuatim, ad quatuor anni terminos principales, pro sustentatione sua fideliter persolvantur, dummodo nullam in spiritualibus aut temporalibus possessionem perpetuam ad victum perpetuum obtineat

Allowance for Dean removed on account of sickness.

Digitized by Google

et possideat. Quod si promotus fuerit in spiritualibus aut temporalibus aut utrisque, non tamen ad summam decem librarum de claro, deductis oneribus quibuscunque, etiam tunc volumus ut id quod deest de illa summa decem librarum suppleatur et eidem persolvatur de bonis nostri collegii, usque ad summam decem librarum. Et si quid, post cessionem aut amotionem suam, de bonis collegii, vel ante, receperit et ea suo usui applicaverit, per successorem suum statim ad restitutionem compellatur, ut in suo juramento fuit adstrictus. Si vero prædictus Decanus collegii nostri laborat aliqua impotentia vel infirmitate duntaxat temporali, interea tantum percipiet sicut sanus: et interim, Subdecanus, censores et præfecti ærarii, vices ejus cum ejusdem consilio debite suppleant, exerceantque et fideliter exequantur; præterquam in casibus quibus aliter per nostra statuta et ordinationes specialiter est provisum. Præterea, si aliquem alterutrius ordinis canonicum nostri collegii graviter judicio Decani aut eo absente Subdecani, et utroque absente Subdecani deputati, unius censoris, et unius præfecti ærarii, contingat ægrotare, tantundem a collegio nostro recipiet quantum sanus esset ab eodem recepturus; et pecunias pro communis singulis septimanis, pro pensione vero singulis mensibus, si tam diuturna fuerit infirmitas, hujusmodi ægrotantibus per manus præfectorum ærarii persolvi volumus, quamdiu hujusmodi infirmitas duraverit. Qui autem minus bene valeat stomacho, fueritve natura a cibis consuetis adhorrente, et id prædictis satis probaverit, illi alii parentur cibi, aut juxta ratam præbeatur pecunia. Si vero Decanum, utriusque ordinis canonicos, aut alios missos pro necessitate et utilitate collegii, aut in negotiis ejusdem, infirmitate brevi aut læsione alicujus membri, ut ex casu ab equo et similibus fortuitis, quæ verisimiliter ei non accidissent si in eo itinere aut negotiis non fuisset, laborare contingat, tunc sustentatio competens ei de bonis collegii ministretur, secundum ejus statum et gradum et infirmitatis qualitatem; ac etiam pro ejus curatione ac medicinis necessariis satisfiat, secundum discretionem Decani aut eo absente Subdecani, unius censoris et unius præfecti ærarii; dummodo, tamen per evidentias et probationes justas, prædictis constiterit, quod infirmitas hujusmodi ficta non fuerit, vel facile et citius curari non potuit: et idem infirmus, quamcito equitare poterit, ad collegium redeat, se Decano et aliis officiariis ostensurus; et tunc omnino cesset hæc subventio, præter medicinas, nisi quatenus in hoc statuto pro aliis infirmis est provisum.

Restitution by Dean of goods of the College, after his removal.

Temporary sickness of Dean.

Provision for sick Canons.

Provision for Dean and Canons falling sick when absent in College business.

De vitanda pestis aut aeris contagione.

Omni solicitudine prospiciendum putavimus, ne quos in virtute et literis aliquamdiu aluimus et educavimus, grassantis pestis sævitia auferat, et ad maturam ferme frugem, magnis sudoribus et expensis, perque multos annos perductam virtutem, parvo horæ

Digitized by Google

momento morte nimium cita ante diem evertat. Ideoque volumus, statuimus et mandamus, quamprimum in Academia Oxoniensi aliqua pestis aut alterius morbi contagiosi vis ingruat, unde Decanus aut eo absente Subdecanus, tredecim nostri collegii maxime seniores, aut major pars eorundem, tantum periculi crediderint imminere ut sine aliquo vitæ discrimine moram se longiorem in Academia facere non posse arbitrentur, istuc statim a collegio nostro et ab Academia omnes discedant, ac ad sese una ac simul omnes conferant, tam Decanus et primi et secundi ordinis canonici quam ministri sacelli et chorustæ, ubi omnes simul, quemadmodum in collegio consueverint, cohabitantes, eisdem legibus astricti, ac in divinorum celebratione et lecturis legendis et audiendis, denique exercitiis publicis et privatis, omnia faciant, illisque horis et modis observent, quibus in collegio nostro præsentes facere volumus et statuimus. Proviso semper quod in collegio nostro tot ex primi ordinis canonicis cum aliis eisdem, pro salva collegii et bonorum ejusdem custodia, dimittantur, per Decanum et tredecim maxime seniores aut majorem partem eorundem, ex senioribus et ætate provectioribus, discretioribus quoque et prudentioribus deligendi, qui vigilem curam adhibebunt ut omnia bona collegii salva ac tuta adserventur.

Cantabrigiensi — Magister — præsidente? — septem

Removal from Oxford on occasion of pestilence.

Custody of the College during absence.

De supervisione terrarum et computis faciendis.

Ut terræ, possessiones et prædia, cum rustica tum urbana, unde Collegii nostri necessarii sumptus et impendia sustentantur, nulla parte sui dilapidentur, ruant deteriorenturve; id quod necesse est fieri, quum tam longinquum absint, nisi diligenti prudentia quotannis supervideantur; statuimus, ordinamus et volumus, ut singulis annis post Pascha, sine magna dilatione, fiat lustratio et progressus per Decanum, vel eo legitime impedito per Subdecanum, vel alium collegii nostri prædicti primi ordinis canonicum, per Decanum et majorem partem canonicorum maxime seniorum electum, necnon clericum terrarum, ad omnia maneria, beneficia, silvas, boscos, ad nostrum collegium pertinentia, in quibus Decano et majori parti canonicorum primi ordinis maxime seniorum hujusmodi supervisio videbitur necessaria; necnon ad pecunias collegio debitas, una cum arreragiis, exigendas et recipiendas, et ut ruinosa reficiantur, et quæ superiore anno reparata sunt perspiciantur. In quibus quidem et aliis receptionibus quibuscunque, volumus ut fiant de omnibus et singulis summis receptis mutuæ indenturæ, inter receptores ex parte collegii ac firmarios et alios quoscunque solventes; ac quod receptores hujusmodi, intra biduum postquam ad collegium redierint, præfectis ærarii ejusdem reddant indenturas, et eis solvant omnes et singulas summas sic receptas, et eas tunc et ibidem inscribant vel inscribi faciant in magnis indenturis, in

Easter progress of Dean to view manors, receive rents, &c.

Digitized by Google

Period for erection of and repair of buildings.

præsentia Decani vel Subdecani et alicujus censoris. Ordinantes præterea statuimus ut, quum nova ædificia vel reparationes domorum et aliorum sint facienda, illa non incipiantur ante primum diem Martii, ac finiantur ac cessent ante festum * extunc proxime sequentem: ædificationibus et reparationibus quæ commode absque dispendio collegio differri non possunt duntaxat exceptis. Fiat etiam singulis annis alius progressus post cœptum autumnum ad ea loca quæ videbuntur prædictis necessaria, per unum primi ordinis canonicum, per Decanum aut eo absente Subdecanum, et majorem partem tredecim seniorum, eligendum, ac per clericum terrarum, aut necessitate urgente per ipsum Decanum, ad ea peragenda quæ supra requiruntur; vel omittatur ille progressus quando videbitur prædictis non necessarius sed potius sumptuosus. Volumus, insuper, ut in eodem progressu autumnali aut postea, per clericum terrarum aut alium quempiam, ex mandato Decani vel Subdecani, moneantur omnes et singuli forinseci receptores, ballivi, firmarii et alii computantes, ne ignorantiam allegent et excusent, de certo die Novembris assignato, quo parati sint Oxonii in nostro collegio ad reddendum computum redditusque solvendos; nisi interdum, ex urgente causa, per Decanum et majorem partem tredecim seniorum primi ordinis canonicorum approbanda, aliis temporibus et alibi fuerint faciendi. Statuimus, præterea, ut per Decanum aut, eo ex causa urgentissima et rarissima legitime impedito, per Subdecanum, duos censores, et quatuor alios primi ordinis canonicos maxime seniores, aut saltem per majorem partem eorundem, et coram ac in præsentia auditoris, de quo infra dicemus, in nostro collegio Oxonii audiantur. Quibus completis, statim omnes hujusmodi computi, seorsim et particulariter, in forma et mundis membranis scribantur; qui, cum rotulis curiarum, in quadam cista aut armario, ut ex h is evidentiæ et declarationes, tam pro defensione maneriorum, ecclesiarum, et jurium, quam de valore annuo eorundem, de tempore in tempus valeant haberi, reponantur. Adjicimus quoque ut, post completionem hujusmodi computi, fiant duæ indenturæ in membranis, omnes summas ex quolibet dominio et aliis possessionibus collegii receptas, et etiam expensas et onera eorundem anno præterito, continentes, una cum arreragiis particulatim expressis; quarum altera pars remaneat apud Decanum, altera apud præfectos ærarii proxime eligendos, usque ad finem anni futuri, et tunc easdem apponi volumus in dicta cista aut armario cum rotulis computorum conservandas, ut sic singulis annis patere poterit status collegii nostri. Hiis hoc ordine peractis, et satisfactione facta cistis, unde præfecti ærarii prius pecuniam mutuati sunt, statim finalis computus omnium communarum dicti collegii et aliarum expensarum extrinsecarum quarumcunque per ærarii præfectos fideliter et complete reddatur,

Autumnal progress by a Canon of the first order.

Notice to receivers, farmers, &c., to render accompts.

Audit and entry of accompts.

General indentures of receipts and charges on manors, &c.

Final accompt of commons, &c., by Bursars.

* Blank in MS.

Digitized by Google

et per auditores prædictos præter clericum terrarum audiatur, et debite perscribatur et conservetur. Excrescentiæ quoque illius anni, ante electionem officiariorum, in turrim producantur. Quo computo, ut prædicitur, reddito et conscripto, statim sine mora aliqua, ad sacellum aliumve locum nostri collegii Decanus et tredecim maxime seniores per eum præmoniti conveniant, et custodiarum quarumcunque eis prius commissarum Decano collegii nostri prædicti reddant, in signum resignationis et dimissionis officiorum suorum: quod idem, statim post præfectos ærarii, faciant alii officiarii clavigeri omnes præter Decanum, videlicet, primum censores, deinde Subdecanus, suisque officiis decedant. Quo facto, ad Subdecani cæterorumque officiariorum electionem procedatur, veluti a nobis supra est præscriptum. Nullique liceat officium sibi deputatum recusare aut simul duo ex dictis officiis gerere. Proviso, ut qui semel ad aliquod officium in nostro collegio electus fuerit, is ante finalem computum illius anni ad aliud officium incompatibile invitus minime eligatur aut admittatur. Lectorem autem publicum, invitum vel volentem, ad aliquod officium in nostro collegii eligi, deputari aut assumi, nolumus ullo modo.

Surplus revenue. Surrender of offices, and elections.

Refusal of office.

De expensis eorum qui in negotiis collegii emittuntur.

Ut libentius negotia collegii subeant qui cæteris melius id præstare possunt, neve paupertatem merito causantes ullos in obeundis collegii negotiis labores jure detrectent, æquum visum est statuto prospicere ut illis de expensis provideatur; volumus, statuimus et ordinamus, ut canonicus aut alius quicunque ad negotia collegii obeunda emissus, considerata causa et nogotii qualitate, loci distantia et aliis circumstantiis, arbitrio Decani vel eo absente Subdecani, aut his absentibus Subdecani deputati, unius censoris et unius præfecti ærarii, expensas habeat necessarias. Ita quod canonici et alii quicunque coram dictis personis fidelem reddant computum de hujusmodi expensis factis, in veris et certis particulis et non aliis, singillatim in scriptis, intra duos dies postquam redierint, sub pœna amissionis omnium dictarum expensarum. Et qui ita in negotiis collegii vel etiam propriis, aut per integram septimanam aut per majorem partem, abfuere, eorum interea communæ ad utilitatem et incrementum collegii transferantur.

Allowance of expenses when sent on College business.

Application of commons of those absent.

De custodia bonorum collegii.

Si non quanto nos studio ac diligentia cuncta huic nostro collegio necessaria paraverimus, tanta deinceps cura fuerint adservata, ipsa profecto aut trita aut deperdita facile consumentur, in longum alioqui ævum duratura. Idcirco, huic parti providere volentes, statuimus, ordinamus et volumus, ut vestimenta, calices, et alia vasa et ornamenta sacra, jocalia, libri, et alia quæ ad sacellum

Custody of chapel vestments, plate, books, &c.

Digitized by Google

attinent, nisi forte eorundem quædam tutiori loco fuerint recondenda, ex nostra aut aliorum largitate dicto collegio, ut divina officia honorificentius peragantur, collata aut ex bonis collegii acquisita, in sacrario sive vestiario tuto reponantur aut reserventur; nisi quando ad divina officia sunt extrahenda: quæ ullo unquam tempore, quocunque alienationis titulo, in aliam personam transferri seu impignorari districte prohibemus, aut eadem extra collegii septa quoquo modo deferri, nisi gratia emendandi aut reparandi aliave ardua et necessaria causa, per Decanum vel eo absente Subdecanum, censores, præfectos ærarii, et sex alios ex tredecim senioribus collegii nostri canonicis, approbanda, ea ad tempus exportari contigerint. Quæ omnia, quantum ad alienationem, impignorationem, mutationem, exportationem, commodationem, volumus observari in vasis, poculis, salinis, coclearibus et aliis necessariis, argenteis vel aureis, pertinentibus ad aulam, panarium, potarium, aut cubiculum Decani aut aliorum quorumcunque, ac etiam in libris qui ad bibliothecam attinent, aut qui canonicis per indenturas commodantur. Illud quoque adjicimus, ut in bibliothecam nullus inseratur aut catenetur liber nisi sit competentis pretii aut utilitatis, nisi id præceperit voluntas donatoris, nec inde extrahatur, nisi fortasse abundent de ea materia, aut alius eo melior et majoris pretii, qui ejus locum suppleat, ab aliquo donetur; ita ut libri qui sunt pretiosiores, et in quacunque facultate magis utilem ad studium scolasticum complectuntur materiam, in bibliothecam reponantur. Alios vero indignos bibliotheca, aut quorum exemplaria in ea satis affluant, permittimus ut canonici nostri collegii recipiant per indenturas inter Decanum, vel eo absente Subdecanum, et unum censorum, aut alicujus eorum absentis deputatum, ac illos mutuo recipientes. In quibus indenturis, in manibus Decani vel Subdecani ad exitum anni remansuris, inscribantur initia secundorum cujuslibet libri foliorum ita commodati. Quas indenturas cum libris tempore convocationis infra statutæ referant vel referri faciant, ac de libris mutuo recipiendis novas faciant indenturas, sub pœna perditionis convictus per unum mensem. Quam librorum commodationem et distributionem, ac in quodam registro chartaceo sive papiri inscriptionem, volumus perfici intra octo dies post kalendas Octobris. In qua distributione, omnes libri theologiæ inter Magistros, libri autem philosophiæ et mathematici etiam Græci inter baccalaureos et secundi ordinis canonicos, juxta arbitrium Decani, unius censoris et unius præfecti ærarii, aut, Decano absente, Subdecani et cæterorum prædictorum, dividantur; nisi voluntas donatoris expresse repugnaverit. Permittimus tamen ut, si forsan posthac, ex largitate donatorum, de eadem materia tot abundent libri ut etiam inutilis sit canonicis mutatio, tunc, ex consensu Decani et majoris partis seniorum, vendantur ad utilitatem collegii; quod etiam volumus observari et in aliis rebus mobilibus inutilibus, et quæ tempore putrescant, quibuscunque nostro collegio collatis, nisi obstet et expresse

Alienation or pawning of Chapel vestments, plate, &c.

Or of plate and utensils of the Hall, &c.

Care of books in the library.

Loan and distribution of books.

Sale of superfluous books and goods.

Digitized by Google

adversetur donatoris voluntas. Hoc insuper statuto, facimus potestatem Decano, necnon singulis canonicis et sacelli ministris juratis, accedendi ad bibliothecam, venia semel a Decano vel Subdecano petita et obtenta; nisi postea eorum aliquis per eosdem vel eorum alterum expresse prohibeatur. Concedimus quoque ut eorum quilibet, venia a Decano et Subdecano obtenta, habeat clavem propriam, qua libere valeat ingredi et egredi; ita ut non inducat extraneos, nisi cum quibus ipse, vel alius dicti collegii canonicus aut sacelli minister juratus, velit continue personaliter adesse, et pro quibus etiam velit, si quod damnum perpetraverint, respondere. Adjicimus quoque ut quicunque nostri collegii bibliothecam ingredientes, libros quos invenerint apertos claudant; advertant etiam ad fenestras, ne ex oriente vento aut pluvia inferatur damnum aut vitro aut libris. Et quoties quis exierit, neminem ibidem relinquens, ostium obseret. Si quis vero in hiis deliquerit, pœnam quam de Latino sermone observando posuimus eum incurrere volumus. Præterea, statuimus ut de omnibus libris in bibliotheca repositis fiat registrum duplex in membranis, unum in ea, alterum apud Decanum, permansurum. Fiat etiam et aliud registrum in membranis de hiis qui mutuo canonicis collegii nostri dabuntur, apud censores remanens; ac quotiescunque donabuntur alii statim in eorum altero inscribantur registro. Inscribatur quoque in eo libri sic donato, in folio quo commodius poterit, hujusmodi clausula, "Liber collegii Cardinalis, ex dono N.", adjectis nomine et cognomine donatoris. Volumus insuper quod de vasis, ornamentis et aliis bonis collegii quibuscunque, apud Decanum permanentibus, fiant in primo ejus ingressu, antequam eis utatur, ac postea singulis annis infra triduum post electionem officiariorum, indenturæ inter Decanum et ærarii præfectos, sub visu et testimonio censorum et trium aliorum canonicorum maxime seniorum. Fiant etiam inter Subdecanum et ærarii præfectos indenturæ de hiis quæ erunt in custodia ærarii præfectorum. Verum, ut redeamus ad sacellum, volumus etiam ut omnia et singula ad illud attinentia in quodam registro conscribantur, ac in donariis, cum mentione nominis aut cognominis donatoris. Quod etiam observari volumus in vasis aut aliis ornamentis aulæ aut cubiculis datis. Volumus, insuper, ut de rebus sacelli omnibus fiant indenturæ inter Decanum et sacristam; mandantes ut singulis annis, intra octo dies ante vel post festum Sanctæ Trinitatis, coram Decano vel Subdecano et uno saltem censore, aut ejus absentis deputato, pariter et ærarii præfecto, ostendantur realiter, visibiliter et distincte, omnia vestimenta, calices, vasa, libri et alia ornamenta sacelli in dictis indenturis contenta; ut sic apparere valeat si aliqua ex prædictis fuerint perdita, subtracta, dilacerata, rupta aut deturbata; et quæ necessario emendanda fuerint, tempore debito et opportuno emendari et refici valeant. Fiat insuper registrum, ad modum indenturarum, bipartitum de omnibus jocalibus in turri repositis et conservatis:

Admission to and key of the Library.

Register of the books.

Register of books lent.

Indentures of vessels and goods.

Inventory of property in chapel.

Indentures of chapel property, and annual inspection.

Register of jewels in the Tower.

Digitized by Google

cujus unam partem ibidem, in una cista ad id ordinata, continuo remanere volumus, alteram vero partem in custodia Subdecani. Sit etiam unum amplum registrum saltem chartaceum, in quo omnia prædicta conscribantur; quod quoties opus fuerit renovetur.

General register.

De cistis, et sigillo communi.

Chest for custody of the common seal, patent of Foundation, etc.

Use of the common seal.

Unde gravius imminet a negligentia periculum, ibi major est cautio diligentiæ adhibenda. Itaque volumus, statuimus et ordinamus, ut sigillum commune nostri collegii, literæ patentes regiæ de licentia fundandi, quam de concessione terrarum, ac etiam bullæ Apostolicæ, necnon carta fundationis ipsius collegii, in quadam cistula tribus seris obserata reponantur et includantur. Quo sigillo communi mandamus ut nihil unquam signetur nisi quod ante plene et aperte in altero registro, videlicet, indenturarum, obligationum, acquietantiarum et hujusmodi, vel registro præsentationum ad beneficia, admissionum, electionum et talium, (volumus enim habere duo) scribatur, et cum registro in sacello collegii publice conferatur et perlegatur: et per Decanum ac majorem partem omnium primi ordinis canonicorum, super hujusmodi scripto mature et communiter deliberatum sit et per eosdem approbatum. In quorum præsentia dictum commune sigillum in* parva cista prædicta, dicti collegii sacello et non alias aut alibi unquam aperienda, extractum, hujusmodi scripto apponatur. Aliæ autem literæ quæcunque, obligationes, indenturæ sive scripta, cujuscunque tenoris, quocunque nomine censeantur, prædicto communi sigillo aliter aut alibi sigillata, omni careant robore firmitatis, ac pro cassis, irritis et inefficacibus, habeantur. Et si secus fiat per Decanum aut alios nostri collegii, omnes et singulos qui, contra formam præscriptam, sigillum nostrum commune prædictum alicui literæ, obligationi, indenturæ seu scripto, aut albæ chartæ seu pergameno vel membranæ non scriptæ cuicunque, apposuerint, et qui ad id faciendum consenserint, præter pœnam perjurii quam ipso facto eos incurrere volumus, ipsos a dicto collegio privatos decernimus eo ipso, et nihilominus ad satisfaciendum pro damnis et injuriis collegio ea occasione illatis seu inferendis arctius remaneant obligati; et ad hoc vigore nostri præsentis statuti teneantur. Sint etiam duæ cistellæ quæ cistæ mutui vocentur; quarum utraque tribus seris sit obserata. In quarum una reposuimus† in altera vero† ex quibus possent præfecti ærarii, cum opus fuerit, a dictis ejusdem cistellæ clavigeris, per modum mutui et per summarum, sua ipsorum manu, in magnis indenturis et registro ejusdem cistellæ chartaceo inscriptionem, pecunias accipere; quas pecunias mutuo ita acceptas, vel tantundem, ipsi præfecti ærarii in fine anni ante computum suum, ad dictas cistellas plene et integre resti-

Penalty for breach of statute respecting use of common seal.

Loan chests.

* So in MS.: read "ex"? † Blank in MS.

Digitized by Google

tuere teneantur. Sit etiam et altera cistella majuscula tribus seris obserata, in qua reponantur omnes pecuniæ provenientes de excrescentiis communarum et redditiuum, et ex proventibus computi præfectorum ærarii; quæ omnes pro litibus et placitis defendendis, necnon pro possessionibus amplioribus, si oporteat, acquirendis, tutissime conserventur. In qua sit unum registrum, in quo, fine cujusque anni, scribatur quantum inferatur quantumque in ea tunc contineatur; aut, quoties extrahendi occurrat necessitas, inscribatur summa extracta, cum causa et præsentium nominibus. Et uniuscujusque istarum cistularum prædictarum claves inter se diversas habeant Decanus unam, Subdecanus alteram, censor artium senior tertiam. Et hæc cistella pro placitis, et duæ aliæ; videlicet, ea in qua collocavimus sigillum et una mutui, in qua* reposuimus; in una majori et forti cista includantur tribus seris obserata; quarum claves servent duo præfecti ærarii et artium censor junior. Quæ cista major in superiori parte turris collocetur; ubi etiam alia reponatur cista magna, valida bene munita ac tribus seris obserata; quarum claves servent Decanus et censor artium senior, et senior præfectus ærarii; in qua custodiantur vasa et alia quæ non erunt in quotidiano usu. Quæ cista suum habeat registrum, in quo scribantur omnia et singula in ea contenta, ac etiam, si quidem ex urgente causa opus erit aliquid eorum extrahi, scribantur in eodem dies et causa extractionis et restitutionis, ac præsentium in extractione et restitutione nomina. Ostia autem hujus superioris in turre cameræ tribus variis seris obserata sint; quorum claves servent Subdecanus, junior artium censor, et junior præfectus ærarii. Sit etiam, præter hæc, una cista in thesaurario duabus seris obserata, quarum diversas claves habeant inter se duo præfecti ærarii, pro pecuniis de proventibus collegii per eos receptis atque de eisdem ibidem securius ac tutius conservandis, quantæ sufficient ad onera quotidiana supportanda; residuum vero pecuniæ receptæ perducatur ad cistam in turri et in ea reponatur.

Chests for surplus rents, &c., to be applied to defence of suits, &c., with register.

Keys of chests, &c.

Larger chests in the Tower.

Treasury chest.

De evidentiis, munimentis, et scriptis.

Magna præsidiorum pars perit ac tollitur, dum mole confusanea ac nullo digesta ordine præparentur. Proinde, cum in hujus nostri collegii scriptis et evidentiis munimentis defensiones consistant, quibus calumniantium litigatorum malitiis resistatur, multo cum tutior tum expeditior defensio fiet, si ea omnia ordine quodam ac veluti in statione fuerint collocata: idcirco etiam statuimus, ordinamus et volumus, quod tot diversæ [†sint cistæ?] quot ad evidentias, munimenta et scripta, securius conservanda sufficient. Ita quod in una earum, valida et secura, tres diversas seruras habente, quarum diversas claves inter se habeant Decanus

Muniment chests.

* Blank in MS. † Omitted in MS.

Digitized by Google

et Subdecanus et censor theologiæ, custodiantur omnes bullæ Apostolicæ et processus inde sequentes, approbationes ecclesiarum, ordinationes vicariorum, cartæ regiæ et aliorum dominorum ac dominiorum, cæteraque munimenta et originalia, præsertim quæ magis recolenda et majoris ponderis sunt, et liber originalis omnium statutorum nostrorum; relaxationes etiam omnes et singulas ibidem securissime conservari volumus et strictissime præcipimus. In alia vero cista ibidem reponantur et custodiantur omnia registra, copiæ et transcripta bullarum Apostolicarum et cartarum regiarum et aliorum dominorum ac dominiorum, statutorum etiam et ordinationum nostrorum, munimentorum et evidentiarum quarumcunque. Rotulo vero computorum præfectorum ærarii de expensis dicti collegii, ac etiam rotulorum* de maneriis et possessionibus suis spiritualibus et temporalibus, rotulos etiam curiarum et extentarum pro bundis et metis, rentalia, quem† duodecimo vel ad omne minus vicesimo anno renovari volumus, in diversis scriniis inter se divisis, et ad hoc in eadem camera per nos ordinata [positis?]‡ custodiri volumus. Insuper, strictius inhibemus Decano et singulis utriusque ordinis canonicis collegii nostri ne ad ostentationem evidentiarum seu earundem copiarum proni seu festini nimis fiant, et præsertim in hujusmodi in quibus tangitur jus seu titulus possessionum collegii; sed tantummodo sit ostensio hujusmodi cum deliberatione matura cum ad hoc moveat urgens causa et necessaria valde, cum etiam prudentum consilio in quibus maxime confidunt præ cæteris; ut sic evitentur imaginationes, inventiones curiosæ nimis, et pericula quæ inde subsequi poterint.

Exhibiting evidences.

De bonis et possessionibus non alienandis.

Tametsi eos hujusce nostri collegii bona fideliter et servaturos administraturosque bene et ominamur et speramus, quicunque hoc nostrum tam pium institutum propositumque prudenter ac diligenter perpenderint, non temere tamen facturi videbimur si prudenti cautione prospiceremus ne bona ejusdem collegii nostri prædicti unquam ab eodem alienarentur. Statuimus, volumus et ordinamus, ut maneria, advocationes, jus patronatus ecclesiarum, terras, tenementa, redditus, servitia, nativos, solum vel aream ubi domus fuit, silvam aut boscum, prata, pascua, pasturas, seu alia bona immobilia quæcunque nostri collegii, spiritualia vel temporalia aut mixta, nullo modo aut colore alienent; nisi forte contigerit eos aliquando habituros domos in urbibus aut oppidis, aut alia ædificia, maxime molendina, quæ magnas semper requirunt reparationes, et parum terrarum, pascuorum aut redditiuum, ad ea pertineat. Talia nempe permittimus pro terris, pratis, pascuis, pasturis, redditibus, concurrente unanimi consensu Decani, Subde-

Alienation of lands, &c.

* Sic in MS. † Sic in MS.: read "quæ." ‡ Omitted in MS.

Digitized by Google

cani, et majoris partis canonicorum primi ordinis, ac Patroni collegii, permutari. Adjicimus quoque ut nihil prædictorum quorumcunque, ullo tempore vel ad terminum vitæ cujusquam, aliter quam nunc prædictum est alienetur sive impignoretur. Nolumus præterea ut maneria aut firmas ultra viginti annos, aut ecclesias appropriatas aut portiones ultra decem annos, ad firmam aut alio modo alicui tradant seu dimittant; nec per scriptam aut aliter ad ulteriorem dimissionem post lapsum dictorum annorum collegium sub quovis colore obligent, sub pœna perjurii ipso facto. In maneriis tamen et locis ubi terræ tenentur secundum consuetudinem manerii, et servantur curiæ, observetur illorum consuetudo. Rursus, si quæ terræ aut tenementa pervenerint imposterum ad dictum collegium per escaetam sive forisfacturam, defectum hæredum, per donum vel emptionem, vel alio modo, illa possunt per copias secundum consuetudinem manerii, vel indenturas, ut præfertur, dimittere. Indenturæ quoque, cujuscunque dimissionis erunt, inter Decanum et canonicos primi ordinis, ex una parte, et recipientem seu recipientes ex altera parte, conficiendæ, sigilloque communi dicti collegii et recipientis sigillandæ; et apponatur hæc clausula in omnibus hujusmodi indenturis, quod hujusmodi tenentes terras, tenementa, beneficia, portiones, aut quæcunque alia ipsa vel aliquam partem eorundem, non alienabunt, nec terminum aut tempus sic eis concessum aliis personis quibuscunque concedant seu qualitercunque tradant, sine licentia speciali et consensu Decani et canonicorum primi ordinis prædictorum; et ad omnes particulas in hujusmodi indenturis contentas debite observandas, recipientes, una cum fidejussoribus, in summa convenienti collegio sint omnino obligati. Et quanquam supra prohibemus maneria et firma magna ultra viginti annos per indenturas dimitti et locari, permittimus tamen ut areæ in urbibus, oppidis, villis et vicis, ac etiam horti, gardinia, et hujusmodi particulæ minutæ, per perticas aut pedes limitatæ, possunt tradi seu dimitti ad quinquaginta aut ad summum sexaginta annos. Statuentes, præterea, ut Decanus et primi ordinis canonici prædicti nostri collegii pensiones annuas vel cantarias perpetuas, aut corrodia aliqua, nullo pacto ex nostro collegio concedent, nec ad aliqua onera spiritualia aut temporalia nostrum collegium imperpetuum vel ultra terminum quadraginta annorum obligent quovismodo; nisi, pro hujusmodi onere supportando, suaque indemnitate et interesse, redditus et possessiones perpetuas ad omnia hujusmodi onera supportanda sufficientes, ita ut quarta saltem pars reddituum et possessionum hujusmodi singulis vel plerisque et communibus annis imperpetuum, ultra omnia alia onera de claro, in omne ævum collegio proveniat, pro collegio adepti et nacti fuerint et quiete possideant; ut videlicet ad onus hujusmodi trium librarum collegio inferantur redditus et possessiones perpetui ad valorem quatuor librarum ultra reprisas, singulis annis continuum, vel saltem plerisque, et ita proportionaliter. Ita quoque ut, decrescentibus aut deficientibus, citra

Length of leases.

Tenure by copy of court-manor.

Clause in leases against under-letting.

Length of leases of plats of ground in towns, gardens, &c.

Granting pensions and corrodies.

Digitized by Google

culpam aut fraudem Decani aut canonicorum, illis redditibus et possessionibus, decrescat aut deficiat pars oneris vel ipsum totum onus proportionaliter respondens, probabiliter eventurum, consilio canonicorum primi ordinis, ut præfertur, minime requisito.

De portis et ostiis.

Qui solus est usus portarum frustrabitur si vel ullo sine delectu omnibus pateant vel non suo tempore recludantur: nec aliud perinde morum continentiam dissolvit atque libera vagandi oblata occasio, cui portarum repagulis solet occurri. Itaque ut hiis tum claudendis tum recludendis modum aliquem certum præscribamus, statuimus, ordinamus et volumus, ut portæ* maneant clausæ et seratæ; nisi forte ex causa vecturæ lignorum, carbonum, lapidum, tegularum aut aliorum necessariorum, ad collegium aut inhabitantes. Janua vero magna et principalis sub turri non aperiatur in toto, nisi causa vecturæ, aut mandato Decani vel Subdecani, aut utroque absente ejus deputati. Ostium vero sive portula in eadem, singulis diebus, a primo die Octobris usque ad primum Martii, illico post finitam magnæ campanæ pulsationem, quam fieri volumus singulis diebus prædictis statim post horam octavam noctis, extunc per unam horæ quartam duraturam, claudatur. Mane vero, singulis diebus prædictis, nisi ex causa rationabili per Decanum aut eo absente Subdecanum, aut utroque absente per eorum deputatum, approbanda, idem ostium sive portula aperiatur ante horam quintam. Singulis vero diebus, a primo die Martii usque ad primum Octobris, idem ostium, statim post pulsatam campanam magnam, id quod fieri volumus illico post horam noctis nonam, ex tunc per unam horæ quartam duraturam, claudatur; et similiter mane ante horam† aperiatur. Claudantur, præterea, omnes portæ ac ostia prædicta, singulis diebus, tempore prandii et cœnæ, et hoc a principio usque ad finem. Nec liceat dicta ostia semel clausa ante tempus statutum aperire, nisi ex causa necessaria per Decanum vel eo absente Subdecanum, aut ambobus absentibus Subdecani deputatum, et unum censorem prius approbata, vel in crastinum merito approbanda. Claves autem dictarum portarum et ostiorum in custodia Decani, et eo absente Subdecani deputati, interea saltem noctu remanere volumus.

Closing the gates and doors.

De modo procedendi contra Decanum criminosum.

Etsi bona spes sit perpetuo futurum ut quisquis tandem in collegii nostri Decanum asciscetur, idem suo muneri et susceptæ provinciæ ita velit respondere ut nunquam illi in mentem veniat quid possit potius quam quid debeat facere, qua sane cogitatione

* Line left blank in MS. † Blank in MS.

Digitized by Google

non alia potest esse reipublicæ pestilentior; tamen, cum rerum eventus certissime doceat solam impunitatis persuasionem, nullius quidem superioris animadversione immunitam, grassatoriam peccandi libidinem animis etiam generosis interdum addere solere, huic etiam reipublicæ nostræ admodum conducibile visum est, si illius quoque summo magistratui pœnas certo quodam ordine infligendas, quoties ipse juramenti sui religionem violaverit, decerneremus. Quamobrem statuimus, ordinamus et volumus, ut Decanus quicunque, propter terrarum, tenementorum, redditiuum, possessionum spiritualium seu temporalium, sua culpa diminutionem, seu alienationem illicitam bonorum et rerum ipsius collegii, infamiam, incontinentiamque notabilem, negligentiam intolerabilem, homicidium voluntarium aliamve causam enormem, ipsum Decanum omnino reddentem criminaliter irregularem vel aliter inhabilem; necnon propter infirmitatem infectivam et contagiosam perpetuam, cujus occasione non poterit absque scandalo hujusmodi officium exercere; ab eo penitus amoveatur. Ad cujus amotionem hoc modo procedatur: videlicet, ut statim vel saltem infra quindecim dies postquam aliquod præmissorum commiserit vel in eorum aliquod inciderit, primo per Subdecanum, assistentibus ei aliis duobus officiariis clavigeris et duobus aliis primi ordinis canonicis, et tredecim simpliciter senioribus dicti collegii, vel saltem cum assensu et assistentia, moneatur Decanus et suadeatur ad voluntarie cedendum ab officio. Quod si sponte infra triduum cedere noluerit, tunc infra octo dies post hujusmodi monitionem, Subdecanus, assensu et testimonio omnium primi ordinis canonicorum dicti collegii, vel saltem omnium prædictorum, modo aliquo prædicto sibi in Decani monitione assistentium, vel, ipso nolente aut negligente, dictus censor artium senior cum assensu et testimonio prædicto, denuntiabit domino Eboracensi Archiepiscopo aut, eo in remotis agente, vicario in spiritualibus generali, seu, sede Eborum vacante, custodi spiritualitatis ejusdem, per duos aut tres ipsius collegii canonicos primi ordinis seniores, cum literis aliquo sigillo autentico ac signo et subscriptione alicujus notarii publici signatis, vel saltem loco sigilli autentici subscriptione dicti Subdecani vel artium senioris censoris, et prædictorum assistentium, ac notarii publici signo communitis, causas, defectus, crimina, excessus vel enormia, Decani continentibus. Proviso, quod omnes hujusmodi assistentes ac testimonium perhibentes, prius tactis sacrosanctis evangeliis, coram Subdecano aut censore artium seniore, ipso primo id coram eis præstante ac deinde a singulis illorum exigente, jurabunt quod non per invidiam, malitiam, odium vel timorem, ipsius Decani, amorem vel honorem alicujus promovendi ad illud officium, nec per conspirationem æmulorum aut confœderationem, nec per procurationem alicujus vel aliquorum, nec prece aut pretio aut alio quocunque modo illicito, inducti, sed solummodo pro bono zelo et utilitate collegii prædicti, et pro utiliori et con-

Causes for removal of Dean.

Mode of proceeding to removal.

Oath of witnesses against Dean.

Digitized by Google

Power in the Archbishop of York to adjudicate in cases touching removal of Dean.

venientori regimine ejusdem et honore, testimonium illud perhibebunt. Archiepiscopus vero Eboracensis vel, ipso in remotis agente, suus vicarius in spiritualibus generalis, aut, sede Eborum vacante, custos spiritualitatis ejusdem, de causis, criminibus, excessibus et defectibus, contra dictum Decanum propositis, summarie et de plano et extra-judicialiter cognoscat. Et, si per sufficientes informationes ministratas hujusmodi suggesta, quæ ad dicti Decani amotionem sufficere debeant, reperiat esse vera, statim, aut saltem infra triduum proxime sequentem, ipsum ab officio suo et administratione sua amoveat sine ulteriore dilatione; dictique collegii canonicis primi ordinis denuntiet et injungat ut ad electionem novi Decani libere procedere valeant et debeant, juxta formam in statutis superius expressam, cessantibus appellationis, recusationis, querelæ, aut cujuscunque alterius juris et facti, remediis, quibus hujusmodi amotio valeat impediri aut differri; quæ omnia irrita esse volumus, statuimus et decrevimus, ipso facto.

De modo procedendi contra utriusque ordinis canonicos in majoribus criminibus.

Offences for which Canons may be expelled.

Postquam eam esse ingeniorum naturam compertissimum habeamus, ut corrupta semel non modo non facile corrigantur, sed et sua veluti contagione reliquos inficiant, nec aliter quam ovis morbida totum (nisi segregentur) corrumpant ovile, scandaloque infirmas conscientias offendant; visum est cum primis et utile et necessarium de hujusmodi amovendis providere. Proinde etiam volumus, statuimus et ordinamus, ut si contra aliquem primi aut secundi ordinis canonicorum nostri collegii infamia oriatur super crimine hæresis, simoniæ, aut de perjurio manifesto vel furto notabili, homicidio voluntario, adulterio, incestu, injuriosa et atroci percussione primi aut secundi ordinis canonici, et læsionem valde gravem et a judicibus infra designatis æstimandam inferente, aut de iniqua et injuriosa licet non multum atroci percussione Decani, Subdecani vel alicujus officiariorum aut Doctorum nostri collegii, eorum alicui læsionem, dictorum judicum æstimatione non mediocrem, inferente; vel super aliquo crimine de majoribus criminibus, vel super eo quod notarius fornicator existat, aut quod conspirationes illicitas contra statum collegii fecerit aut inierit, vel alias fieri procuraverit, vel facientibus conspirationes hujusmodi præstiterit consilium vel favorem; aut aliquod damnum, præjudicium vel scandalum, judicum hic designatorum sententia multum grave, dicto collegio per ipsum generetur; et præmissa vel eorum aliquod, coram Decano, assistentibus ei Subdecano, censoribus et ærarii præfectis, vel saltem uno censore, uno ærarii præfecto, et aliis tribus ex tredecim maxime senioribus, publice confessus fuerit, vel per testes idoneos prædictorum judicio approbandos, aut per facti coram eisdem evidentiam, manifeste reus

Judges in cases against Canons.

Digitized by Google

eorum judicio et sententia convictus fuerit, eum statim, nulla alia monitione præmissa, exclusum et privatum fore ipso facto decernimus, absque cujuscunque appellationis vel querelæ remedio.

De punitione utriusque ordinis canonicorum in minoribus criminibus.

Eam demum rempublicam rectissime institutam arbitramur, in qua et humanæ fragilitatis habita sit ratio et ad modum delictorum pœna attemperetur. Nam ut nemini sine vitiis nasci conceditur, sic repressa in minoribus peccandi audacia ad frugem aliquando bonam profuisse putatur. Atque ideo statuimus, ordinamus et volumus, quod si quis canonicus alterutrius ordinis aut minister collegii nostri prædicti crimen vel delictum aliquod de levioribus commiserit, de quo probabiliter coram Decano vel Subdecano et uno censorum fuerit convictus; veluti inobedientiam non pertinacem aut irreverentiam nequaquam gravem contra Decanum vel Subdecanum, aut contra suum seniorem, sive jurgium breve vel verbum indecorum cum Subdecano, censoribus ærarii, seu levis contentio per eum in dicto collegio vel extra fuerit suscitata; vel alio modo leviter excesserit seu deliquerit, per quod grave scandalum sibi vel collegio minime generetur; is per Decanum vel Subdecanum corripiatur de commissis, et moneatur attente ne post talia attentare præsumat. Quod si postea in eodem vel consimili sic iterum delinquat, si nostris statutis alibi de hujusmodi crimine, delicto, vel pœna pro eo infligenda, aut ad quorum arbitrium pro eo puniri debeat, expressa mentio facta fuerit, tunc secundum exigentiam eorundem puniatur et castigetur. Quod si in eisdem de hujusmodi delicto vel pœna expressa mentio facta non fuerit, nec ad quorum arbitrium pro eo puniri debeat, tunc secundum excessum et delicti qualitatem Decanus, vel Subdecanus, cum consensu unius censoris, eum corrigat puniatque pro commissis, per convictus ad tempus subtractionem; vel, in aula vel solus, dum cæteri prandeant, solo pane et potu, quandoque sola aqua cum pane, appositis sedeat; aut per injunctionem ut, per horam vel horas cum minime vellet, aliquid scribat aut componat in bibliotheca, quod quidem scriptum sit paratus ostendere cum prædicti jusserint, ne videatur conterere tempus: cui quidem injunctioni si non effectualiter paruerit, augeatur pœna pro inobedientia. Quas pœnas aut correctiones præmissas culpabilis in ea parte absque contradictionis, appellationis vel querelæ, obstaculo, in virtute juramenti, sustineat patienter. Si postea eadem perpetraverit, acrius contra eum procedatur, prout aliis nostris statutis plenius continetur; quibus per hoc nostrum statutum nolumus in aliquo derogari, sed ipsa in suo robore volumus permanere.

Punishment of Canons for minor offences.

Arbitrary punishments for offences for which no penalty is expressed.

De subtractione et diminutione convictus, sive pensionis pro convictu.

Offences for which commons shall be withheld from Canons.

Ibi virtus augeri et crescere solet ubi suum inveniat diligentia stipendium, et convictus desidibus fuerit denegatus. Itaque statuimus, ordinamus et volumus, ut omnibus et singulis nostri collegii alterutrius ordinis canonicis communæ per nos ordinatæ et debitæ sustentationis* præstari debeant, quamdiu suis superioribus rationabiliter et humiliter fuerint obtemperantes, et cum suis æqualibus et inferioribus honeste et modeste se gesserint; necnon studio scholastico, lecturis, disputationibus ac scientiis seu facultatibus quibus incumbent, secundum formam in hiis descriptam diligenter vacantes ac etiam proficientes; necnon in divinis officiis et obsequiis, præsertim secundum formam in nostris statutis traditam, diligentes fuerint et assidui; ac juramentum suum ipsi collegio in eorum admissione præstitum bene conservaverint, ac bonis et probis moribus se laudabiliter habuerint. Quod si qui in præmissis vel eorum aliquo contrarium fecerint, et super hoc coram Decano vel Subdecano et altero censorum convicti fuerint, notabiliterve deliquerint, nisi ad monitionem et mandatum eorundem effectualiter se correxerint usque ad emendationem prædictorum judicio condignam, cesset in eorum personis exhibitio communarum prædictarum, et ab eisdem, vigore præsentis statuti et ordinationis, communæ sive convictus, auctoritate Decani vel eo absente Subdecani et unius censoris, sine favore, usque ad dignam, ut præfertur, emendationem, subtrahantur.

De numero et qualitate publicorum nostrorum Academiæ Oxoniæ professorum.

Want of public Professors in Oxford.

Quanto copiosius Deus optimus maximus gratiam ac beneficia cuiquam mortalium contulerit, eo magis sibi, ut vices et officia pro virili paria rependere et referre possit, omni conatu et solertia enitendum erit. Proinde, quum almam Academiam Oxoniensem publicorum professorum penuria et inopia, eorum quidem qui egregiam præ cæteris eruditionis famam obtinent, laborare; undeque non modo illam (utpote a suis sectandæ eruditionis causa desertam) paulo minus quam olim celebrem insignem habitam, sed etiam istis, a patria dulcissima factis exterioribus, soli cœlique subita mutatione, et intemperie interdum, e medio prorsus sublatis, interdum corpore vehementius affectis, Angliæ regnum non mediocrem ingeniorum jacturam facere, nimis manifeste nec sine ingenti animi nostri dolore videremus; coegit certe nos cum [amor]† Academiæ, quam ut alteram parentem veneramur atque amplectimur, tum summa illa quæ patriæ debetur pietas, consilium huic rei succurrendi inire et de adhibendo remedio cogitare. Altius ergo considerantibus nobis verissimum esse, artes honorem

* Sic in MS.; read "sustentationes."

† Omitted in MS.

Digitized by Google

alere, nec usquam Marones defuturos ubi suos inveniat eruditio Mæcenates, quodque, inter tot egregia ad fovendas bonas literas olim a majoribus edita facinora, hactenus apud nos extiterit nemo qui justum præstanti et summæ eruditioni stipendium dederit, aut magno ac laborioso ratio habeatur quæ possit domesticum quovismodo promovere; omnium hac in parte utilitati consulimus quam ab omnibus gerendam exoptamus. Itaque, in istis deligendis non genus, non patria, quoquo modo spectetur, longe tum absint privati affectus ubi publici commodi causa tractatur! sed illi cæteris omnibus præferantur, illisque has provincias demandari ac nostra stipendia, quæ ipsa ea demum gratia maxima constituimus, volumus exhiberi, qui cæteris eruditione prepollent, doctrina antecellunt, ingenio et naturæ bonitate vincunt, qui denique arte et docendi methodo sic valent, eamque docendi tum industriam tum diligentiam adhibuerint, ut auditoribus ante cæteros prodesse non minus velint quam possint. Horum tres, videlicet, qui theologiam, jus canonicum et philosophiam, profitentur, cælibes omnino esse volumus; qui in nostro collegio moram facient; neque conjugatos ad id muneris quoquo modo admitti volumus. Reliquos vero tres, qui jus civile, artem medicam et humaniores literas, profitebuntur, ut cælibes esse cupimus, si qui tales illis muneribus obeundis idonei reperiantur, ita permittimus ut, talibus deficientibus, conjugati asciscantur ac præficiantur eisdem; quos tamen omnino volumus ut seorsim in villa Oxoniæ cum familia habitent. Ita tamen ut Decano in reliquis sicut cæteri obedientiam debeant ac præstent, cæteraque subeant quæ de oneribus publicorum professorum infra statuimus. Quorum quisque in sua facultate illos libros, illisque temporibus ac locis, publice interpretabitur, quæ inferius de unoquoque specialius aperiemus.

Selection of six Public Professors.

Professors of theology, canon law, and philosophy, to be unmarried.

The rest may be married.

To be obedient to Dean.

De electione et juramento publicorum professorum.

Quoniam perversorum ingeniorum virus id efficit ut optimo instituta consilio, suo veluti contactu infecta, summam reipublicæ perniciem adferant, adeo ut interdum etiam unde jus æquissimum nasci oporteret, inde maximas oriri videamus;* non mirum cuiquam videri debet si nos plurimum animo vereamur, ne quæ stipendia optimis alendis professoribus in publicum omnium commodum proposuimus, neglecto a nobis præscripto fine, magna sint omnibus materia ambitionis; quæ secum, in quamcunque irrepserit rempublicam, innumera fere mala invehere solet. Cui rei ut certo præcavere non possimus et hominum malitiis in universum obviare, itaque ad istorum professorum electionem, adque omnem procul arcendam ambitionem pertinet† tanta diligentia prospicere volumus, ut quemcunque res ipsa eventum habuerit, nos consulte statuisse, illos si quid secus acciderit non satis ex fide

* An omission in MS. † Sic in MS.

Digitized by Google

paruisse, olim ducatur. Itaque, haud tutum esse arbitrantes multitudinis levitati committere quod sinceram optimatum gravitatem desiderat, statuimus, ordinamus et volumus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus, sex professores prædicti et eorum quilibet, intra mensem postquam eorum munera aut munus aliquod vacaverit, eligantur per Decanum collegii nostri, Subdecanum, et alios maxime seniores, ac reliquos publicos collegii nostri et Academiæ Oxoniensis professores, tunc in Universitate præsentes, et per commissarium Academiæ Oxoniensis qui pro tempore fuerit, ejusve vices gerentem, necnon per Præsidentem Collegii Novi, per Præsidentem collegii Corporis Christi, per Gardianum collegii Animarum,* per Gardianum collegii Sancti Martini, per Magistrum Collegii Lincolniensis, per Magistrum collegii Reginæ, per Magistrum collegii Universitatis, per Magistrum collegii Excetour, per Magistrum collegii Bailie, per Magistrum collegii Regii de Brasinnose, et per duos censores sive magistros scholarium Universitatis. In hac autem electione nullam juris solennitatem aut formam exigimus; sed volumus ut Decanus collegii nostri, intra † a tempore notitiæ vacationis alicujus muneris sive officii prædicti, convocet seu convenire faciat in sacellum collegii nostri prædicti illos omnes et singulos, tunc in Universitate præsentes, per quos electionem prædictam fieri supra decrevimus; atque ibidem, prius per unum Magistrorum perlectis statutis nostris de numero, de electione, deque stipendiis professorum prædictorum, Decanus prædictus, docta aliqua ratione, singulos electores adhortetur quatenus, juxta commissam a nobis fidem, publicæ Academiæ utilitati ac saluti, quæ hac quidem in re vel sola vel summa vertitur, velint prospicere consulereque, ac talem omnino ad vacantis professoris munus adsciscere quem sciant firmiterve crediderint eisdem obeundis, supra cæteros, maxime valere et idoneum fore. Deinde, diem ab illo tertiam et horam aliquam eisdem præstituat, qua ad electionem professoris aut professorum celebrandam rursus conveniant, ut interim secum deliberent quem juxta statuta nostra prædicta maxime idoneum provideant. Die vero et hora prædictis, in sacellum prædictum rursum redeuntibus præfatis electoribus, illis vero qui venire contemnunt nullo modo expectatis, Decanus prædictus ab illis omnibus et singulis qui tum præsentes fuerint corporale juramentum ab eisdem præstandum exiget, quatenus, sepositis privatis omnibus odii, invidiæ, consanguinitatis, affinitatis ac patriæ, affectibus, neminem in dicti professoris aut professorum locum jam vacantem nominare, eligere, sufficere sive subrogare velint, nisi quem sciverint certissimisque argumentis cognoverint huic muneri partibus omnibus obeundo maxime idoneum habilemque. Quod juramentum volumus etiam ab ipso Decano tunc præstari, illud exigente commissario sive ejus vicem gerente. Postquam autem hoc prædictum juramentum sic, ut præfertur, omnes et singuli

Nomination of electors of the Public Professors.

Manner of election.

Oath of impartiality in elections.

* Sic in MS. † Blank in MS.

Digitized by Google

electores præfati personaliter corporaliterque subierint ac præstiterint, primum Decanus, deinde commissarius, ac postea cæteri omnes electores suo ordine, nomen et cognomen ejus, quem ipsi maxime idoneum muneri professoris tum vacanti crediderint ac sciverint, in quadam scedula cum suis manibus communiter inscribant; illeque pro electo habeatur in quem major illorum omnium pars consensisse, facta connumeratione suffragiorum, reperiatur. Quod si dissenserint circa eligendum eum vel eos, sicque suffragia eligentium fuerint divisa ut nemo majorem partem totius numeri habere reperiatur, iterata semel atque iterum votorum perscrutatione, ille demum pro electo habeatur in quem majorem partem trium partium apparuerit consensisse. Quod si tam varie in multos dispersa vota fuerint ut nemo majoris partis trium partium suffragia habeat, ille pro electo censeatur in quem Decanus collegii nostri, commissarius Academiæ, et Præsidens collegii Divæ Magdalenæ, sive major horum trium pars, consenserint, et pro electo a Decano collegii nostri pronuntietur. Electus autem, si in exteris regionibus commoratur aut longe ab Universitate absens fuerit, volumus ut, viginti millibus passuum peragendo diurno itineri computatis, et sic habita ratione loci, tot diebus expectetur quæ peragendo itineri possent sufficere, computatis amplius viginti diebus. Cæterum, electo infra id tempus non accedente ut admittatur, ad electionem novi lectoris statim et omnino procedatur. Volenti vero venire, ut et de facto venienti, non denegetur a Decano admissio, sed absque mora aut difficultate incontinenti admittatur, et a tempore admissionis pleno et integro suæ lectioni assignato stipendio gaudeat, et illud percipiat pro rata temporis portione, absque diminutione quacunque, nisi ex causis infa scriptis fuerit mulctatus. Volumus vero, statuimus et ordinamus, ut nemo ad aliquod hujusmodi munus admittatur, nisi qui prius corporale præstiterit juramentum sub forma sequenti.

Mode of voting.

Time for admission allowed to one elected, if absent.

To be sworn previous to admission.

Forma juramenti electi in professorem publicum.

"Ego N., in publicum collegii vulgo vocati *the Cardynal College* et Academiæ Oxoniensis in N. professorem electus, juro per hæc sancta Dei Evangelia quod omnia et singula statuta per reverendissimum in Christo patrem Thomam Cardinalem, hujus Collegii Fundatorem, edita aut edenda, me aut prædictum meum munus qualitercunque concernentia, juxta reverendissimi Fundatoris prædicti præscriptum et voluntatem, fideliter ac inviolabiliter præstabo, exequar et observabo, ac in lectionibus et aliis exercitiis meis quibuscunque, juxta formam prædictorum statutorum, obeundis nullos unquam labores aut vigilias detractabo, sed diligentiam omnem, fidem, industriam dexteritatemque, pro meis viribus adhibebo, ut auditoribus meis tum publice tum privatim prosim. Item, si contingat me scire aliqua secreta dicti collegii, eadem in

Oath of a Public Professor.

Digitized by Google

Oath of a Public Professor.

damnum aut præjudicium ejusdem nulli unquam mortalium revelabo. Item, utilitatem, augmentum et conservationem bonorum, redditiuum, terrarum, possessionum, jurium, privilegiorum dicti collegii, defensionemque ac expeditionem negotiorum ejusdem quorumcunque, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem aut officium, posthac devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit, diligenter curabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem dictorum negotiorum, juxta posse, quoad vivam instabo. Item, quod non intromittam me in negotiis et rebus collegii, ut in electionibus et correctionibus, et aliis quibuscunque quæ pertinent ad bonum ordinem et regimen collegii; nec consilium, favorem aut auxilium, dabo alicui, ut aut statutis aut bono regimini adversetur. Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia, provocans invidiam, odium, iram, discordias, contumelias, rixas, jurgia, speciales vel præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum aut divitiarum, allegans, nec alias comparationes unde discordia [oriatur?] quovismodo faciam. Item, quod nec meis nec alienis negotiis aut obsequiis cujuscunque, etiam Regis, principis aut episcopi, etiam ordinarii cujuscunque, ultra* in eodem anno continuos aut diversis vicibus discontinuos, a prædicto collegio abero; nisi forsan ex causa rationabili et urgente, ad unum duntaxat mensem et nullo pacto ultra, per majorem partem eligentium prædictorum prius approbanda. Itaque, nulla ratione ultra † in uno et eodem anno menses continuos vel discontinuos quomodolibet abero, quantumcunque eligentium prædictorum consensus vel ordinarii auctoritas, interpretatio, vel Pontificis maximi vel sedis Apostolicæ alteriusve cujuscunque dispensatio mihi velit suffragari. Item, quoties continget me statuta prædicta meum officium concernentia, aut aliquam particulam in eisdem, violare aut non observare, pœnas omnes per Decanum collegii aut eligentes prædictos (quibus me in omnibus pariturum obtemperaturumque polliceor) secundum formam eorundem mihi infligendas, sine contradictione subibo et me humiliter subiturum promitto. Hæc omnia et singula observabo, sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Evangelia."

Volumus autem ut de hoc juramento statim fiat instrumentum publicum, signo et subscriptione alicujus notarii publici munitum.

Removal for refusal or evasion of oath.

Quod si quispiam, sic, ut præfertur, in publicum professorem electus et admissus, prædictum juramentum realiter non præstiterit, vel a quacunque persona spirituali vel temporali, sive Summi Pontificatus, sive Regalis aut cujuscunque alterius dignitatis, honore præfulgeat, aliquid impetraverit quod in enervationem prædicti juramenti sui quocunque modo cedere poterit, eo ipso ab officio amoveatur et extunc ipsius officium vacare decernimus, ac eligentes prædictos ad novi professoris electionem secundum formam supra a nobis traditam procedere eamque consummare

* An omission in MS. † Blank in MS.

Digitized by Google

debere sentimus et decernimus: mandantes ut amotus hujusmodi a suo officio, ut præfertur, nullum deinceps a collegio recipiat emolumentum, veluti convictum, stipendium, vestem, aut alia, quæcunque in nostro collegio, ratione dicti officii sui, esset alias percepturus.

Quid quisque publicorum professorum, quibusque temporibus et locis, profitebitur.

Longe diutius certiusque manent, ac multo diligentius observantur, quæ normam præscriptam et constitutam habent, quam quæ hominum judicio subinde mutabili pro arbitrio varianda relinquuntur. Quamobrem, visum est non modo generatim, quoad licet, præscribere quid quisque professorum publice profitebitur, verum etiam specialius explicare quibus locis ac temporibus lectiones suas facere teneantur. Itaque volumus, statuimus et ordinamus, ut lector sacræ theologiæ, hora ante meridiem nona et ab illa usque ad decimam signatam, singulis diebus profestis per annum, legat et quam poterit apertissime, dilucidissime et elegantissime, interpretetur scripturam Novi aut Veteris Testamenti canonicam, pro arbitrio Decani et sex maxime seniorum dicti collegii, et majorem partem præfectorum illorum quibus electionem eorum commisimus, eidem assignandam; vel, prout vicissitudo lectionis requirit, subtiles Scoti scholasticas quæstiones, illi a prædictis similiter limitandas. Volumus namque, ne scholasticæ eruditionis, cujus cognitionem divinæ philosophiæ tractandæ et hæresibus confutandis sane quam necessariam arbitramur, ignoratio subrepat, et ipsa ignota aut non satis intellecta (id quod fere hominum vitium est) contemnatur, ut alternis anni quartis Scotus, alternis Scriptura illa, videlicet in utrisque pars quam Decanus collegii nostri et eligentes prædicti assignabunt, ab eodem perlegantur. Artium vero humaniorum lectores, quoniam tum Græcæ, tum Latinæ linguæ, et rhetoricæ docendæ vacabunt, binas singulis diebus lectiones legent, quarum altera erit hora octava ante meridiem, altera vero hora post meridiem prima. Et in antemeridiana quidem lectione, pro supradictorum eligentium arbitrio et judicio, leget et enarrabit vel Ciceronis vel Quintiliani vel Trapezuntii, aut alterius cujuspiam insignis auctoris de arte rhetorica, præceptiones; ita tamen ut alternis anni quartis Ciceronis Orationes aut Quintiliani Declamationes, aut aliquid hujusmodi rhetoricarum exercitationum, pro prædictorum eligentium arbitrio auditorumque captu, interpretetur. In pomeridiana vero lectione, quam Græcæ linguæ discendæque locupletandæque destinavimus, volumus ut profiteatur vel elementarios aliquot Græcemorum rudimentorum auctores, si claudicorum adhuc in Græcis infantia altius aspirare non queat; vel, illis jam in ea lingua grandescentibus, legat interdum aliquam partem Orationum Isocratis, Luciani aut Philostrati, interdum vero Homerum, Aristophanem, Euripidem, Sophoclem, Pindarum aut

Lectures of the Public Professor of Theology.

Lectures of the Humanity Professors.

Digitized by Google

Hesiodum, vel alium quempiam ex antiquissimis poetis aut oratoribus Græcis. Professor item juris canonici, singulis diebus profestis per integram horam, enarrabit, hora ante meridiem septima, Decretales Summorum Pontificum, epistolas vel quas Divus Gregorius vel Bonifacius Pontifices in sua quædam volumina redegerunt; ita tamen, ut in illis interpretandis, a veterum eorum qui probatissimi censentur commentariis, præsertim in his quæ ad fidei negotium spectent, neutiquam dissentiant. Qua item hora septima, et per eam quidem integram et continuam, juris civilis lector suis auditoribus leget volumen aliquod Pandectarum sive Codicis, idque pure, simpliciter et ingenue, ad auditorum captum, profectum et commodum, non nimium videlicet neque frivole in volucris verborum immorando, sed ad Cæsaris Justiniani legum instauratoris factionem et mentem quod fieri possit quam proxime accedendo, a superfluis etiam allegationibus, quæ potius animos auditorum obtundunt, abstineat. Philosophiæ quoque professor, ad dictam item horam septimam et per eandem continuam, leget et explanabit Aristotelis in philosophiam naturalem, moralem aut metaphisicam, opera, necnon interdum Platonis volumina. Quorum auctorum opera, juxta quod auditoribus magis conveniat, pro eligentium prædictorum judicio, singulis anni quartis, alternatim ab eodem legi volumus et explanari. Hora autem post meridiem secunda, artis medicæ professor per integram eam horam leget Hippocratis, Avicennæ, sive alterius in medicinæ insignis auctoris, volumina, ita ut sese omnino attemperet ac demittat ad auditorum suorum captum, et opera prædicta legat et interpretatur ex eligentium prædictorum arbitrio. Porro, ut de locis ubi profiteantur constet, volumus ut interim dum publicis illis scholis et sedibus, quas publicis istis professoribus singulis singulas, cum suo tum auditorum suorum usui commodissimas, erigere et construere destinavimus, suprema artificum manus imposita fuerit, dicti professores suas lectiones legant singulis diebus, ut prædicitur, ad horas præscriptas, in collegio nostro; videlicet theologiæ, juris canonici, et humaniorum literarum, et medicinæ, lectores in sacello divæ Mariæ; lector autem juris civilis in communi aula collegii; lector autem philosophiæ in domo quondam capitulari; nisi forte Decano, Subdecano, ac tredecim senioribus aut majori parti eorundem, alia in prædictis locis lecturarum prædictarum legendarum dispositio ex commodo audientium faciendia videbitur. Et quanquam supra ut singulis profestis diebus dicti professores legerent adstrinximus, id tamen declaramus non debere ab eisdem præstari in tribus vacationum mensibus; videlicet, quatuor hebdomadis circiter festum Nativitatis, duabus circiter festum Michaelis. Nec etiam prohibemus quin ex urgente et necessaria causa, per eligentes prædictos prius approbata, etiam in termino, ad breve tempus abesse aut a lectione cessare poterint; dummodo alium prædictorum eligentium judicio substituant, qui interea vel eandem continuet lectionem aut saltem aliam per eosdem as-

Lectures of the Professor of Canon Law.

Lectures of the Professor of Philosophy.

Lectures of the Professor of Medicine.

Places for delivering the lectures.

Cessation of lectures in vacations, etc.

Digitized by Google

signandam. Adjicimus, præterea, ut singuli professores prædicti, singulis anni quarteriis, quoties, post vacationum dies quos a lectionibus feriatos supra descripsimus, lectiones suas denuo repetunt ordiuntque, auditores suos docta aliqua et elaborata oratione excipiant, qua non modo ad virtutum et literarum, quas illi profitentur, studia, verum etiam, beneficia hæc nostra commemorantes, ut pro nobis Deum precibus assidue solicitent (quæ duo duntaxat ab illis exigimus) quam maximis eloquentiæ viribus possunt, eosdem adhortentur. Qua finita oratione, volumus ut statim, alta voce ac in suggestis suis, dicant auditoribus suis, singulos alternos versus repetentibus, integrum hymnum "Veni Creator Spiritus," cum psalmo "De profundis," necnon versiculis et quinque illis collectis quas supra in titulo de Suffragiis præscripsimus pro nobis, Rege et Regina, parentibus item et benefactoribus nostris, dicendas. Similiter et in fine quarterii, quum lectiones suas intermittunt, auditores suos simili oratione dimittant, orationi subjungentes psalmum "De profundis," cum versiculis et collectis supradictis.

Orations in honour of Founder; with prayers.

De exercitiis per publicos professores observandis.

Jacet fere virtus et torpore languescit quæ externo illectamento non fuerit evocata. Quoniam latet possidentem quid vires valeant, ni frequentius quid possint faciat periculum. Quantumcunque secreta studia contulerint, habet alium et majorem exercitatio profectum. Nunquam victor a palæstra literarum discedet aut aliquem merebitur plausum, siquidem non nisi ab hiis exercitamentis unquam prodibunt qui vel facunde in templis concionentur, vel prudente sapientia mores moderentur, vel qui cum laude publicas Regum et regnorum legationes obeantur, vel denique in re ulla judicio valeant et oratione. Serum enim nimis est tum primum specimen edere cum omnia absoluta expectuntur; nec parum interim promovet studiorum industriam, quemque ut in hoc literarum studio vincere contendat, neve cæteris ignavior esse videatur, huic laudis assequendæ, huic vitandi pudoris aculeis sane acerrimis utrinque stimulari. Quocirca statuimus, ordinamus et volumus, ut singuli professores prædicti, in principio cujusque septimanæ, videlicet, die Lunæ si idem legibilis fuerit, aut alioqui proximo die legibili paulo ante cœptam et inchoatam lectionem suam, in ipsis scholarum ubi legunt foribus palam et publice affigant ac proponant unum aliquod thema, non sine delectu tamen et cura, sed quoque in ipsa quam profitentur arte versetur, nec otiosum si et cognitu inutile, sed omnino tale quo et teneræ adhuc mentes veluti sub nutricibus mollius alantur, et adulteriores uberiore quodam disciplinæ lacte ciboque saginentur. Quod thema volumus etiam ut post finitam lectionem, aut saltem inter legendum, ita tractent dicti professores ut et quasi fontes quosdam aperiant, unde et argumentorum sedes

Themes to be published, and treated by Professors.

quæ in utramvis thematis partem faciunt pariter et argumentorum confirmationes ac confutationes auditores suos petere oporteat; mox addant divitem quandam supellectilem et quasi silvam similium exemplorum, sententiarum, et exornationum cæterarum. Locos non aliquot auctorum judicet, et ubi idem thema tractatur, ut inde ipsi verborum ac sententiarum pariter et decori vim et probitatis naturam præcipuas, videlicet, tractandarum rerum partes, vel colligant vel imitentur. Ergo postea quam ad istum modum totius thematis imaginem quandam ac silvam subministraverint, ostenderint, sic sit jam facile velut ad certum scopum sagittas dirigere assuescant, jubeat singulos auditores diligenter quæ dixerit observare, ac in diem sabbati proxime sequentem, si legibilis fuerit, aut alioqui diem legibilem illum diem sabbati proxime præcedentem, idem thema suopte marte et ingenio quam fusissime poterint tractare. Quo die professores prædicti, hora solita et lectionibus destinata, post lectionem paululum inchoatam, ad thema quod jam ante auditoribus tractandum proposuerant, relicta lectione, redibunt, ac ex numero illo auditorum suorum qui illam lectionem et audiendi et exercendi gratia frequentant, de quibus in quaque facultate quales sint supra diximus, unum aliquem evocabunt, qui progressus in medium thema propositum oratione pro modulo ingenii et eruditionis suæ composita tractabit, ac clara et exaudibili voce pronuntiabit, laudem aut pudorem reportaturus. Qua in re omnem prorsus collusionem prohibemus, ut ne professores quenquam illorum clanculum præmoneant se illum eo die provocaturum; sic enim et ignavia fugabitur omnibus, dum suum jam quisque certamen expectat quod simul per cunctos in incerto obambulat. Deprehensi vero professores contra fecisse, ad arbitrium Decani et censorum puniantur. Professores etiam orantes auditores suos ea modestia tractabunt, ac erga eosdem eo vultus sermonisque temperamento utentur, ut animos addant magisque detineant, dejiciantve vitia non sermonis tantum verum etiam et dispositionis et inventionis si quæ inciderint corrigent, ac, illis sublatis, meliora reponent. Tum si quid alio loco dictum quod alio magis quadrabit, si quid additum quod non cohæreat, si quid præteritum quod inseri oportebat, si quod argumentum futile, vanum, translatitium aut alioqui vitiosum, si locus sit frigidior si languidius dictum quod acrius oportebat. sicubi a decoro fuerit recessum, si verbosius tractatum quod oportebat brevius, præscriptum quod fusius erat tractandum, id omne notatum dicti professores emendabunt intimabuntque, nodos et ambigua quæque aperient ac explicabunt; breviter, in illa exercitatione se tales exhibebunt ut et suscepto muneri satis, fecisse ac nostræ expectationi respondisse videantur. Porro, ut verecundiæ quorundam consulamus qui extra tempora constituta, ne quam, videlicet, molestiam adferant, lectores interpellare non audebunt, cum interim ipsi rerum obscuriorum luto obhærentes pedem proferre aut gradum promovere longius nequeant, neque [?]

The theme to be subsequently treated by one of the auditors.

Manner of lecturing.

Professors to reply to questions of auditors.

Digitized by Google

illos apertior explicatio extraxerit, unde magna sæpe studiis remora nascitur; volumus, statuimus et ordinamus, ut in lectionum temporibus, singulis Dominicis et festis diebus; nisi in quibus minora duplicia celebrantur, majora duplicia aut principalia festa; dicti professores singuli in scholas et loca, ubi legere solent, convenient, seque paratos expositosque exhibeant ad respondendum et satisfaciendum de quibuscunque per auditores suos tunc consultabuntur; nec detractent cum eisdem disserere, si quando iidem malint, argumentis decernere objectaque argumenta dissolvere et confutare, neque non hallucinantes et hæsitantes instruere ac docere. Et humaniorum quidem literarum professor etiam epistolas ac declamationes auditorum suorum, si quas attulerint, inspiciat, recognoscat, emendet. Juris autem canonici et civilis et medicinæ professores, ab auditoribus suis consulti, non modo a speculativa artium suarum parte, verum etiam de practica fideliter singuli responsitent, tamen ut ultra unam horam continuam illis impendere non cogantur, aut non venientes auditores amplius una hora expectare.

De oneribus publicorum professorum.

Ingens alterandi* occasio nascitur ubi quicquam obscuritatis apparuerit. Itaque, cum eo consilio statutorum editionem sumus aggressi, ut omnia quam apertissime ac suis etiam locis explicaremus, ipsam† videlicet ordinis nos ratio admonet ut, cum de publicorum professorum munere tractare cœperimus, onera ad quæ eos adstringi volumus statim subjungere non omittamus. Volumus enim, statuimus et ordinamus, ut quilibet publicus professor, quotidie cum e lecto surrexerit et priusquam cubiculum fuerit egressus, dicat flexis genibus "Libera nos," cum illis collectis quas a Decano ac unoquoque primi et secundi ordinis canonico, in titulo de suffragiis, dicendas præscripsimus. Dicat item quotidie quilibet publicus professor, sed qua hora diei commodius id poterit, psalmum "De profundis," cum suis collectis, quemadmodum a cæteris canonicis dici volumus in titulo prædicto de suffragiis. Volumus item ut primis et secundis vesperis, matutinis, processionibus, et altæ messæ, necnon exequiis solemnibus in fine cujuslibet anni quartæ celebrandis, item anniversario nostro et illustrissimi Regis Henrici Octavi, quemadmodum et cæteri canonici interesse tenebuntur, similibus ut illi si defecerint pœnis plectendi. In choro autem et processionibus, si Doctores in quacunque facultate fuerint, proxime post Decanum et ante omnes Doctores eant et sedeant. Si vero Doctores non fuerint, tunc proximo loco post Doctores et ante omnes baccalaureos theologiæ incedant ac sedeant. Quod si, juxta statutorum nostrorum præscripta, exequiis interfuerint solemnibus,

Prayers to be said by Public Professors; attendance at services, &c.

* Sic in MS.; read "altercandi"?

† Sic in MS.; read "ipsa."

Digitized by Google

quas quater in anno et in fine cujuslibet quartæ celebrari volumus, percipiat quilibet in singulis exequiis illis pro labore tres solidos et quatuor denarios. Anniversario nostro et illustrissimi Regis Henrici Octavi, ut in statutis inde editis cavetur, interessentes singuli, in unoquoque anniversario cui interfuerint quinque solidos. Volumus autem ut, quanquam ad plura specialiter non astringentur quam superius est expressum, sint tamen in omnibus mandatis licitis et honestis obedientes Decano aut, eo absente, Subdecano, illisque pareant sine murmure et contradictione quacunque, pœnam alioqui in canonicos pro consimilibus delictis aut contemptibus ex statutis nostris infligendas incursuri.

To be obedient to the Dean.

De stipendiis, convictu, et liberata publicorum professorum.

Ut officium beneficio rependatur, nec a laboribus emolumenta contra naturam sejungamus, sed quem molestias non piguit subire, laborem ejus etiam fructus consequantur, ac dignam præmii mercedem suscipiat qui legitimum certamen non detractaverit, justumque capiat victus alimentum qui condignos labores sustinuerit; idcirco volumus, statuimus et ordinamus, ut præter cubicula, quæ unicuique professorum singula singulis honesta, et habito respectu qualitatis personæ, per Decanum volumus in collegio assignari, in quibus etiam eos omnes, solis illis exceptis qui fuerint conjugati, cubare volumus, habeant etiam singuli annuatim pro stipendio et salario suo prout infra describimus: videlicet, lector theologiæ quadraginta libras, lector item humaniorum et Græcarum literarum quadraginta libras, lector vero juris canonici viginti libras, lector juris civilis viginti libras, lector philosophiæ viginti libras, lector artis medicæ similiter viginti libras percipiat, per æquales portiones singulis anni quartis, per manus præfectorum ærarii eisdem tradendas et solvendas. Percipiant, insuper, omnes et singuli professores prædicti, dum in collegio præsentes fuerint, convictum in mensa Subdecani in aula collegii nostri, illo ordine discumbentes quem supra in titulo de mensis præscripsimus; et pro singulis ipsorum imputentur de bonis collegii, singulis hebdomadis, duo solidi. Volumus etiam ut singulis professoribus prædictis, singulis annis circiter festum Omnium Sanctorum, quo tempore aliis collegii canonicis liberatas tradi statuimus, tradantur quinque virgæ panni, ejusdem coloris cujus et cæterorum canonicorum vestes liberatæ fuerint, valentibus singulis virgis quinque solidis. Præter quæ omnia et singula, volumus ut communis tonsoris et lotoris ministerio, in radendis barbis et lavandis vestibus, in omnibus fruantur et gaudeant, perinde ut cæteri nostri collegii canonici.

Stipends of Public Professors.

Commons and livery, &c.

De coercione publicorum professorum.

Cum duo potissimum instrumenta sint pœna et præmium, quæ

Digitized by Google

sua proportione liberata homines in officio firmissime contineant, atque is demum rectus suo gradu constiterit (alioqui in hac lubrica mortalium conditione facile prolapsurus) qui hiis veluti pedamentis utrinque fulciatur; sequitur ut qui publicorum professorum labori atque industriæ maximæ et insolita stipendia, nec nisi summæ eruditioni debita, veluti præmia virtutis præstituimus, ipsis in diversum mutantibus et muneri suscepto respondere aut recusantibus aut negligentibus, quo pacto, additis pœnis, vel subrigi vel reponi in gradum debeant, aut etiam si opus sit removeri, ordinem et modum præscribamus. Idcirco etiam volumus, statuimus et ordinamus, quod si quis lectorum prædictorum, cessante impedimento legitimo, per Decanum, Subdecanum, censores et præfectos ærarii collegii nostri, aut majorem partem eorundem, approbando, aliquo die legibili legere neglexerit, aut integram horam non perlegerit, pro qualibet semper vice discontinua qua sic destiterit, quadraginta denarii ex desistentis stipendio subtrahantur, et illius diei careat convictu. Quod si biduum continuum sine causa approbanda legere cessaverit, aut integram horam legere non curaverit, pro prima vice quadraginta, ut præfertur, denarii, et pro secunda unum nobile, una cum convictu illorum dierum, subtrahantur eidem. Si vero triduum continuum sine causa, ut præfertur, approbanda, cessaverit a lectione, aut horam integram non legerit, pro tertia vice decem solidis careat ex stipendio, et similiter illius diei convictum. Et ut crescente negligentia pœna pro portione multiplicetur, volumus ut qui quatriduum sine causa, ut præfertur, approbanda, legere cessaverit, integramve horam non legerit, servato ordine prædicto de pœna pro prima, secunda et tertia, vicibus infligenda, jam pro quarta vice octava parte annualis stipendii mulctetur. Si vero continue quinquies deliquerit, et sine causa, ut præfertur, approbanda a lectione cessaverit, aut, ut præfertur, integram horam non legerit, pro illa quinta vice quartam annualis stipendii partem amittat, cum illorum dierum convictu. Quod si adhuc negligentiam non purgaverit, sed sexies continuis aut non discontinuis vicibus, sine causa, ut præfertur, approbanda, a lectione, ut prædicitur, cessaverit, dimidiam partem stipendii annualis amittat. Quod si ne adhuc quidem resipuerit et se cum effectu emendaverit, sed per septem dies legibiles, sine causa, ut præfertur, approbanda, legere neglexerit, legereve horam integram non curaverit, Decanus collegii nostri, convocatis illis quibus lectorum electionem supra commisimus, aut saltem quot illorum tunc in Universitate præsentes fuerint, lectorem sic cessantem in eorum præsentia præteritæ negligentiæ coarguet, ac illum sui officii commonefaciet, et, illis audientibus, peremptorie admonebit quatenus seipsum corrigat et emendet, nec deinceps lectionis suæ munus tam negligenter deferat, sed eidem omni cum diligentia vacet et intendat. Qui coram electoribus sic correptus et admonitus, si deinceps semel aliquo uno die legibili in quo legere teneatur, sine causa

Penalties on Public Professors for neglecting their lectures.

Removal from office.

Digitized by Google

per Decanum, Subdecanum, et censores collegii nostri, approbanda, ut præmissum est, cessaverit, ab officio suo lectoris sine ulteriori cognitione sit ipso facto privatus; omni querela, appellatione, aut alio juris remedio contradictioneve quacunque, in ea parte cessantibus. Volumus, item, ut per similes pœnarum gradus adversus illum lectorem procedatur, qui in unius anni quarta discontinuis vicibus sæpius quam quinquies a lectione, sine causa, ut præfertur, approbanda, cessaverit. Et similiter adversus illum qui exercitationes quas præscripsimus non observaverit; videlicet, ut pro qualibet vice discontinua, usque ad numerum senarium exclusive, quadraginta denariis careat ex stipendio et illius diei convictu, ut præmittitur; sexta deinde vice qua in eadem quarta etiam discontinua cessaverit, sex solidis et octo denariis, septima decem solidis, octava vice octava stipendii parte, nona vice quarta parte, decima vice admoneatur modo prædicto; qui sic admonitus, si in aliquo die legibili aut per tres dies continuos aut decem discontinuos, sine causa approbanda, legere neglexerit, exercitationes, ut præscriptas, facere omiserit, ab officio lectoris in omne ævum amoveatur et sine alia causæ cognitione sit privatus. Adversus illum autem lectorem qui horas et dies diligenter observaverit, sed lectionem non perinde frugiferam fecerit aut studio et diligentia inelaboratam, ut muneri suscepto haud respondere videatur, aut non ad commodum et profectum audientium, hiis modis et ordine corrigi volumus et reformari; aut, eo adhuc negligente, a lectoris officio sine spe restitutionis omnino expelli. Primum, volumus ut Decanus collegii nostri, statim atque aliquem lectorum prædictorum operam lectioni suæ ad summam utilitatem auditorum non adhibere, sed tantum translatitie suo munere defungi, aut in exercitationibus supradictis se tam morosum et fastidiosum auditoribus præbere ut illis ad literas animum non addat, sed adjuvat potius illorum in literis progressum negligentius curare, intellexerit, cum consilio Subdecani, censorum et præfectorum ærarii, hujusmodi lectorem sui vitii, culpæ et negligentiæ, admonebit, atque ut pro stipendii ratione studium et operam lectionibus impendat, ac ut præteritam negligentiam futuro labore suo et industria reponat, adhortabitur; legendi vero modum et ordinem quem auditores in illo desiderant eidem specialius notabit, morum, si quæ fuerit, in hujusmodi exercitationibus difficultatem aut asperitatem illi tunc objiciet, et ab eisdem justis rationibus deterrebit; ad eum denique modum increpabit, et hanc admonitionem pro sua prudentia ita verbis et vultu attemperabit, ut et vocem mitis et benefici patris lector agnoscat et superioris auctoritatem revereatur. Quod si sic admonitus a Decano lector non resipuerit, sed adhuc aut parum industriæ lectioni adhibere aut suam morositatem retinere pergat, neque sese corrigere et emendare voluerit, vitium quod objicietur non agnoscens (qui primus esse gradus ad sanitatem putatur), sed illud veluti pro virtute usque ac mordicus retineat, Decani admonitionem respuat,

Further penalties on Public Professors for omission of lectures.

Removal for incompetence.

Admonition of negligent or incompetent Public Professors by Dean, &c.

Second, and public admonition.

Digitized by Google

contemnat aut negligat, ad illamve sese non attemperaverit, volumus ut Decanus, convocatis illis omnibus quibus lectorum electionem antea commisimus, quotquot videlicet eorum in Universitate præsentes fuerint, illisve venire recusantibus aut deferentibus, tredecim collegii nostri maxime senioribus, præfato lectori in eorum præsentia vitia, culpam et negligentiam, in præmissis denuo objiciet, et quo ordine antea admonuerit eisdem explicabit; quibus omnibus aut majori parti eorundem tunc præsentium si talia videantur quæ merito corrigi et reformari debeant, admonebit rursus eundem in eorum præsentia ut se corrigat cum effectu: post quam admonitionem si lector præfatus in aliquo objectorum culpabilis reperiatur, pro prima vice octava parte stipendii mulctetur, pro secunda quarta, pro tertia dimidia. Qui si ne sic quidem mulctatus se emendaverit, volumus ut rursum admoneatur per Decanum, ex consilio et assensu eligentium prædictorum aut majoris partis eorundem tunc præsentium, aut, ipsis venire contemnentibus, tredecim maxime seniorum collegii nostri. Post quam admonitionem, si lector in similia prolapsus fuerit, ipso facto a legendi munere sit exclusus et illo officio imperpetuum privatus. Volumus autem et districtius mandamus ut, si de aliquo in professorem electo concepta spes et opinio electores frustretur et fefellerit, ac facto legendi periculo, aut voce, aut natura, aut morum facilitate arteve docendi ineptus, seu reipsa indoctior quam aut putabatur aut ut talem provinciam sustineat apparuerit, et judicio majoris partis auditorum talis videatur, Decanus collegii, convocatis eligentibus prædictis, et dicti lectoris inidoneitate aut ineptitudine ostensa et judicio majoris partis illorum probata, non expectatis aliis monitionibus aut dilationibus prædictis, ad privationem lectoris hujusmodi et alterius in ejus locum subrogationem statim et indilate procedat. In reliquis autem omnibus majoribus vel minoribus criminibus aliisve negligentiis, alias per eosdem commissis et perpetratis, simili pœna subjaceant, et modis eisdem contra illos per omnia procedatur, quibus contra primi ordinis canonicos, editis speciatim titulis, procedendum statuimus et ordinavimus.

Deprivation of office.

Trial of a Professor elect.

Public Professors to be proceeded against, in greater or lesser crimes, as against Canons of the first order.

De anniversario illustrissimi ac potentissimi principis Regis Henrici Octavi et Katherinæ consortis suæ.

Non patitur hujus Regiæ majestatis benignitas vel ut usquam in hoc ævo aut spiritu aut fama nos vivere credamus ubi illius non spiret memoria frequenter, vel ut eidem nostras aut nostrorum preces non participemus, qui pro sua munificentia beneficia immensa nobis nostrisque participavit. Itaque volumus, statuimus et ordinamus, ut Decanus collegii nostri aut, eo absente, Subdecanus, statim et quamprimum prædictum invictissimum et potentissimum Regem ab hac vita concessisse (quod sero tamen futurum speramus) acceperit, ad exequias quanta maxima poterint solemnitate celebrandas, omnes primi et secundi ordinis

Celebration of obit and anniversary of King Henry VIII. and Queen Catherine.

canonicos, lectores, ac presbyteros et clericos conductitios, informatorem chorustarum et chorustas, in sacellum convocabit; illosque ibidem cum omnibus appendicibus suis, videlicet, Commendationibus quæ vocantur ac missa, secundum usum ecclesiæ Sarum, et illis modo et forma quibus nostri obitus exequias celebrandas supra præscripsimus, faciat celebrari. Ac deinde, perscrutato diligenter prædicti obitus die, illum in registro notare, ac perpetuis futuris temporibus, anniversarias exequias pro anima dicti Regis et Katherinæ, consortis suæ, parentum et progenitorum suorum, in eodem celebrare. In quibus exequiis, tam obitus quam anniversariis, non modo altaria optimis ornamentis ut in nostris ornari præscriptum est, campanas item pulsari volumus et mandamus, sed etiam Decanum, si adsit nec legitime impediatur, aut, eo absente aut impedito, Subdecanum, executoris officium exercere, necnon omnes et singulos primi et secundi ordinis canonicos, presbyteros et clericos conductitios, prædictis exequiis, commendationibus, et sub eisdem pœnis, interesse debere, quibus eisdem in nostris anniversariis, in statuto de anniversario Fundatoris, volumus interesse. Volumus autem ut, omnibus et singulis modo illo præsentibus, de bonis collegii fiant distributiones, cuique, videlicet, ut sequitur. In primis Decano sex solidi et octo denarii, Subdecano et cuilibet, Doctori aut non Doctori, sed lectori publico, quinque solidi; cuilibet autem alii primi ordinis canonico tres solidi et quatuor denarii; cuilibet presbytero conductitio duo solidi; cuilibet clerico conductitio et informatori chorustarum duo solidi; cuilibet denique secundi ordinis canonico sexdecim denarii; pulsatori campanarum * . Has summas, statim post missam finitam, per unum de præfectis ærarii de bonis collegii pendi volumus et persolvi.

Distributions to those present.

De lectione statutorum.

Quando non alio consilio leges eduntur quam ut, sui quisque officii admonitus, ad illarum se normam attemperare conetur, parum profecto atque adeo irritum esset in hiis nostris legibus excogitandis insudasse, nisi simul certa aliqua lege provideamus ut eædem auribus inculcentur et viva veluti voce crebrius personent. Quocirca statuimus, ordinamus et volumus, ut sint originales horum statutorum libri†

Copies of the Statutes.

alius, catena alligatus, in cistula fixa et observata in bibliotheca obseretur; cujus cistulæ clavem habeant singuli primi ordinis canonici quos deceat, ex consensu tamen et licentia Decani: aliis nullo pacto ad eum pateat accessus. Adjicientes etiam statuimus ut, ad mandatum Decani, Subdecani, aut ejus locum supplentis, omnes et singuli

* Blank in MS.

† Idem, two lines and a quarter.

Digitized by Google

tum primi tum secundi ordinis canonici, in magna aula collegii nostri, die congruo, in quo minus fuerit impedimentum studii aut actus scholastici, præcedentibus biduum aut triduum inter prandendum publicis monitionibus, singulis, videlicet, illis diebus una monitione, convocentur et conveniant in sacellum collegii nostri, primo intra octo dies vel circiter ante festum Sancti Michaelis in Septembri, secundo intra octo dies vel circiter ante Natalem Domini, tertio in hebdomada proxima ante Pascha; quibus sic hora definita congregatis, legantur per Decanum aut alium maxime seniorem tunc præsentem, publice, sensim, productim et distincte, hæc nostra statuta et ordinationes, vel bona pars eorum, ita ut ad minus omnia statuta, a titulo de suffragiis et orationibus ab unoquoque privatim et quotidie dicendis usque ad postremum statutorum apicem, in dictis tribus vicibus per tres portiones proportionales perlegantur. Si quis vero prædictorum canonicorum lectura et recitatione statutorum hujusmodi, impedimento legitimo cessante, per eum qui convocavit et unum censorem approbando, abfuerit, convictu suo ipso facto per quindenam privetur. Præterea, statuimus quod prima illa congregationis eorundem, ut prædicitur, vice, quæ erit ante Pascha, priusquam ad statutorum lecturam procedant, dicti Decanus et utriusque ordinis canonici, omnes et singuli, una cum presbyteris et clericis conductitiis, in sacellum collegii nostri de mane conveniant, atque ibi missam de Sancta Trinitate solenniter inter se celebrent; in qua, dicatur primum oratio de Trinitate, et postea cæteræ illæ orationes quas pro nobis, Rege, parentibus et benefactoribus, in singulis missis dicendas, supra præscripsimus. Deinde, hac missa finita, volumus ut Decanus et canonici primi ordinis in aulam conveniant, ac ibi statuta pro dicti termini portione legant: post quam lecturam, volumus ut statim fiat scrutinium pro reformatione violationis statutorum et ordinationum nostri collegii, vel alicujus rei cujuscunque quæ ad collegii utilitatem expedire videbitur, tam intra collegium quam extra, sive in spiritualibus sive in temporalibus. In quo scrutinio, ne suspicio oriatur, volumus ut Decanus, si præsens et legitime impeditus non fuerit, vel aliter Subdecanus, assumat sibi unum de discretioribus canonicis primi ordinis, qui sibi assistat in singulis hujusmodi examinationibus aut scrutiniis, et denuntiata scribat. Inhibentes ne examinatores, aut eorum aliquis, nomina personarum in scrutinio hujusmodi quidpiam coram eis detegentium sive deponentium ullo modo unquam revelent, in virtute sui juramenti collegio præstiti. In quo scrutinio, de singulorum in nostro collegio vita, conversatione, moribus, in scientiis, quibus dant operam, profectione, observatione statutorum et ordinationum nostrarum, necnon de omnibus quæ in ipso nostro collegio vel personis ejusdem correctione et reformatione indigent, cautius et diligentius a primi ordinis canonicis, a senioribus incipiendo, seorsim et privatim inquiratur. Quos omnes specialiter et singillatim ad hoc coram eis vocari, ac

Public reading of Statutes three times in the year.

Penalty for absence.

Mass before the reading at Easter.

Inquiry respecting violations of statutes, &c.

Digitized by Google

vocationi, inquisitioni et examinationi, hujusmodi parere, ac quæ denuntianda cognoverint et revelanda eis tunc denuntiare, volumus, sub pœna perjurii, ut secundum quod per has inquisitiones ibidem repertum fuerit corrigantur. Quod si ad perficiendum præmissa primus dies scrutinii non sufficiat, ipsum tunc prorogari volumus et continuari ad tres dies proxime sequentes, si negotiorum et rerum necessitas tantum temporis exigat, et non ultra.

Punishments for violations of statutes, &c.

Præterea, volumus ut convictiones, punitiones, reformationes et correctiones quæcunque, omnium et singulorum excessuum, transgressionum, defectuum, per quoscunque dicti collegii commissorum et in hoc scrutinio compertorum, infra quindecim dies post Pascha hujusmodi, delinquentibus infligantur; aliorum autem, vel aliter aut alio tempore compertorum, convictiones et reformationes infra tres dies continuos postquam ipsa comperta fuerint vel denuntiata, seu alias de eis constiterit, secundum vim, formam et effectum, statutorum et ordinationum ipsius collegii, absque ulteriori dilatione fiant debite et ut decet; nisi forsan, propter Decani aut personæ delinquentis, aut alicujus ad hujusmodi convictionem, correctionem et punitionem, secundum ordinationes et statuta dicti collegii requisiti, absentiam, vel propter aliam causam urgentem, [correctiones et reformationes hujusmodi fuerint merito differendæ, quas?] correctiones et reformationes ita dilatas quam primum commode præstari et fieri possunt, ac ad cæteras omnes prædictas, ut præfertur, faciendas, Decanum et officiarios qui in illis interesse habent in virtute juramenti decernimus obligatos.

Reading statute before punishment of a Canon.

Ad hæc, mandamus ut, in canonicorum correctionibus et punitionibus, omnibus et singulis, de quibus in nostris statutis fit mentio specialis, coram canonico puniendo, antequam puniatur, legantur statuta et particula in quibus fit mentio de excessu, crimine aut delicto, pro quo fiet punitio delinquentis.

Cases of punishments not specified.

Si vero in nostris statutis de tali excessu vel delicto aut pœna delinquentis specialiter cautum non existat, nec alias fiat mentio specialis ad quorum discretionem et arbitrium alterutrius ordinis canonicus puniri debeat, in eo casu eum ad tempus puniri volumus secundum arbitrium et discretionem Decani et Subdecani et unius censoris, vel, ipsis aut eorum aliquo absentibus, suorum deputatorum aut deputati.

Screening offenders from punishment.

Statuimus, præterea, ut nullus in nostro collegio, cujuscunque gradus aut status existat, alium ejusdem collegii quemcunque de aliquo crimine, excessu vel delicto, coram Decano aut Subdecano aut censoribus delatum vel accusatum et legitime convictum, tueatur, vel eidem assistat verbo vel facto, aut pro eorum aliquo falso, frivole, minaciter aut obstinate, aliqualiter alleget, quominus ipsius delinquentis justa convictio, punitio seu correctio, fieri valeat, secundum formam et exigentiam ordinationum et statutorum prædictorum, aut quo ipsa hujusmodi convicti correctio retardetur, differatur, sub pœna amotionis perpetuæ a collegio nostro; quam, si quis in hac parte deliquisse, secundum formam in capite de punitione in majoribus criminibus traditam, convictus fuerit, incurrat ipso

Digitized by Google

facto. Volumus, insuper, ut nulli personæ nostri collegii, super aliquo crimine, excessu vel delicto, detectæ vel delatæ, tradatur seu ostendatur exemplar sive copia compertorum, detectorum aut delatorum, seu alicujus eorundem, vel nomen alicujus detegentis, deferentis aut denuntiantis, illi tradatur, ostendatur aut indicetur, aliquo pacto, ullove in omne ævum tempore, verbo vel facto, nutu, scripto vel signo, per se vel per interpositam personam, sub pœna perjurii et amotione perpetua a nostro collegio; quam pœnam quemlibet horum tradentium, ostendentium seu indicantium, incurrere volumus et decernimus ipso facto. Sed ad comperta et detecta personaliter respondeat; ubi, si, secundum ordinationum et statutorum nostrorum exigentiam et tenorem, convictus fuerit, correctionem debitam subeat, sub pœna amotionis perpetuæ a nostro collegio; cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus, et aliis juris et facti remediis, per quos seu per quæ ipsius delinquentis punitio differri valeat seu alias quovismodo impediri.

Accused not to have a copy of charges, or name of accuser.

De visitatione Archiepiscopi Eboracensis, per se vel ejus Commissarios, in dicto Collegio.

Quum nec omnia in universum præcipi possunt, nec unquam ingenio sic deerit calliditas quin et varietas temporum in humanis constitutionibus aliquid desiderabit, et rectissime constituta detorquebit versutia, ac explicatissima quæque implicare tentabit, unde intestinum dissidium, quod optimam rempublicam non semel evertit, oriatur; nihil ad domesticas altercationes contentionesque placandas et extinguendas perinde conducere arbitramur, ad firmandamque perpetuam hujus corporis conglutinationem valere, atque si in vivi alicujus pectore, non prudentia minus quam auctoritate pollentis, spem omnem nostram atque fiduciam reponeremus. Nos itaque reverendissimorum successorum nostrorum Eboracensium Archiepiscoporum auctoritate et æquitate, bonitate, freti, eosdem nostri collegii patronos, protectores, conservatores et visitatores, esse volumus. Quos etiam per sacra piaque omnia obtestamur quatenus sua benignitate et erga Christi fidem ac gloriam ardore, cui uni illustrandæ hæc nostra omnia consilia tendunt, curent diligenterque invigilent ut statuta et ordinationes nostra observentur, virtutes et disciplinæ in hoc nostro collegio nutriantur, possessiones et bona ejusdem cum spiritualia tum temporalia prospero statu floreant, necnon ut jura, libertates, ac privilegia, defendantur et protegantur. Quæ omnia quoniam, supra etiam spem nostram, eosdem præstaturos confidimus, statuimus, ordinamus et volumus, ut liceat dicto reverendissimo Eboracensi Archiepiscopo, qui pro tempore fuerit, quoties per Decanum nostri collegii, Subdecanum, censores, et ærarii præfectos, vel per Decanum et alios ex tredecim maxime senioribus, vel, Decano et Subdecano invitis, recusantibus aut negli-

Archbishops of York Patrons and Visitors.

Occasions and periods of Visitations.

Digitized by Google

gentibus, per * ex illis tredecim senioribus hujus nostri collegii, vel per duas tertias partes canonicorum primi ordinis ejusdem, fuerit requisitus, necnon absque requisitione ulla, de quinquennio in quinquennium, semel ad nostrum collegium per se vel suum commissarium specialem [quem ad id ?] † duxerit deputandum; præterquam per Cancellarium seu ejus commissarium generalem, seu Procuratores Universitatis Oxoniæ, et præterquam per illos qui ex dicto nostro collegio pro aliquo crimine aut delicto amoti sunt, aut amotionem hujusmodi fugientes recesserunt, ac præterquam per Decanum aut aliquam aliam personam nostri collegii, aut alios quoscunque in Universitate per unam quindenam anno proxime eam visitationem præcedente studentes, et præterquam per religiosos qualescunque, prædictorumve aliquem, aut consanguineum alicujus canonici primi ordinis nostri collegii; ad ejus visitationem libere accedere. Decanumque ac alios singulos utriusque ordinis nostri collegii canonicos in aulam ejusdem convocare. Cui quidem reverendissimo patri ac commissario suo, vigore præsentis statuti, plenam concedimus potestatem ut super omnibus et singulis particulis et articulis in nostris statutis contentis, ac de quibuscunque aliis articulis statum, commodum aut honorem, dicti collegii concernentibus, aut quæ in dicto collegio aut aliqua illius persona fuerint reformanda aut corrigenda præterquam de secretis aut occultis, Decanum et utriusque ordinis canonicos interroget et inquirat, cogatque eorum unumquemque, in virtute juramenti et per censuras, si opus fuerit, ad dicendum veritatem de præmissis omnibus et singulis, etiamsi super eis non fuerint specialiter requisiti; præterquam, ut prædictum est, de secretis et occultis: excessusque ac negligentias, crimina et delicta, quorumcunque dicti collegii, qualitercunque commissa, et in ea visitatione comperta, secundum excessus exigentiam et criminis aut delicti qualitatem debite puniat et reformet; cæteraque omnia et singula faciat et exerceat, quæ ad eorum correctionem et reformationem sint necessaria aut quovismodo opportuna; etiamsi ad privationem aut amotionem Decani, Subdecani, vel alterius cujuscunque, ab administratione sua vel officio, seu si ad amotionem alicujus alterius ordinis canonici ab eo collegio, statutis et ordinationibus id exigentibus, procedere contingat. Quos quidem Decanum et utriusque ordinis canonicos, ac præterea ministros quoscunque et famulos, prædicto reverendissimo Archiepiscopo Eboracensi et commissario ejusdem, quoad omnia et singula præmissa, volumus et præcipimus effectualiter intendere et parere. Statuimus, insuper, ut nullus, in visitationibus prædictis seu aliis scrutiniis faciendis in dicto collegio, contra Decanum aut aliquem alium ipsius collegii quicquam dicat, deponat seu denuntiet, nisi quod verum crediderit, seu de quo publica vox vel fama laboraverit contra eundem, in virtute

Exceptions from being Commissaries.

Powers of Visitor.

Accusations against Dean.

* Blank in MS. † Omitted in MS.

Digitized by Google

juramenti ab eo collegio præstiti. Ordinamus, præterea, ut dominus Archiepiscopus Eboracensis,* cum in ipsa persona propria visitare et præmissa facere dignetur, Decanus et præfecti ærarii unam in collegio refectionem et et humiliter et reverenter offerant; commissario autem, quum præmissa fecerit, duas refectiones in collegio et per manus præfectorum ærarii de bonis collegii persolvi concedimus, pro omnibus expensis et laboribus in hac causa, tam in itinere quam in Universitate, tempore hujusmodi visitationis. Ita, quod dictus Archiepiscopus commissarius commissarius † vero in uno et eodem anno pro actu visitationis ad sumptus collegii non excedat, nec inceptam aliquam visitationem ultra duos dies proxime sequentes, aut ex causis urgentissimis et rarissimis utra quinque dies, prorogari aut continuari ullo pacto volumus; sed lapso et exacto illo triduo et, quum ex causis prædictis ulterius prorogatur, sexto die transacto, eo ipso visitatio illa pro terminata et dissoluta habeatur. Et si qua in ea compererit corrigenda et reformanda quæ brevitate temporis corrigere et reformare non potuit, ea Decano in scriptis tradat; qui ea omnia, secundum formam et exigentiam statutorum, quam primum corrigere et reformare, in virtute juramenti et sub pœna privationis a suo Decani officio, ipso facto, teneatur. Prædictorum quoque reverendissimorum patrum Eboracensium Archiepiscoporum et commissariorum suorum quorumcunque conscientias apud Altissimum quantum possumus gravamus, oneramus, et in visceribus Domini nostri Jesu Christi hortamur et obsecramus, ut, in faciendo et exequendo præmissa, secundum Apostoli doctrinam, non quærent quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi, solumque Deum habentes præ oculis mentis, favore, timore, odio, prece, aut pretio, coloribus, occasionibus, postpositis quibuscunque, inquisitionis, correctionis et reformationis, officium diligenter impendant et fideliter in omnibus exequantur, sicut coram Deo, in ejus extremo judicio, in hoc casu voluerint reddere rationem. Statuentes, præterea, ut Decanus et alterutrius ordinis canonicus, aut alius quispiam nostri collegii, super excessibus vel delictis in visitationibus et inquisitionibus per reverendissimum Archiepiscopum Eboracensem vel ejus commissarium, ut præmittitur, faciendis, accusatus vel detectus, copiam compertorum vel detectorum hujusmodi sibi tradi, edi, dari, ostendi, aut nomina detegentium [sibi tradi aut ostendi nullo modo petat?] vel tradantur eidem aut ostendantur; sed super eisdem compertis et detectis statim coram ipso reverendissimo Archiepiscopo vel ejus commissario personaliter respondeat, ac correctionem debitam subeat pro eisdem, secundum nostrarum ordinationum et statutorum exigentiam et tenorem; cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus, querelis, et aliis juris et facti remediis, per quæ ipsius correctio et punitio differri valeat, seu alias quovis modo

Allowance to the Archbishop and his Commissary, at Visitations.

Duration of a Visitation.

Impartiality.

Accused parties not to have copies of charges; nor power of appeal.

* Sic in MS.; read "domino Archiepiscopo Eboracensi." † Sic.

Digitized by Google

Exception in cases of removal of Dean, or expulsion of a Canon.

impediri. Si tamen ad privationem aut inhabilitatem Decani, aut expulsionem alterutrius ordinis canonici, per Archiepiscopum aut ejus commissarium agatur, tunc ostendantur ei detecta; quæ si non poterit rationabiliter et probabiliter evitare et justa defensione propulsare [ad expulsionem ejus procedatur] * sine appellatione aut ulteriori remedio, dummodo ad ejus expulsionem concurrat consensus trium ex tredecim maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, sine quorum consensu irrita sit hujusmodi expulsio et nulla ipso facto. Et insuper, si contra Decanum ad amotionem ab officio [per] † domini Archiepiscopi commissarium, etiam consentientibus tribus, ut præfertur, senioribus, procedatur, non negamus ei omnes querelas et defensiones justas et honestas apud ipsum dominum Archiepiscopum Eboracensem, dummodo ulterius non appellet; non obstante nostra ordinatione prædicta, aut aliis quibuscunque.

Epilogus.

Hactenus quid quisque in hoc nostro collegio oneris subire, quid præmii pro laboribus a nobis referre, ad quam denique regulam mores aptare et componere, debeat, sufficiat admonuisse. Qua in re, cum, juxta caritatis præscriptum, non nostra potissimum, sed commoda quærimus aliena, et illorum nimirum ipsorum quibus ista præscribimus, quos nostrum hoc alit aletque collegium, nihil ambigimus quin erunt quæ statuimus sacrosancta futura, præsertim non jusjurandi religione solum, sed summa observantium utilitate firmissime consecrata. Nempe quicquid est precum † quod exigimus, id quemque persolvere pietatis est; reliqua vel ad virtutem similiter et eruditionem vel ad morum sinceritatem et castitatem pertinent omnia. Has itaque leges, summa cura et diligentia nostra in vestram adeo gratiam et usum excogitatas, non verbosas, non perplexas, non obscuras ambiguasve, sed pro rei qualitate breves, explicatas, apertas, dilucidas, planas, et quam licuit animi nostri sensum et sententiam palam præ se ferentes, pari vos studio et animi alacritate accipite, nec fide minori asservate; ut et sacramenti quod subiistis et utilitatis inde consecuturæ rationem quam decet habuisse videamini. Absit hinc omnis ingenii calliditas ac malitiosa nimis interpretandi astutia, quæ, in quodcunque inciderit, quantumvis explicatum, id facile intorquere et depravare solet. Stet simplex purusque sensus immotus, nostra sit stabilis et firma sententia, nec a calumniosis machinamentis a suis unquam sedibus deturbetur. Denique, videte ne; ut nobis pulcherrimum sit, dum ista in rem vestram et Academiæ Oxoniensis publicam instituemus, dotaremus, ornaremus, unde non modo ad Angliæ regnum, sed orbis quoque Christiani partem maximam, non mediocris utilitas permanaret, nullis interim animi studiis, labori-

Exhortation to observe statutes.

* Omitted in MS. † Sic in MS.

Digitized by Google

bus, sumptibus aut impensis, pepercisse; ita vobis summæ turpitudini infamiæque olim ducatur, in illis observandis aut non satis ex fide aut minus diligenter fuisse versatos. Hæc itaque bona fide præstantes, et quo animo tulimus sincere observantes et religiose, cum vestram famam et opinionem retinebitis, tum nostræ de vobis expectationi ac spei, non sine summo et latissime patente bono, nempe virtutis et eruditionis augmentum uberrimum proferente, abunde satifacietis; simulque gratiam bonis debitam assecuti, pœnas illas acerrimas et gravissimas evitabitis, et quas nos in violatores hujusmodi, auctoritate Apostolica, per censuras ecclesiæ ipso facto incurrendas, infligemus, et quas in perjuros ac fidem contemnentes divina justitia constituit æternas, in igne inextinguibili persolvendas. Cæterum, cum in legibus sæpissime evenire videamus ut usus earum multa ex illis abroganda, nonnulla eisdem addenda, aliqua in illis corrigenda et reformanda, quædam interpretanda ostendat et admoneat, utcunque præmissa veluti leges et statuta nostra in collegio nostro observanda ediderimus, constituerimus, et promulgaverimus, reservamus tamen et retinemus nobis plenum et liberum jus, auctoritatem, potestatem et facultatem, prædicta statuta nostra corrigendi, reformandi, interpretandi, derogandi, abrogandi, antiquandi, muniendi, delendi, ac prorsus annihilandi, illisve, in sua firmitate manentibus, addendi et supplendi; nova statuta ex integro edendi, constituendi et promulgandi, ac Decanum et utriusque ordinis canonicos, lectores publicos, ac ministros omnes et singulos collegii nostri, ad eorum inviolabilem observationem, sub similibus pœnis aut majoribus, astringendi et obligandi, ac cum illis etiam dispensandi; Decanum et utriusque ordinis canonicos, lectores nostri collegii et Academiæ Oxoniensis publicos, ac ministros collegii quoscunque, manentibus et salvis statutis prædictis, si nobis ita videatur, removendi ac amovendi, privandi, et alium vel alios similiter in ejus vel eorum locum sufficiendi, substituendi et subrogandi, quotiescunque et quandocunque nobis ita visum est, prædictis statutis non obstantibus.

Power reserved to Founder to alter statutes;

And of removing members of the College and Public Professors.

STATUTES OF CARDINAL COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

Absence, registration of, 86
——, cause of, 86
——, behaviour during, 86
——, duration of, 87
——, number to be absent at the same time, 87
——, special occasions of, 87
——, limitation of, etc., 88
——, for preaching in London, 88
Accompts of Bursars, 18, 19
—— of Commons, 94
—— of Seneschal, 96
——, audit of, 110
Accusations, 139, 141
Allowance to preacher, 65
—— for attendance at exequies, 67
—— when absent on business, 111
—— to the Archbishop at visitations, 141
All Saints, mass of, 63
Altars, 63
Anniversary of Founder, 68
Arms, use of, 84
Auditor of accompts, 105
Augustine, St., feast of, 61
Bachelors in Arts to take Master's degree, 77
Bachelors of Divinity, disputations of, 75
Barber, 52
Benefices, power to hold, 89, 90
Bible, reading and exposition of, 69
Books, care of, 111, 112
——, sale of, 112
——, register of, 113
Buildings, injury of, 85
——, support of, 106
Bursars, 13
——, accompts, etc., 18, 110
—— to be sworn, 19
——, deputy during absence, 19
——, election of, 33
Butler, 52
Buttery, 97
Canons of the First Order, 12
——, numbers elected from different dioceses, 20
——, preference of natives where the College holds property, 20
——, deficiency in numbers of, 20
——, election of, 33
——, oath of Canon elect, 35
——, probationary year of, 39
—— to proceed to a Master's degree, 77
Canons, Petty, number of, 12
——, qualifications of, 21
—— to be elected from Founders' schools, 21
——, oath of, 46
Canons, removal of, 48
——, superannuation of, 49
——, disputations of, 74
—— not to pass out of College without permission, 84
——, services by, 60
——, attendance of to lectures and exercises, 76
—— to question professors on points of difficulty, 77
—— taking a degree to be accompanied by the Dean, etc., 80
——, provision for sick, 108
——, expulsion of, 120
——, judges in cases against, 120
——, punishment of, 121
Canonry, forfeiture of, 89, 90
——, Petty, duration of, 48
Cards, 85
Censors, 13
——, qualities of, 15
——, duties of, 16
——, to be present at disputations, 16
——, absence of, 17
——, election of, 33
——, to preside at disputations, 75
——, stipends of, 99
Chambers, behaviour in, 104
——, distribution of, 104
Chapel, places in, 62
——, support of, 106
——, funds for repair of, 107
—— plate, vestments, etc., custody of, 111
Chapel ministers, admission of, 49
——, qualifications of, 49
——, removal of, 50
Chests, 18, 114, 115
Choristers, *v.* Chapel ministers.
——, number of, 13
——, preference of, 51
——, attendant on, 52
——, allowances for, 99
Clerks, *v.* Chapel ministers
——, number of, 13
Clerk of lands, duties and stipend of, 106
——, livery, commons and election of, 106
Cloaks, etc., use of, 85
Cloth, allowance of for liveries, 100
——, price of, 102
College, custody of during pestilence, 109
Commons, 93, 94, 95
—— out of Hall, 97
——, accompt of, 94, 110
——, subtraction from for repair of buildings, 107
—— of those absent, 111

Digitized by Google

Commons, etc., of Professors, 132
Concord, 81
Cook, 52
Corrodies, 117
Counsellors, duties and stipends of, 105
Dean, 12
——, qualifications of, 14
——, authority of, 14
—— to consult Major Canons in business of importance, 14
——, duration of office of, 14
——, election of, 22
——, form of election of, 23
——, admission of, 25
——, oath of, 25
——, bond of, 30, 31
——, oath of, to be reduced to a public instrument, 30, 31
——, forfeiture of office, 30, 31
——, servants of, 51
——, stipend of, 90
——, permission to take meals in his own house, 91
——, allowances to, 91, 92
—— dining in Hall, 95
—— to entertain strangers, 102
——, allowance in sickness, 107, 108
—— to restore goods of the College on removal, 108
——, Easter progress of, 109
——, oath of witnesses against, 119
——, removal of, 119, 120
——, accusations against, 140, 142
Degrees, 78
——, grace in taking, 79
——, failure in taking, 79
——, taking before the time, 80
Dice, 85
Disputations, 74, 75
—— to be directed by censors, 16, 75
——, publication of subjects of, 76
Dissensions, 82
Distributions on obit of Henry VIII., 136
Divine services, *v.* Services.
Doctors of the Latin Church, feast of, 61
Doctors, attendance of at lectures, 73
——, disputations of, 75
——, in theology, may hold benefices, 90
Dole to the poor, 67, 69
Dress, 83, 102
Election of Petty Canons, 21
—— of Dean, 22
—— of Subdean, 32
—— of Bursars, 33
—— of Censors, 33
—— of Canons of the First Order, 33
—— of private Professors, 71
—— of Lawyers, 106
—— of Auditor, 106
—— of Clerk, 106
Elections, unanimity in, 82
——, mode of voting in, 125
Exequies for Founder, 65, 66, 67
Farmers, accompts of, 110
Females, admission of, 103
Festivals, services on, 59
Founder, mass for, 63
——, mention of, in sermons, 65
——, exequies for, 65, 66
——, anniversary of, 68
——, orations in honour of, 129
——, power of to alter statutes, 143
——, power of, to remove members and Professors, 143
Furs, 84
Games, 85
Gates, 118
Gospel Reader, 51
Greek language, use of, 69, 70
Groom, 52
Hair and tonsure, 84
Hall, Dean to dine in, 95
——, remaining in after meals, 97
——, fire in, 98
——, support of, 106
Henry VIII., mention of in sermons, 65
——, celebration of obit of, 135
——, distributions on obit of, 136
Holy Ghost, mass of, 62
——, attendance at mass of, 64
Hunting and hawking, 85
Indentures of accompts, 110
—— of chapel property, 113
Jewels, register of, 113
Kings, reception of, 104
Lands, clerk of, 106
——, alienation of, 116
Latin language, use of, 69, 70
Laundryman, 52
Law, disputations in, 75
Law, Canon, degree of, 78
——, lectures in, 128
Law, Civil, Doctor of, 78
Lawyers, fees to, 105
Learning, value of, 72
Leases, 117
Lectures, attendance at, 73, 74
——, rehearsal of subjects of, 76
——, remission of, 79
—— of Professors, 127, 128
——, places for delivery of, 128
——, cessation of in vacations, 128
Library, admission to, 113
Liveries, 91, 101, 102
Loan chest, 114
Manciple, 51
Mary, Virgin, mass of, 63
Masses, 55, 61, 62, 63
——, persons to celebrate, 63
——, special altars for, 63
Medicine, disputations in, 75
——, Doctor of, 78
——, lectures in, 128
Monasteries, suppressed, requiem for founders of, 63
Muniment chests, 115
Music master, 13
——, *v.* Chapel ministers.
Noblemen, children of, 103

Oath of Dean, 25
—— of electors of Subdean, 32
—— of Petty Canons, 46
—— of impartiality in elections, 124
—— of witnesses in removal of Dean, 119
—— of public Professor, 125
——, evasion of, 126
Offenders, screening, 138
Office, surrender of, 111
Officers to be sworn, 33
Orations in honour of Founder, 129
Orders, Holy, 80
Organist, 51
Panarius, 52
Patrons, 139
Penalties on Censors, 17
—— for neglect of performance of Divine Service, 60, 61
—— for absence at services and exequies, 61, 67, 69, 77
—— for not using the Greek or Latin language, 70
—— for neglect of Professor's duties, 72
—— for non-attendance at lectures, 74, 77
—— for exciting dissensions, 82
—— for carrying arms, etc., 84
—— for gaming, 85
—— for injuring buildings, 86
—— for absence from College, 87
—— for admitting strangers, 103
—— for breach of statute respecting use of common seal, 114
—— on Professors, 133, 134
—— for absence at reading of statutes, 137
Pensions, 117
Pestilence, 109
Philosophy, lectures in, 128
Plate for Dean's use, 92
——, chapel, 111, 112
Poor, dole to the, 67, 69
Portions, 98, 99
Prayers, 53, 54, 57, 131
Preacher, allowance to, 65
Precentor, duties of, 50
Priests, *v.* Chapel ministers.
——, number of, 13
—— to be bound by oath, 51
Professors, Private, books to be expounded by, 71
——, duties and election of, 71
——, penalties for neglect of duties, 72
—— to be sworn, 72
Professors, Public, may hold a benefice, 90
——, nomination of, 124
—— to be sworn, 125
—— to reply to questions of auditors, 130
——, prayers, etc., 131
——, livery of, etc., 132
——, stipends of, 132
Professors, obedience to Dean, 132
——, admonition of, 134
Professors, removal from office, 133, 134, 135
—— to preside at disputations, 75
——, stipends of, 99
——, elect, trial of, 135
Progress of Dean, 109
—— of Canon, 110
Punishments, 121, 138
Register, 114
Requiem, 63
Revenue, surplus, 111
Sacristan, duties of, 50
Seal, common, 114
Seneschal, duties of, 96
——, accompt of, 96
Sermons, 65, 81
Sermon at St. Paul's Cross, or the hospital of St. Mary, in London, 79
Servants, 51, 52, 100
—— to be sworn, 53
——, stipends of, 99
Services, 56, 58, 60
——, attendance of Dean, Canons, etc. at, 58
——, performance of by Dean, 59
——, performance of by strangers, 61
Solicitor, duties and stipend of, 105
Statutes, inquiry respecting violations of, 137
——, copies of, 136
——, reading, 137
——, exhortation to observe, 142
Stipends of Censors, Professors, etc., 99
——, forfeiture of, 99
—— of Professors, 132
Strangers, 92, 97, 102, 103
Subdean, institution of, 13
——, qualities of, 14
——, power and duties of, 15
——, to be sworn, 15
——, election of, 32
——, servants of, 51
——, services by, 60
Table, places at, 96
——, service at, 97
——, strangers at, 97
Themes, 129
Theology, Doctors of, 78
——, Bachelors of, 78
——, lectures in, 127
Town, walking alone in, 84
Travelling, 88
Trinity, mass of the, 63
Tutors to receive portions of non-graduates, 100
Vessels and utensils for Dean's service, 92
——, etc., indenture of, 113
Vestments, 59
Visitations, 139
——, duration of, 141
Visitors, Archbishops of York to be, 139
——, powers of, 140
York, Archbishops of, to be patrons and visitors, 139

Digitized by Google

STATUTES OF CARDINAL COLLEGE, OXFORD, 1527.

TABLE OF CHAPTERS.

Page
De qualitate et officio Decani 150
De officio et qualitate Subdecani 151
De qualitate et officio Censorum 152
De electione Decani 154
De tempore et forma electionis Subdecani et aliorum officiariorum 158
De tempore et forma electionis Canonicorum primi ordinis . 159
De electione secundi ordinis Canonicorum 161
De ministris et servientibus collegii admittendis . . . 161
De modo et tempore celebrandi matutinas, missas, et alias horas canonicas, in sacello collegii nostri prædicti 163
Quibus diebus et temporibus Decanus et utriusque ordinis Canonici divinorum celebrationi interesse tenentur . . . 166
De septem missis quotidie celebrandis 169
De exequiis hebdomadatim et in fine cujuslibet termini, pro anima Fundatoris in communi celebrandis 171
De aniversario Fundatoris 174
De lectura Bibliæ et ejus expositione; et Latino eloquio exercendo 175
De lectoribus privatis et domesticis 177
De disputationibus et exercitiis domesticis 178

Digitized by Google

STATUTES OF CARDINAL COLLEGE, OXFORD,

Dated 1 July, 1527.

[*The Cardinal's Crest.*]

THOMAS, miseratione divina, tituli Sanctæ Ceciliæ, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Eboracensis Archiepiscopus, Angliæ Primas, et Apostolicæ sedis Legatus, necnon felicis recordationis Leonis nuper Papæ decimi, Adriani Papæ sexti, et sanctissimi domini nostri Clementis Papæ septimi moderni, dictæque sedis, ad invictissimum et potentissimum Principem et dominum nostrum, Henricum ejus nominis octavum, Angliæ et Franciæ Regem, fidei defensorem et Dominum Hiberniæ, ejusque Angliæ regnum, terras, patrias, civitates atque loca, illi subjecta, et alia illi adjacentia, ad vitam nostram etiam de latere Legatus, Episcopus Dunelmensis, exemptique monasterii Sancti Albani Commendatarius perpetuus, Cancellarius Angliæ, et Collegii in alma academia Oxoniensi vulgo vocati *The Cardynal College* verus certus et indubitatus Fundator, extructor et dotator, dilectis filiis Decano et Canonicis Collegii nostri prædicti, salutem, gratiam et benedictionem. Cum alioqui vobis statuta ediderimus, ad quorum normam et regulam vos successoresque vestri viveretis, preces studia et mores vestros ad eorum præscriptum moderantes, reservata semper nobis libera facultate dicta statuta, dum in humanis fuerimus, corrigendi et reformandi, illisque et eorum cuilibet addendi et adjiciendi quod utilitatis vestræ et Collegii commodum ratio persuaserit; sintque nonnulla dictorum statutorum ex parte immutanda, aliqua ad apertiorem intelligentiam clarius explicanda, quibusdam vero nonnihil addendum, ut ex sequentium lectione intelligere licet; nostrum super hiis animum vobis per præsentes duximus explicandum, ut, sensu menteque nostra cognita jam vobis atque perspecta, eam semper sequi et exequi studeatis; subsequentia statuta; et quæ deinceps si ita videbitur

Object of the present statutes is to reform the previous code.

[*The Cardinal's Arms, &c.*]

adjiciemus, ea religione amplectentes qua prima tulistis, eisdem pœnis sancita, nec minore vestro scelere violanda. Statuta autem quæ reformamus subjungimus nominatim, cæteris in suo robore permansuris.

De qualitate et officio Decani.

Quum ad componendos et recte constituendos mores inferiorum non parum referre arbitramur, qualis is sit qui præficiatur, tum quod a capite vitioso multas membra contrahant causas morborum, tum quod, ut Gregorius refert, cujus vita despicitur restat ut ejus prædicatio contemnatur; idcirco statuimus et ordinamus quod, perpetuis futuris temporibus, eligendus aut præficiendus in Decanum collegii nostri prædicti sit probis moribus, integra vita, fama inviolata, in ordine sacerdotii constitutus, neque Episcopus neque religiosus, in sacra theologia doctus et graduatus, ad minus baccalaureus, aut saltem ita doctus ut intra quatuor menses post ejus prefectionem realiter accipiat gradum prædictum, omniaque faciat, disputando et prædicando, quæ ex more ad dictum attinent gradum; natione Anglus, annos ad minus triginta natus, cultui divino virtuti et sacrarum literarum studio deditus, in re familiari providus, in hiis quæ ad proventus, redditus, ædificia, locationes, conductiones et cætera hujusmodi, pertinent, peritus et expertus, et, veluti rector vigilans, quid bene quidve male actum fuerit facile discernat. Huic omnes et singulos utriusque ordinis Canonicos, ministrosque et famulos, unumquemque suo ordine, subesse volumus, et ut eum timeant tanquam principem, colant ut patrem, ei in licitis sine murmure parentes, querelas, accusationes, discordias, si quæ fuerint, ad eum deferentes, ut discrete audiat, prudenter judicet, odium et dissidium tollat. In quo officio eum perstare volumus quamdiu se morate gerat, et vivat secundum statutorum ordinem, neque in Episcopum sit consecratus, neque in ullum notabile incidat crimen, qualia sint usura, simonia, voluntarium homicidium, perjurium, incontinentia, notaria dilapidatio et cætera enormia. In quæ aut eorum aliquod si inciderit, statim, aut infra quindecim dies proxime sequentes, ad ejus amotionem procedatur, et effectualiter ab officio suo, juxta formam infra traditam, in omne ævum amoveatur. Statuentes, præterea, ut omnia placita tam realia quam personalia dictum collegium concernentia, in quibuscunque curiis moveantur, dictus Decanus, in nomine ipsius Decani et Canonicorum collegii Thomæ Wolcy, Cardinalis Eboracensis, in alma academia Oxoniensi, prosequatur et defendat; hoc addito, ut causas et lites graves, et ardua negotia, in quibus contingere poterit ipsius collegii grave damnum, exhæredatio aut grave præjudicium, absque majoris partis omnium dicti collegii, ubicunque infra Angliæ regnum fuerint, primi ordinis Canonicorum, connu-

Qualifications for the Dean.

His authority.

Causes of forfeiture of his office.

To consult majority of Canons of the first order in suits and matters of importance.

Digitized by Google

meratis etiam in hoc casu absentibus, consilio et assensu, nisi quatenus infra provisum est, incipere vel aggredi non debebit.

De officio et qualitate Subdecani.

Quandoquidem eo rectius cuncta administrantur quo, plurium sortita industrias, non ad unius sed ad multorum solicitudinem pertineant, fierique possit ut Decani alio avocati oculos multa effugiant quæ præsentes latere nullo modo possunt; statuimus, ordinamus et volumus, ut in nostro collegio prædicto sub dicto Decano sit semper unus vicarius, de discretioribus et maturioribus ejusdem collegii primi ordinis Canonicis, conversatione honesta et approbatis moribus, qui Subdecanus nuncupetur. Cujus officium erit, diligenter advertere ad bonum regimen Canonicorum utriusque ordinis ac ministrorum omnium dicti collegii, ad statutorum item et ordinationum observationem, et ad divinum cultum ac studii et scientiarum profectum; et in eodem collegio continue residere; nisi forsan, ex magna et urgente causa, ad dicti collegii negotia eum emitti, vel alias ex causa rationabili et honesta abesse contingat, et tunc ejus vices in licentiis et correctionibus pro delictis levioribus, ac clavium custodiis, et ratiociniorum approbationibus et improbationibus, suppleat Canonicus primi ordinis maxime senior in Universitate præsens, non officiarius nec alterius officiarii tunc absentis vicem gerens, nisi cum aliter expresse in ejus absentia infra provisum fuerit. Ad Subdecani etiam officium pertinebit, absentis Decani vicem in omnibus gerere et supplere, nisi in hiis quæ præsentis Decani assensum et auctoritatem specialiter requirunt. Subdecanus quoque debet Decano in consiliis et correctionibus assistere, negligentias, defectus, necnon crimina, excessus et delicta, quæ a dicti Collegii tam primi quam secundi ordinis Canonicis, officiariis aut ministris, noverit esse commissa, dicto Decano si præsens fuerit et res ita exigat, cessantibus omnibus affectione consanguinitatis aut affinitatis, invidia, amore, odio et timore, denuntiare, ut per ipsum vel alios secundum ordinationes et statuta nostra puniantur. Volumus, insuper, quod Subdecanus possit etiam Canonicos utriusque ordinis, ministros sacelli, ac etiam officiarios et cæteros collegii ministros, negligentes aut circa studium desides, vel alio modo errantes circa leviora, arguere et increpare, et, si oporteat, cum consensu unius censoris, aut censoribus absentibus unius eorum deputati, corrigere et punire, etiam præsente Decano. Ad quæ omnia et singula, quantum ad ipsum pertinet, bene et fideliter facienda et observanda, præfatus Subdecanus, statim post ipsius admissionem ad officium prædictum, tactis sacrosanctis Evangeliis, corporale præstet juramentum coram Decano, in præsentia

Institution of a Subdean.

His duties.

Power to correct and punish the Canons.

Digitized by Google

omnium primi ordinis Canonicorum dicti collegii, vel majoris partis eorundem tunc in collegio præsentium.

De qualitate et officio Censorum.

Quum ad singula diligentius animadvertere solent quibus ea specialius fuerint demandata, nonnihilque faciat ad studia virtutis excitanda habere qui cuncta curiosius observent, quique vitia insectentur et ad honesta invitent; volumus, statuimus et ordinamus, quod in nostro collegio prædicto sint quatuor morum et eruditionis censores; quorum duo sint artium Magistri, in eadem facultate doctiores et provectiores, ac magis exercitati in theologia, minime graduati, qui philosophiæ dialecticæ ac humaniorum literarum studiosis præsint; duo vero alii sint item de provectioribus in theologia Doctores aut baccalaurei, vel saltem scholares in eadem, quorum alter theologiæ alter vero jurium et medicinæ studiosis præsit. Quos omnes volumus Censores vocari, et, quasi subsidiariam operam Decano et Subdecano collegii nostri sedulo præstantes, curam ac regimen omnium Canonicorum utriusque ordinis habere et eisdem diligenter superintendere, quatenus, scilicet, lectionibus publicis a nobis institutis, juxta statuta et ordinationes inde a nobis inferius editas, intersint, et, eisdem continue et vigilanter incumbentes, in studio scholastico et morum honestate proficiant. Porro, quia sic est hominum, præsertim adolescentium, cæca temeritas, ut suis commodis parum etiam consulere nec, nisi pœnæ formidine adacti, velint præstare quæ sibimetipsis sunt saluberrima, volumus, statuimus et ordinamus, ut censores prædicti omnes desides, negligentes, parumque proficientes in morum honestate, studio eruditioneque, quibus destinantur cor ripiant verbisque increpent, pariter et ipsorum transgressiones, negligentias, excessus et delicta, collegii nostri prædicti Decano aut, in ejus absentia, Subdecano denuntient intimentque, ac ut ipsa, juxta ordinationes et statuta nostra, quæ inferius suis locis ea de re speciatim apponemus et ascribemus, debite castigentur, reformentur, corrigantur et puniantur, quantum eis possibile erit, omni diligentia instent, insistant et urgeant. Id quod ut illis facilius constet, certiusque intelligant, nec ignorare possint, quantum quisque studiis animum suum adjecerit, ac quale in exercitiis et disputationibus tam publicis quam privatis quisque suæ eruditionis specimen præbuerit; volumus, statuimus et ordinamus, ut duo illi theologicorum, juristarum, ac arti medicæ incumbentium, censores, aut saltem alter ipsorum, in singulis disputationibus et exercitiis scholasticis per nos inferius statuendis, illorum primi ordinis Canonicorum, quibus ipsi præfecti sunt; similiter et superiores illi duo artium Magistri philosophiæ, dialecticæ et rhetoricæ, studiosis censores præfecti; in singulis cæterorum primi

Qualifications for Censors.

Their duties.

To regulate the Disputations.

Digitized by Google

et secundi ordinis Canonicorum publicis et privatis disputationibus, repetitionibus et exercitiis, juxta tenorem statutorum nostrorum in ea parte editorum et infrascriptorum, per eosdem fiendis, a principio eorundem usque ad finem intersint, seu saltem unus illorum ad minus intersit, ac eadem secundum suam discretionem, eruditionem et prudentiam, moderentur, regulent, ordinent et disponant: nisi forte, per impedimentum aliquod legitimum, per collegii nostri Decanum aut in ejus absentia Subdecanum, aut illius Subdecani absentis vices gerentem, approbandum, illis adesse ut præmittitur non liceat; quo casu tamen omnino volumus ut, de consensu dicti Decani aut in ejus absentia Subdecani, illiusve Subdecani absentis vicem gerentis, unus aliquis ad hoc idoneus deputetur, qui in singulis disputationibus, repetitionibus et exercitiis prædictis, absentis censoris vicem in omnibus suppleat. Ad quæ omnia et singula præmissa, juxta statuta et ordinationes nostras, quantum ad ipsos pertinet, subeunda, perimplenda, præstanda et exercenda, volumus omnes censores prædictos et eorum unumquemque, in præsentia Decani, aut eo absente Subdecani, et tredecim maxime seniorum primi ordinis Canonicorum, corporale subire et præstare juramentum. Quod si, in præmissis aut in aliquo præmissorum prædicti censores aut ipsorum aliquis negligens et culpabilis inveniatur, nec, per Decanum aut Subdecanum monitus, sese effectualiter emendaverit; volumus quod, auctoritate et judicio Decani, assistente sibi Subdecano ac altero præfectorum ærarii, careat sic delinquens convictu quotidiano, tamdiu ac donec et quousque se correxerit et in præmissis sese debite emendaverit. Quod si ter in præmissis aliquis censorum prædictorum negligens et culpabilis inveniatur, volumus et ordinamus quod salario per nos assignato, auctoritate prædicti Decani vel in ejus absentia Subdecani, assistente sibi altero præfectorum ærarii, ut præfertur, pro illo anno privetur. Et quoniam, interdum, permittentibus statutis nostris, unum ex censoribus prædictis ab Universitate abesse licebit, omnes autem simul nullo modo, præterquam ex causa maxime necessaria et vehementer urgente, per Decanum et majorem partem Canonicorum primi ordinis seniorum, vel, eo absente, Subdecanum et majorem partem eorundem seniorum, prius approbanda, ut infra in statuto de absentia et residentia latius dicetur; idcirco volumus, statuimus et ordinamus, quod, quoties aliquem ex dictis quatuor censoribus de Universitate aliquo proficisci contigerit, nec speraverit se, propter longitudinem itineris aut negotiorum necessitatem, eodem die domum reversurum, tunc claves (quarum custodiam sibi ratione officii sui commissam habet) non sine consilio tamen et assensu Decani collegii nostri, vel eo absente Subdecani ejusdem, in utriusque vero absentia primi ordinis Canonici tunc maxime senioris in Universitate præsentis, alicui primi ordinis Canonico, Magistro, non officiario clavigero, si talis tunc in

A Censor's deputy at disputations.

Censors to be sworn.

Punishment of Censors.

Appointment of deputies during absence.

Digitized by Google

Universitate præsens fuerit, sin minus uni maturo et discreto baccalaureo, primi ordinis Canonico, qui eas usque ad ejus reditum custodire voluerit, et pro quo suo periculo velit respondere, secure custodiendas, committat et tradat: qui sic, ut præmittitur, deputatus absentis censoris vices, in custodiis, licentiis, ac causarum et ratiociniorum approbationibus et improbationibus, ac earum cujusvis appendicibus et annexis quibuscunque, in virtute juramenti quod in tempore admissionis suæ in Canonicum primi ordinis collegii corporaliter præstitit, postquam id muneris susceperit, diligenter et fideliter supplere teneatur. In disputationibus autem et cæteris quæ ad mores et literas attinent, ac etiam correctionibus pro levioribus delictis, censorum theologiæ, jurium ac medicinæ, absentium vices suppleant duo primi ordinis Canonici maxime seniores, tunc in Universitate præsentes, ad arbitrium Decani aut eo absente Subdecani, non officiarii; censorum vero artium absentium alii duo in artibus Magistri, doctiores et exercitatiores, non officiarii. In majoribus autem criminibus, censores ipsos vel saltem eorum alterum expectari volumus, ita ut in hiis gravioribus deputati sese nullo pacto intromittant, sed hujusmodi reservent in censorum adventum.

De electione Decani.

Quanto verior est sententia quam veritas protulit, percusso pastore dispergi gregem, eo curam majorem adhibendam censemus ut, cum hoc nostrum collegium capite aliquando non destitutum iri per humanam fragilitatem caveri non possit, certe eidem quam citissime de capite providendum, editis in id legibus, prospiciamus. Ideirco volumus, statuimus et ordinamus, quod. vacante Decanatus officio, per mortem, cessionem, Episcopalem dignitatem, privationem aut aliam quamcunque causam, infra tres dies a tempore notitiæ vacationis hujusmodi numerandos, Subdecanus aut, eo absente, primi ordinis Canonicus maxime senior, tunc in Universitate præsens, nulla ad eligendum licentia patroni, ordinarii, alteriusve cujuscunque, nec cessionis aut resignationis hujusmodi eis vel eorum alicui exhibitione, aut ab eorum aliqua eidem approbatione expectata aut requisita, convocet triginta primi ordinis Canonicos maxime seniores, tunc in Universitate præsentes, in sacellum nostri collegii; eisque tunc et ibidem Decani vacationem, septimoque ab eodem die hora octava ante meridiem futuram novi Decani electionem, ostendat. Et ne absentes seniores primi ordinis Canonici suam causentur aut excusent et allegent ignorantiam, ipso eodem die quo (uti jam dictum est) eos convocaverit, affigat valvis ecclesiæ literas citatorias, vacationem officii ac diem et horam electioni novi Decani præfinitum significantes, manu sua et duorum aliorum primi ordinis Canonicorum ex tredecim maxime

Form of election of the Dean.

Publication of vacancy of office and day of election.

Digitized by Google

senioribus nostri collegii subscriptas; per quas omnes suo ordine maxime seniores, etiam absentes, admoneantur ut electioni intersint si voluerint. Septimo vero die prædicto, ante meridiem hora prædicta, ad ostium sacelli, triginta primi ordinis canonici suo ordine maxime seniores, sive absentes sive præsentes fuerint, nominatim præconizentur; qua præconizatione facta, si triginta primi ordinis Canonici suo ordine maxime seniores præsentes fuerint, illi triginta per Subdecanum aut, eo absente, per Canonicum maxime seniorem, tunc in Universitate præsentem, in sacellum nostri collegii convocentur: alioqui vero, ex primi ordinis Canonicis aliquibus illo die non comparentibus qui maxime seniores suo ordine sunt, illi eorum locum in dicta electione suppleant qui proximum locum obtinent senioritatis; sic, ut Decani nominatio per illos triginta de Canonicis maxime senioribus fiat qui die nominationis, modo ut præmittitur præfixo, præsentes fuerint, non expectatis diutius illis absentibus qui præsentibus suo recto ordine sunt seniores; etiamsi in negotiis collegii tam longe abfuerint ut interesse præfixo die per locorum intervallum non potuissent, aut adversa corporis valetudine aliave causa quantumcunque justa impediti quo minus præfixo die nominationi interesse potuerint. Est quippe intentionis nostræ ut, præmissis qua forma statuimus observatis, nulla deinceps de absentia excusatio aut allegatio audiatur. Volumus autem ut præsentes Canonici maxime seniores vocationi ut præfertur Subdecani, aut eo absente Canonici maxime senioris, pareant, et sub pœna perpetuæ amotionis a nostro collegio, in quam obsistentes incurrere volumus, ipso facto. Hoc siquidem septimo ab intimatione die, hora prædicta, volumus, ut primo solenniter per dictos triginta primi ordinis Canonicos maxime seniores, una cum reliquis primi et secundi ordinis Canonicis, necnon omnibus presbyteris, clericis conductitiis et chorustis, pro gratia impetranda de Spiritu Sancto missa celebretur: quam, sub pœna perjurii, celebret unus ex primi ordinis Canonicis, ad hoc per censorem vel ejus assignatum deputandus. Quod si quis ex triginta Canonicis maxime senioribus præsentibus, convocatus, missæ prædictæ a principio ad finem non interfuerit, suffragio suo pro illa vice careat, et ejus locum suppleat Canonicus maxime senior qui missæ prædictæ interfuerit. Deinde, finita et reliquis semotis, et solis illis triginta maxime senioribus qui missæ interfuerint præsentibus, ad electionem Decani statim procedatur sub hac forma: videlicet, primo hoc statutum, una cum statuto de officio et qualitate, per Subdecanum aut, eo absente vel legitime impedito, per Canonicum maxime seniorem, tunc in Universitate præsentem, palam et publice perlegatur. Deinde, duo Canonici primi ordinis collegii omnium præsentium maxime seniores, quorum neuter sit Subdecanus, quos scrutatores in hac electione esse volumus, primo, ac postea reliqui ex illis triginta, tactis per ipsos et eorum quemlibet sacrosanctis Dei Evangeliis,

Names of nominators to be cried on the seventh day.

Nomination to be by the thirty Senior Canons of the first order present.

Previous celebration of mass.

Reading the Statutes.

Oath of Scrutators and Subdean.

Election of Dean.

coram ipso Subdecano aut, eo absente aut impedito, coram Canonico maxime seniore prædicto; ipse autem Subdecanus, aut eo absente dictus senior, coram proximo sibi seniore tunc præsente; publice corporale præstent juramentum quod, postpositis omnimodis amore, favore, odio, timore, invidia, partialitate, affectione consanguinitatis, affinitatis, facultatis et scientiæ, necnon acceptione personarum aut patriæ, et occasione quacunque precis aut pretii, cum omni celeritate et absolute nominabunt duos, quorum uterque sit vel saltem fuerit Canonicus primi ordinis dicti nostri collegii, et ex causis licitis et honestis ex eodem recesserit, quos in suis conscientiis magis idoneos, sagaciores, discretiores, utiliores ad subeundum, gerendum, exercendum Decani officium, speraverint, et quos firmiter crediderint ad bonum et salubre regimen et diligentem curam ipsius collegii, personarum, statutorum, bonorum ejusdem quorumcunque, ac ad terrarum et possessionum spiritualium et temporalium et jurium ejusdem conservationem, plus posse proficere et velle. Quo juramento præstito, statim ad nominationem procedatur hoc ordine et forma.

Manner of nomination of two candidates, scrutiny of votes, &c.

Primo, uterque dictorum scrutatorum in singulis scedulis ad hoc paratis, seorsim et sine alterius consilio aut notitia, duos ex prædicto nostro, uti præfertur, collegio Socios nominent, illis qualitatibus quæ in dicto statuto de qualitate Decani latius continentur. In qua nominatione, tum sua nomina propria tum nomina et cognomina per eos eligendorum suis manibus scribant. Deinde, reliqui ex triginta maxime senioribus, ut præfertur, præsentibus, a primo ad ultimum illius numeri triginta, privatim et secrete, in alterius scrutatoris scedula eo modo scribant sua vota et suffragia. Proviso quod, neque in hac electione neque in alia quacunque infra nostrum collegium futuris temporibus facienda, seipsum quisquam nominet, nec suam vocem aut suffragium alterius personæ cujuscunque arbitrio et dispositioni quovismodo committat, aut incertam personam aut pro incerta diœcesi, sub disjunctione vel conjunctione, quovismodo nominet aut eligat: contrafaciens et suffragium suum hujusmodi amittat. Nec licebit, sub pœna perjurii, cuiquam ex illis scrutatoribus nomina aliorum scribentium alii cuipiam quovismodo, per se vel per interpositam personam, nutu, verbo, signo vel scripto, ante completam et publicatam Decani electionem, ostendere; sed, completo scrutinio, nomina omnium eligentium fideliter inter se calculabunt et numerabunt. Et si contingat dictas duas hujusmodi personas suffragia majoris partis illius numeri triginta unius, videlicet Subdecani, aut eo absente ut prædicitur senioris, et triginta aliorum maxime seniorum, ut præfertur, nominantium, habere, tunc senior dictorum scrutatorum, vel eo id recusante junior eorundem, personas illas per majorem partem nominatas publicet coram omnibus, et illæ personæ pro nominatis habeantur. Si vero in dicto scrutinio in duas hujusmodi personas consensum non fuerit, ordine prædicto,

Digitized by Google

tunc, absque omni tumultu aut contradictione, iterum consimile fiat scrutinium; et sic deinceps per duos dies continuos, quousque in duas personas hujusmodi per majorem partem, uti præfertur, fuerit consensum. Proviso, quod uno die ultra quatuor scrutinia non sint. Quod si in secundo die, id est in crastino post inchoatam nominationem sive electionem hujusmodi, ante meridiem, ita concordatum non fuerit, tunc illi duo pro nominatis habeantur qui, in ultimo scrutinio inter dictos scrutatores communicato, plurescæterisquibuscunque duobus nominatis voces prædictorum triginta unius maxime seniorum conscriptas habere noscuntur. Si vero nulli duo plures tunc voces simpliciter cæteris quibuscunque duobus nominatis, sed multi æquales numero, habuerint, illi pro nominatis habeantur qui de habentibus æquales voces numero fuerint seniores, ipsique pro nominatis per alterum ut præfertur ipsorum scrutatorum statim palam publicentur. Qua publicatione facta, statuimus et volumus Subdecanum, vel ipso absente Canonicum primi ordinis maxime seniorem, tunc et ibidem præsentem, statim convocare ex dictis triginta senioribus duodecim maxime seniores, tunc et ibidem præsentes, ad efficacem et finalem electionem unius de personis, ut præfertur, nominatis et publicatis, in Decanum assumendi et præficiendi. Qui quidem ut prædicitur duodecim, una cum Subdecano aut ejus vicem supplente, convenientes, jurabunt, omnes et singuli scilicet duodecim, coram Subdecano, vel eo absente coram Canonico maxime seniore; ipse Subdecanus, aut eo absente Canonicus maxime senior, coram proximo sibi seniore; quod, postpositis omnimodis amore, favore, odio, timore, acceptione personarum aut patriæ, et partialitate, ac occasione quacunque aut precis aut pretii, cum omni celeritate, unum de prædictis duobus nominatis et publicatis, quem in ipsorum conscientiis magis idoneum, sagaciorem, discretiorem, utiliorem et aptiorem ad exercendum Decani officium crediderint, effectualiter eligent. Quo facto, scrutatores in prima nominatione, hoc est duo Socii simpliciter seniores ibidem tunc præsentes, in una eadem scedula primo scribant sua nomina et nomen eligendi; deinde reliqui undecim seniores, modo, forma, ordine ut præfertur, in unica tamen scedula. Quo quidem scrutinio calculato, illa persona pro electa habeatur, absque tumultu, contradictione, querela, appellatione, supplicatione, seu quocunque impedimento juris aut facti, in quam per dictos tredecim seniores vel per majorem partem eorundem consensum fuerit; et statim, sine ulla dilatione, primo coram ipsis electoribus, deinde coram omnibus et singulis primi ordinis Canonicis tunc in Universitate præsentibus, atque ad aulam accedere volentibus et valentibus; quo casu omnes accedere valentes et volentes neque venientes * puniri volumus; pro Decano nostri collegii ab altero, ut præfertur, scrutatorum pronuntietur. Hiis quoque sic peractis, nullo alio juris ordine, forma, processu sive solennitate, requisitis, illa persona sic electa, non expectata

Election of Dean.

Election of one of the two named.

* Sic.

Digitized by Google

confirmatione alicujus superioris, ac omni alia de electione cognitione cessante, statim et immediate, aut quam cito id commode fieri poterit, per Subdecanum aut eo absente primi ordinis Canonicum maxime seniorem admittatur. Ita, tamen, quod sic electus in Decanum, in illa admissione sua, ac in præsentia dicti Subdecani, aut eo absente aliasve legitime impedito Canonici maxime senioris, tunc in Universitate præsentis et dicti Subdecani vicem supplentis, et item aliorum Canonicorum dicti collegii nostri eligentium, juramentum sub, ea quæ sequitur forma, corporaliter præstet et subeat, necnon illa omnia et singula faciat ac perimpleat quæ per Decanum electum volumus perimpleri, et inferius apertius describuntur.

Dean to be sworn, on admission to office.

De tempore et forma electionis Subdecani et aliorum officiariorum.

Offices of Subdean, Censors, and Bursars, to be annual.

Cum non modo ut mutua vicissitudine onera leventur, sed ut ne majoris ambitionis præstent occasionem, Subdecani, censorum et præfectorum ærarii, munera et officia annualia esse optimum judicemus, rectissime quoque facturi videamur si hiis suo tempore committendis certam aliquam normam prescribamus. Ideirco statuimus, ordinamus et volumus, ut, singulis annis, perpetuis futuris temporibus, statim et immediate post computum generalem redditum et conscriptum, Decanus collegii nostri prædicti convocet ac convenire faciat in sacellum aut aulam ejusdem tredecim primi ordinis Canonicos maxime seniores, tunc in Universitate præsentes, et deinde legat publice coram eisdem omnia statuta supra per nos edita, dictorum officiariorum munera et officia concernentia. Postea, idem Decanus deferet et exiget a prædictis tredecim Canonicis corporale juramentum, quod nullum ad hujusmodi officium nominabunt aut eligent, nisi quem firmiter crediderint pro eo officio exercendo in dicto collegio, juxta qualitates in ejus officio descriptas, aptiorem et magis idoneum, affectione et partialitate cessantibus quibuscunque. Quod juramentum volumus quoque ab ipso Decano, in præsentia omnium prædictorum tredecim Canonicorum, tunc corporaliter præstari. Post id, dictus Decanus palam et publice vota singulorum prædictorum Canonicorum singillatim inquirat, primum quem velint in Subdecanum collegii prædicti nominare et eligere. Et ille pro Subdecano prædicto habeatur quem omnes illi tredecim aut major pars eorundem, in prima illa et unica inquisitione, una cum prædicto Decano nominaverint; vel etiam ille in quem duodecim ex illis prædictis tredecim unanimiter, solo Decano dissentiente, consenserint. Quod si ita discordent inter se prædicti tredecim seniores ut duo vel tres nominent unum et alii duo vel tres nominent alium, nec in illa prima et unica nominatione septem ex illis senioribus in unum consenserint, tunc iterum consimile fiat scrutinium; in quo si adhuc septem ex illis senioribus in unum nequaquam consenserint,

Election by thirteen Senior Canons of the first order.

Election of Subdean.

Digitized by Google

tunc eo casu, quia nolumus istam electionem diutius differri, ille pro Subdecano collegii prædicti habeatur quem solus Decanus duxerit eligendum. Quo Subdecano sic ut præfertur nominato et electo, volumus ut ibidem statim similiter procedatur ad nominationem et electionem censorum primum, deinde præfectorum ærarii collegii nostri prædicti In quibus nominandis et eligendis, volumus prædictæ electionis modum et formam per omnia, similiter ut in prædicti Subdecani electione, observari. De quibus omnibus et singulis officiariis prædictis, postquam sic ut prædicitur inter Decanum et eligentes prædictos consensum, determinatum, conclusumque fuerit, volumus ut, statim et immediate, per dictum Decanum convocentur in locum prædictum cæteri omnes et singuli primi ordinis Canonici, tunc in Universitate præsentes atque ad aulam accedere volentes et valentes; quo casu, valentes accedere et nolentes neque venientes, * puniri volumus; et coram eisdem prædicti nominati et electi officiarii, omnes et singuli, corporale præstent juramentum, Decano illud singillatim ab eisdem exigente, quatenus bene et fideliter perimpleant et exerceant dicta officia sua, et omnia eadem concernentia et eisdem pertinentia, juxta posse ipsorum.

Election of Censors and Bursars.

Officers to be sworn.

De tempore et forma electionis Canonicorum primi ordinis.

Cum ea sit corporis politici ratio ut non nisi frequenti commutatione manere possit, et aut novi veteribus subinde succedant aut totius internecio paulatim subsequatur; magnam profecto curam adhibendam censemus ut ne, quod in novorum electione membrorum corporis, nempe ipsius quoad fieri posset æternitas, solum speratur, orto de modo, forma aut tempore, eligendi dissidio, perversis eligentium libidinibus sit frustratum. Proinde, ut certa sit primi ordinis Canonicorum eligendi regula, et ne quid inde altercationis oriri possit, volumus, statuimus et ordinamus, quod in singulis annis, in crastino festi Sanctissimæ Trinitatis, vel infra tres dies ad summum immediate sequentes, si tunc præfinitus a nobis Canonicorum primi ordinis numerus ulla parte sui diminutus fuerit, per mortem, cessionem, amotionem, et aliam quamlibet causam in statutis nostris expressam, Decanus, aut eo absente et consentiente Subdecanus, aut utroque absente et consentiente Canonicus Subdecani vicem gerens, in aulam collegii nostri prædicti cæteros omnes et singulos primi ordinis Canonicos, tum in Universitate præsentes atque ad aulam accedere volentes et valentes; quo casu, valentes accedere et nolentes neque venientes * puniri volumus; convocet et convenire faciat; et eisdem tunc ibidem congregatis primi ordinis Canonicorum, aut Canonici si unus tantum sit, vacationem ostendat. Deinde legatur per Subdecanum aut Canonicum primi ordinis maxime seniorem tam

Election of Canons of the first order.

* Sic.

Election of Canons of the first order.

præsens statutum quam etiam illud superius præscriptum de qualitate asciscendorum in primi ordinis Canonicos. Quibus lectis, ac juramento a singulis Canonicis prædictis præstito quod in electione ea omnia diligenter observabunt, procedatur ad electionem sub hac forma. Primum, Decanus, aut eo absente ut præfertur Subdecanus ejusve vicem gerens, unum nominet eligendum. Deinde, duo Canonici maxime seniores, tunc in Universitate præsentes, quos in hac electione scrutatores esse volumus, secrete, attente et diligenter, scrutentur et inquirant vota et voces singulorum primi ordinis Canonicorum prædictorum, quæ volumus ab unoquoque illorum Canonicorum prædictorum, cum nomine et diœcesi eligendi, aperte et distincte scribi, eaque a scrutatoribus prædictis sic asservari ut nemo alterius vota nutu aut verbo intelligere queat. Quibus votis et suffragiis per dictos scrutatores diligenter calculatis, illam personam pro electa haberi volumus in quam omnes aut major pars eligentium prædictorum consenserit: proviso, quod primo de illius et ex illa diœcesi electione procedatur qui primo vacaverit. Qui si in eligendo dissenserint, neque in unum aliquem majorem partem eorum consensisse reperiatur, ad Decani et tredecim Canonicorum seniorum tunc præsentium vota pro illa vice jus eligendi devolvatur: quorum suffragiis scriptis (ut prius) et per duos maxime seniores perscrutatis, illa persona pro electa habeatur in quam major pars illorum, videlicet Decani et tredecim maxime seniorum prædictorum, consenserint, aut numero æquali, cui dictus Decanus adhærere reperiatur, et pro electa pronuntiari volumus in omnium primi ordinis Canonicorum qui tunc adfuerint præsentia. Quod si Decanus et seniores prædicti infra quinque dies post devolutionem hujusmodi concordare nequiverint, et effectualiter non concordaverint, extunc eos et eorum quemlibet convictu suo carere volumus usque ad finalem expeditionem electionis hujusmodi; excepto solo Decano, in quem nulla fere sinistra suspicio cadere possit. Proviso semper quod, in prædictis electionibus, sive per Decanum et omnes primi ordinis Canonicos sive per Decanum et tredecim alios Canonicos seniores, ut prædicitur, faciendis, in uno aliquo scrutinio unus duntaxat in Canonicum eligatur. Proviso, item, quod, ubi sunt paria et æqualia suffragia et vota eligentium prædictorum, illa pars major censeatur a qua Decanus steterit, et ille pro electo habeatur quem ille æqualis numerus in quo fuerit Decanus prædictus nominaverit et elegerit. Insuper, quia juramenti religione adacti homines soleant diligentius, vigilantius, inviolatius, sanctiusque præstare quæ juraverint, ducti videlicet timore ac reverentia nominis et majestatis Divinæ, quam jurisjurandi sui testem invocant; volumus, statuimus et ordinamus, quatenus omnes et singuli in Canonicos primi ordinis ut prædicitur electi et nominati, in præsentia Decani prædicti, aut eo absente Subdecani, et cæterorum omnium primi

Inability to agree in an election.

One Canon only to be elected in one scrutiny.

Casting vote to Dean.

Canons to be sworn immediately after their election.

Digitized by Google

ordinis Canonicorum, statim post eorum nominationem et electionem prædictam, aut alias quam cito id commode fieri poterit, corporale præstent juramentum, sub eo qui sequitur verborum tenore.

De electione secundi ordinis Canonicorum.

Cum superius de Canonicis secundi ordinis asciscendis, ex quibus deficiens, quacunque ex causa, primi ordinis Canonicorum numerus suppleri possit, elocuti sumus; consequens videtur ut certam de hiis eligendi normam edito statuto præscribamus. Idcirco etiam volumus, statuimus et ordinamus, quod intra duos menses, aut ad summum tres, postquam in quatuor aut tribus numerum secundi ordinis diminutum esse constiterit, celebretur electio de novis secundi ordinis Canonicis in aula collegii nostri prædicti, per Decanum, Subdecanum, quatuor censores et tres præfectos ærarii, et tres ex primi ordinis Canonicis, vel totidem, eis absentibus, ex maxime senioribus tunc in Universitate præsentibus, ac eodem die quo cœpta est terminetur. Ita tamen ut Decanus aut, eo absente, Subdecanus, triduo ante diem hujusmodi electionis futuræ, electores prædictos certiores faciat de loci vel locorum illorum vacatione, et die pro novi vel novorum Canonicorum electione per eundem designata et constituta. Forma autem electionis hæc est: Congregatis, die et loco ut præfertur, Decano et coelectoribus prædictis, primum, coram eisdem, tunc et ibidem, omnes et singuli scholastici qui tunc in Canonicos nostri collegii nominari, eligi et admitti, cupiunt et petunt, per Subdecanum, unum ex censoribus, et unum ex ærarii præfectis, in cantu et literis probentur examinenturque. Deinde, ille pro electo habeatur quem major pars elegerit. Quod si major pars eorum in unum aliquem non consentiat, tunc volumus ut ille pro electo habeatur quem Decanus aut eo absente Subdecanus duxerit eligendum. Adjicimus præterea ut, in virtute juramenti sui, nullus eligentium mercede, pretio vel dono, dato, soluto, promisso vel probabiliter expectato, aut quovis ex pacto quibuscunque verbis concepto, adductus, aliquem nominet, aut aliquid pro nominatione hujusmodi ullo unquam tempore, etiam si gratis offeratur, accipiat; de quo, si juxta formam in capite de punitione in majoribus criminibus traditam convictus fuerit, tanquam perjurus puniatur et habeatur, et, præter prædictam perjurii pœnam, etiam duplum accepti reddere cogatur. Electos omnes et singulos sicut prædicitur in secundi ordinis Canonicos, in præsentia Decani aut in ejus absentia Subdecani, ante admissionem ipsorum, corporale volumus præstare juramentum, sub ea quæ sequitur forma.

Period of election of Petty Canons.

Form of their election.

Bribery of electors.

To be sworn.

De ministris et servientibus collegii admittendis.

Porro, quo liberius collegii nostri prædicti Decano et utriusque ordinis Canonicis literarum studiis vacare majoremque fructum in illis facere liceat, neve unquam cogantur vilia indigna-

Digitized by Google

Servants of Dean and Subdean.

que officia exercere quæ remoram studiis facere possent; volumus ut Decanus habeat septem famulos, Subdecanus vero unum, omnes collegii sumptibus et impensis alendos; qui in singulis obsequiis eorum obeundis sint parati et diligenter eis intendentes: quorum admissionem et expulsionem arbitrio eorundem

Other servants.

Decani et Subdecani committimus. Volumus etiam ut alii duo conducantur, quorum alter sacristæ in suo officio subserviat, alter vero debitæ campanarum pulsationi intendat. Insuper

Manciple.

volumus ut sit unus obsonator, sive ut appellant mancipium, qui ex jussu præfectorum ærarii singulis diebus et horis opportunis emat et provideat necessaria ad convictus in aula; panario ac potario sit obsequiosus, ut unicuique nostri collegii juste et æque inserviatur. Sit etiam sub mancipio unus qui panarius vocetur; qui in prandio et cœna omnibus nostri collegii diligenter inserviat, et præterea reliquis horis et temporibus, a Decano [vel Subdecano præceptis et assignatis, ad inhabitantium necessitates et studii minorem diminutionem

Butler.

ministret. Sit etiam unus potarius sive promus, qui sub se alium

Cook and Undercook.

suppromum habeat. In culina item sit unus principalis coquus; qui in foro et alibi mancipio in victualibus emendis ut sint salubria assistat, et postea ex natura et qualitate rei præparet. Et sub hoc principali coquo sit alter qui subcoquus vocetur; qui, superiore coquo absente, acetiam eo præsente, promptus sit et mediocriter peritus ad omnia necessaria paranda. Sit etiam in coquina alius illis subserviens, qui tergendis lancibus, et verrendæ coquinæ, aliisque vilioribus officiis ibidem obeundis intendat, quem lixam appellant. Sit etiam unus qui lanistæ

Porter.

officium exerceat. Sit etiam unus janitor, qui ostiis et portis aperiendis et claudendis temporibus debitis diligenter intendat; necnon qui tonsorem in radendo Canonicos utriusque ordinis et cæteros collegii ministros, ac in confectione cere-

Barber.

orum, adjuvare et auxilio esse et possit et debeat. Sit præterea unus qui Decanum, Subdecanum, ac omnes et singulos primi ordinis Canonicos, necnon omnes presbyteros et clericos conductitios, chorustas ac chorustarum informatorem, et alios omnes collegii ministros et servientes in eodem commorantes, debito tempore radat et tondeat; acetiam cereos ecclesiæ et aulæ prædicti collegii necessarios conficiat vel suis expensis confici

Laundryman.

faciat. Sit præterea unus qui vestes omnes, lineas, quæcunque ad Decanum collegii nostri et utriusque ordinis Canonicos, necnon alios conductitios chorustas et alios ministros quoscunque, pariter et quæcumque ad templum et aulam, pertineant, quoties opus fuerit, sedulo et munde lavet; quique quovis die Lunæ aut ad summum Martis, hora tertia post prandium, accedat ad portam collegii et ibi dictas vestes recipiat, ac die Sabbati, hora tertia post meridiem, easdem illuc mundas et lotas referat et singulis suas vestes fideliter reddat. Sit

Groom.

præterea unus qui equos communes collegii nostri curet et stabulo præsit. Sit etiam et conducatur unus, moribus probis et

Digitized by Google

honestis, qui chorustis intendat et illis inserviat. Hos omnes communes Collegii famulos esse, et ad arbitrium Decani aut eo absente Subdecani, cum consensu unius præfectorum ærarii, conducendos et eorum judicio removendos; exceptis hiis quos Decano et Subdecano assignavimus, quos pro alterius eorum arbitrio respective ut prædictum est semper volumus removeri et eorum delectu conduci, stipendiis inferius limitandis. Volumus item omnes famulos prædictos masculos esse et cœlibes non conjugatos, si tales commode haberi et conduci poterint. Ac priusquam recipiantur aut ad officium aliquod exercendum admittantur, coram Decano aut eo absente Subdecano ac duobus primi ordinis Canonicis maxime senioribus, corporale subire juramentum quod secreta collegii, si quæ audierint, non revelabunt, quodque etiam omnia quæ ad sua attinent officia bene et fideliter, æque et juste, exequentur, sine fraude, deceptione aut colore aliquo.

Hire and removal of servants.

Servants to be males, and unmarried.

To be sworn.

De modo et tempore celebrandi matutinas missas et alias horas canonicas in sacello collegii nostri prædicti.

Cum gravissimis adducti rationibus sumus ut hoc nostrum collegium non orationi minus quam scientiæ destinaremus, quarum nimirum altera alteram promoveat; quod vana videatur scientia quamcunque numen divinum non instillaverit; præpostere facturi videremur si, priusquam ad cætera progrediamur de modo et ordine peragendorum rite Divinorum certam aliquam legem non præponeremus. Idcirco etiam volumus, statuimus et ordinamus, quod, perpetuis futuris temporibus, in sacello collegii nostri prædicti Divina officia, videlicet matutinæ, horæ, processiones, missæ, vesperæ, completoria et aliæ statutæ preces, secundum ritum per omnia et consuetudinem Ecclesiæ Sarum, temporibus, modo et ordine, infrascriptis, quotidie celebrentur: videlicet, imprimis, volumus quod, omnibus et singulis diebus per annum, in quibus, juxta ritum ordinalis Ecclesiæ Sarum, matutinæ de Beata Virgine in conventu dicuntur et dici deberent, inter primam et secundam pulsationem quam mane fieri volumus paulo post horam quintam diei, omnes et singuli chorustæ, in collegio præsentes et per corporis valetudinem accedere valentes, in sacellum collegii nostri prædicti conveniant, atque ibidem in stallis suis integre et alta voce dicant matutinas et horas de beata Maria Virgine, secundum usum et ordinale Sarisburiensis Ecclesiæ, ita ut easdem finiant ante ultimam pulsationem, quam illico sine ulla pausa post horam sextam fieri volumus. Sub cujus pulsationis fine, conveniant in sacellum prædictum omnes et singuli collegii nostri presbyteri et clerici conducticii, atque, antequam inde recedant, inter se cum cantu et nota celebrent primum matutinas de die et primam, secundum usum et consuetudinem cathedralis Ecclesiæ Sarum. Quibus finitis, volumus ut magister informator chorustarum, una cum chorustis suis et aliis clericis ad id per præcentorem deputandis, modo conjunctim modo divisim, prout arbitrio

Divine services in the chapel.

Matins of the Virgin.

Matins of the day.

Mass of the Virgin.

Decani aut eo absente Subdecani videbitur statuendum, celebrent inter se cum nota et intorto cantu, modo optimo quo sciverint, habito semper respectu ad diei solennitatem, missam de Beata Maria, quam ad summum altare singulis diebus ut prædicitur celebrari volumus per unum ex presbyteris conductitiis, per præcentorem dicti nostri Collegii in tabula quadam assignandum et limitandum. Deinde volumus ut, mox post prædictam missam finitam, per sex clericos et sex presbyteros conductitios ad summum item altare celebretur missa de Requiem cum nota et cantu; cujus executor etiam erit unus de presbyteris, ad illud per præcentorem ut prædicitur limitandus. Qua finita, volumus ut, statim post horam nonam diei, aut tardius citiusve, interdum diei solennitate aut alia quacunque causa ad arbitrium Decani aut Subdecani id exigente, facta pulsatione ad altam missam de more ordinalis Ecclesiæ Sarum, rursum veniant in sacellum prædicti omnes et singuli clerici presbyteri et chorustæ prædicti, et, cantata tertia et sexta hora diei, ad summum altare altam missam celebrent de die; cujus item executor erit unus presbyter conductitius, cum Diacono et Subdiacono et cæteris ministris, pro more ordinalis ecclesiæ Sarum, ex dicti præcentoris assignatione. Qua finita, volumus etiam ut, antequam inde recedant, canant solenniter horam nonam. Qua finita, volumus ut, exeuntes stallos et ante eosdem stantes, antequam sacellum exeant, dicant inter se alta voce psalmum, "De profundis," cum, "Pater Noster" et versiculis consuetis, et orationibus sequentibus. videlicet, dum superstites fuerimus, "Rege quæsumus" et cætera, ut supra; post mortem autem nostram, "Deus, qui inter Apostolicos" et cætera, ut supra. Deinde subjungant pro præfato Rege, dum in humanis agit, "Deus, in cujus" et cætera, ut supra; post mortem vero ejusdem, "Deus, cui proprium" et cætera, ut supra. Postea dicant, "Prætende" et cætera, ut supra, et "Inclina" et cætera, ut supra, et "Miserere" et cætera, ut supra; subjungentes hanc clausulam "Anima Thomæ Wolcy" et cætera, ut supra. Post meridiem autem, similiter, singulis diebus in quibus, juxta ritum ordinalis Ecclesiæ Sarum, vesperæ de beata Virgine in conventu dicuntur et dici deberent, post horam diei tertiam, citiusve interdum, prout Decani aut Subdecani judicio videbitur faciendum, facta prima et secunda pulsatione ad vesperas, volumus ut chorustæ omnes, in collegio præsentes et accedere valentes, ad sacellum redeant, atque ibidem alta voce dicant vesperas de Sancta Maria secundum usum Sarum, et easdem finiant ante horam quartam. Post quam horam finitamque ultimam pulsationem, conveniant in sacellum omnes et singuli presbyteri et clerici conductitii, atque ibidem vesperas de die et completorium solenniter cum cantu celebrent. Quibus finitis, statim tres canant intorto cantu aut diviso antiphonas; videlicet unam de Trinitate, alteram de Divo Willielmo, tertiam de Sancta Maria. Deinde, exeuntes stallos, dicant ut supra post nonam

Mass of Requiem.

Mass of the days and hours.

Nones.

Prayers for Founder.

Vespers of the Virgin.

Vespers of the day, and Complin.

Digitized by Google

"De profundis," cum versiculis et orationibus supra dictis. Quibus omnibus rite ut prædicitur peractis, volumus ut, sub horam septimam noctis, pulsata prius campana, chorustarum informator, cum omnibus chorustis in collegio præsentibus et accedere valentibus, pariter et presbyteri aliquot aut clerici conductitii, ex præcentoris assignatione limitandi, in sacellum nostrum prædictum singulis diebus rursum veniant, atque ibi chorustæ et clerici sive presbyteri conjunctim, interdum vero divisim, prout ratio et varietas cantus exiget, intorto cantu canant antiphonam "Salve Regina" de Sancta Maria, cum versiculo "Ave Maria," et oratione "Meritis et precibus" per unum chorustarum cantata. Ac deinde, genuflexis omnibus, "Ave" trina vice, campanæ sonitu intervalla distinguente, solenniter cantetur. Quibus finitis, volumus ut informator ejusve deputatus, cum chorustis prædictis, qualibet hebdomada ter vel quater, soli autem chorustæ reliquis diebus, flexis genibus coram imagine Crucifixi in nave ecclesiæ, cantu diviso vel intorto canant antiphonam "Sancte Deus, sancte, fortis, sancte et immortalis, miserere nobis; nunc Christe te petimus miserere quæsumus; qui venisti redimere perditos noli damnare redemptos." Deinde, in plano cantu iidem chorustæ subjungant "Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison," "Pater noster," et "Ne nos Domine," "Salvum fac Regem," et cæteros consuetos versiculos; necnon orationes illas quas post psalmum "De profundis" superius præscripsimus recitandas. Proviso semper, quod prædictæ missæ de Sancta Maria et Requiem, et prædicta antiphona, hora septima cum suis precibus cantanda, illis diebus non cantentur quibus ordinale ecclesiæ Sarum id non patitur: quod, salvis statutis, tam in horarum ad divina officia celebranda observatione, quam in campanarum pulsatione, volumus per omnia observari. Ita tamen ut, in festis principalibus et majoribus duplicibus, et in festis beatæ Mariæ, cum prædictæ missæ cantari non debeant, privatim tamen dicantur; ac loco missæ de beata Maria, in festis ejusdem dicatur missa "Salus populi." Permittimus etiam, ut informator chorustarum, ferialibus diebus et festis sine regimine chori, et aliis in quibus commemorationes celebrantur, quas quatuor esse volumus, videlicet de Trinitate, de Sancta Maria, de Omnibus Sanctis et de Sancta Fridiswida, divinis officiis interesse non teneatur; sed volumus ut interim chorustas suos musicam diligenter instruat ac doceat. In reliquis autem omnibus diebus et festis omnibus, divinis officiis dictus informator, cum tot chorustis quot arbitrio Decani sufficere videbuntur, matutinis, missæ, processioni et vesperis, a principio usque ad finem interesse teneatur; nisi, ex causa per Decanum aut Subdecanum aut per præcentorem approbanda, abesse contingat. Quo casu, volumus etiam ut alium suis expensis provideat, qui suas vices in præmissis supplere et velit et possit.

Antiphonies and prayers.

Observation of ordinal of Sarum.

Attendance of the Master of the choristers.

Digitized by Google

Quibus diebus et temporibus Decanus et utriusque ordinis Canonici divinorum celebrationi interesse tenentur.

Ut Decanum ac utriusque ordinis Canonicos divinis officiis in sacello collegii nostri celebrandis quotidie adesse, veluti studiis destinatos, omnino volumus; ita sane pietati Christianæ conveniens et congruum fore putamus, ut dies cultui divino ab Ecclesia dicatos justis cæremoniis ac communi concentu celebrent. Idcirco etiam volumus, statuimus et ordinamus, quod singulis diebus Dominicis et aliis diebus solennibus et festivis, secundum quod per anni circulum contigerint, et item illis diebus et festis quæ nos specialiter in hoc nostro collegio celebranda infra in præsenti statuto præscribemus et declarabimus, Decanus et utriusque ordinis Canonici, reliquique presbyteri et ecclesiæ conductitii, tunc in Universitate præsentes, necnon informator chorustarum et sexdecim chorustæ, impedimento cessante legitimo per Decanum aut eo absente Subdecanum approbando, divinis officiis in sacello celebrandis, videlicet primis et secundis, vesperis, completorio, matutinis, primæ horis aquæ benedictæ aspersioni, processionibus ac missæ, modo, forma et tempore, ut sequitur, intersint; videlicet, Decanus et primi ordinis Canonici, mundis integris et honestis superpelliciis ac graiis amiciis, vulgariter vocatis *gray Ames* induti; secundi vero ordinis Canonici etiam superpelliciis lineis, mundis et honestis, ac de panno blodei coloris capuciis figuram amiciarum imitantibus, in extremo ambitu fimbriam cæruleæ sive graiæ pellitæ habentibus: presbyteri autem conductitii super mundis superpelliciis calabribus quæ vocantur amiciis; cæteri denique conductitii et chorustarum informator, præter superpellicia munda, capuciis panni blodei coloris et ad formam etiam amiciarum confectis, sed fimbriampellitæ non habentibus; chorustæ postremo solis superpelliciis induti; omnes et singuli ad matutinas ante finitum tertium primi nocturni psalmum conveniant in chorum sacelli nostri prædicti, ibique maneant neque inde recedant, et per notabile aliquod spatium, judicio Decani aut eo absente Subdecani æstimandum, sine justa causa per Decanum aut eo absente Subdecanum approbanda, se absentent, ante finitas matutinas et primam, continue et indilate post matutinas cantandam. Et, similiter, ut præfertur, induti, horis ante finitum hymnum, aquæ item benedictæ aspersioni ante cantatum primum versum, missæ vero ante lectam Epistolam, vesperis denique ante tertium psalmum finitum, præsentes sint, neque ab eisdem, ante perfectum juxta ritum ecclesiæ Sarum et ordinationes nostras earundem complementum, recedant; nisi interim fortassis sacra in eadem sint facturi ac missas privatim celebraturi, aut aliqua alia justa causa, per Decanum ut præfertur aut eo absente Subdecanum approbanda, eos alio vocaverit et chorum egredi coegerit. Proviso semper, quod matutina-

Attendance of the Dean and Canons at the services in the Chapel.

Their vestments.

Digitized by Google

rum et processionum temporibus, nisi ex causa rationabili per Decanum aut eo absente Subdecanum approbanda, missas privatim non celebrent nec eo prætextu se absentent. Item, volumus quod in omnibus festis principalibus et majoribus duplicibus, videlicet, in festis Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, Reliquiarum, quinque festis Beatæ Mariæ, Natalis Sancti Johannis Baptistæ, Natalis Sanctæ Fridiswidæ, Omnium Sanctorum, Translationis Sanctæ Fridiswidæ, Apostolorum Petri et Pauli, Sancti Willielmi, nominis Jesu, Sancti Hugonis, Sanctæ Andreæ, Sancti Cuthberti, Translationis Sanctæ Thomæ, Visitationis Beatæ Mariæ et Dedicationis Ecclesiæ, quæ omnia festa in hoc nostro collegio principalia haberi volumus, necnon in Dominica in Ramis Palmarum, in sacra die Parasceves ac duobus diebus Parasceven præcedentibus, incipiendo in matutinis feria quarta post completorium celebrari consuetis, in vigiliis item Paschæ et Pentecostes, Decanus, eove legitime impedito alius post illum maxime senior, primas et secundas, vesperas, matutinas horas, processiones et missas, in persona propria cum nota solenniter celebret et dicat, ac omnia hujusmodi divina officia juxta formam ordinalis ecclesiæ Sarum exequatur. In festis vero minoribus duplicibus, videlicet, Sancti Stephani, Transfigurationis, Circumscisionis, Dominica in Albis, et secundis feriis Paschæ et Pentecostes, Subdecanus, aut, eo absente vel legitime impedito, alius de principalioribus et dignioribus ipsius collegii nostri personis, sit divinorum omnium officiorum in persona sua propria principalis executor. In prædictis autem principalibus et majoribus ac minoribus duplicibus, volumus ut rectores chori, lectores item Evangelii et Epistolæ, sint de dignioribus collegii nostri personis, juxta assignationem et intitulationem unius censorum aut ejus deputati. Præterea volumus quod, in omnibus aliis festis minoribus duplicibus et duplicibus, necnon in Dominicis diebus et aliis quibuscunque secundum ritum ecclesie Sarum festivis, cæteri primi et secundi ordinis Canonici ac reliqui sacelli nostri ministri, debita relatione et consideratione habita ad dicta festa et personas, prout unus censorum per suas vices alternis septimanis per se, vel ipsis absentibus eorum deputatos et substitutos, limitandos, assignandos et ad id deputandos, duxerit, divina omnia officia modo debito exequantur. Ita semper quod, quoties omnium præsentia officia hujusmodi celebrantur, unus ex primi ordinis Canonicis principalis executor deputetur, tam in principali dictorum officiorum executione, quam in regendo choro, pariter et lectionibus et responsoriis, et Evangeliis et Epistolis et gradalibus, cantandis aut legendis. Quorum ut præfertur censorum, aut aliorum nomine ipsorum, inscriptioni, intitulationi, assignationi, deputationi, omnes et singulos collegii nostri Canonicos ac sacelli ministros parere et obedire volumus et præcipimus, sine contradictione et

Celebration by the Dean on the principal and greater double festivals.

Celebration by the Subdean on the lesser double festivals.

Performance of the services.

Penalties for neglecting duty assigned in services.

murmure. Quod si quis Canonicorum aut ministrorum prædictorum prædictæ assignationi parere negligat aut contemnat, pro prima vice per unum diem convictu suo privetur, pro secunda per biduum, pro tertia per quatriduum; quod si quarto aut sæpius deliquerit, gravius puniatur, juxta qualitatem delicti, arbitrio Decani et unius censoris. Contemnens autem aut recusans vel negligens missam solennem sibi limitatam et assignatam celebrare, pro prima vice per septimanam, pro secunda per quindenam, pro tertia per mensem, convictu suo privetur; et sæpius contemnenti aut negligenti gravior infligatur pœna, secundum prædictorum æstimationem et arbitrium. Quod si aliquis secundi ordinis Canonicorum in aliquo præmissorum deliquerit, si graduatus non fuerit, is vel verberibus castigetur, si vigesimum ætatis suæ annum non excedat, aut in proximo prandio ad unam mensulam seorsim in medio aulæ solo pane et potu, et si crebrius sola aqua et pane, secundum quantitatem delicti, pro prædictorum arbitrio sit contentus. Qualem etiam punitionem volumus in hujusmodi secundi ordinis Canonicis haberi, si a divinis absint officiis. Præterea volumus quod, in festis quatuor Doctorum Ecclesiæ, nempe Gregorii, Ambrosii, Hieronymi, Augustini Hipponensis, ac etiam Sancti Augustini Anglorum Apostoli, missa solennis de festis illorum, sicut in aliis inferioribus duplicibus, in sacello nostri collegii, ad supremum altare, per unum primi ordinis Canonicum, ad hoc per censorem, aut alium censoris nomine, deputandum, celebretur. Cui missæ omnes et singuli omnium ordinum collegii nostri prædicti intersint, et eam more consueto solenniter celebrent. Permittimus, insuper, ut regni hujus prælatus aliquis aut beneficiatus, qui fuit prius ejusdem collegii nostri Canonicus, aliave persona honesta quæcunque, altam missam ad summum altare et omnia alia divina officia in festis diebus prædictis, juxta discretionem Decani seu, eo absente, Subdecani, censorum et ærarii præfectorum, valeat celebrare et exequi; necnon in aula collegii comedere, pro recreatione Canonicorum ejusdem. Mandamus, insuper, et in Christo exhortamur ut omnia cantentur, legantur, distincte, devote, pie, religiose, moderate, mature, sine properatione, cum cæremoniis etiam secundum usum ecclesiæ Sarum: nec quisque, dum divina ut præmittitur in choro celebrantur, et dum alii plano cantu canunt et psallunt, dicat voce submissa matutinas, vesperas, completorium, aut aliquas alias horas vel orationes alias, per se vel cum alio, uno aut pluribus, aut etiam literis, nisi cessante plano cantu, incumbat, aut de aliqua re disputet, aut in nave sacelli vel alibi vagetur, aut murmurationes, garrulationes, derisiones, risus, confabulationes aut strepitus, faciat quovismodo; ne per inordinatos tumultus hujusmodi variosque vocum sonitus, mutuave colloquia, devotio aut actio et exercitatio canentium in choro valeat impediri; sed continue, ut officia postulant, psal-

Mass on the festivals of the four Doctors of the Church, and of St. Augustine.

Permission to Prelates and beneficed Clergy, formerly Canons, to perform high mass.

Decency of conduct at divine service.

Digitized by Google

lere et uno ore canere omnes et singuli satagant. Si quis vero primi aut secundi ordinis Canonicorum in hiis aut superioribus vel in eorum aliquo, veluti de absentia ab officiis divinis, ut a missis, matutinis, vesperis, completoriis, horis canonicis, processione et aquæ aspersione, aut aliqua parte eorundem, coram Decano aut Subdecano et uno censore probabiliter convictus fuerit, nisi causam absentiæ suæ rationabilem eis allegaverit, eorum judicio approbandam, pro prima vice privetur convictu suo per unum diem, pro secunda vice, si continue fuerit et in eodem die, per duos, pro tertia per hebdomadam, pro quarta per quindenam, et pro quinta per mensem. Ac si postea in præmissis vel eorum aliquo manifeste juventus quispiam fuerit culpabilis, pœna hujusmodi aggravetur. Præterea, ne quispiam pro loco in dicti sacelli nostri choro contendat, statuimus ut Decanus in dextra parte chori primum teneat locum, in sinistra vero parte Subdecanus primum vendicet, deinde in superiori gradu ex utraque parte chori primi ordinis Canonici graduati, videlicet, primo theologiæ Doctores, deinceps juris canonici Doctores, infra hos Doctores juris civilis, postea theologiæ baccalaurei et cæteri omnes artium Magistri, juxta senioritatem ipsorum supra a nobis descriptam; inter hos autem et cæteros primi ordinis Canonicos, tum alterutrius juris tum medicinæ tum etiam artium baccalaureos, medium insterstitium occupare volumus presbyteros collegii nostri prædicti conductitios, et inter illos eminentiorem locum obtineat præcentor; infra quos etiam, in prædicto superiori gradu, locum habeant cæteri primi ordinis Canonici cujuscunque facultatis baccalaurei, eo ordine quem in titulo de senioritate supra descripsimus. In subselliis vero et inferioribus formis, in superiori parte, aliquot ex utroque latere chori de senioribus secundi ordinis Canonicis collocentur; post quos etiam, ex utroque latere, medio interstitio, sedeant clerici conductitii, in quibus primum locum teneat informator chorustarum; deinde, in inferiori parte subselliorum reliqui secundi ordinis Canonici sedeant. Sic enim sedes ordinari volumus ut tam presbyteri quam clerici conductitii, illi in superioribus isti in inferioribus, mediam chori sedem occupent, quo majori concentu personare queant. Volumus, autem, ut in processionibus primi incedant chorustæ, deinde secundi ordinis Canonici, post illos clerici conductitii, post hos presbyteri conductitii, ac postremo primi ordinis Canonici, ordine senioritatis qui supra describitur.

Penalties for absence from services, etc.

Places in the Chapel.

De septem missis quotidie celebrandis.

Quandequidem summum omnium sacrificiorum et perfectissimum est quod in sui commemorationem Christus reliquit, in quo corpus et sanguinem nobis communicat; statutis sane nostris duximus providendum ut, in nostri collegii sacello, perpetuis futuris temporibus, numero etiam perfectissimo, quotidie pera-

Digitized by Google

Seven masses daily in the chapel.

gatur. Quamobrem etiam volumus, statuimus et ordinamus, quod præter alias missas quas quivis presbyter (prout animæ suæ salus et alia nostra statuta dictaverint faciendum) sit celebraturus, peragantur quotidie, perpetuis futuris temporibus, in sacello collegii nostri prædicti, septem missæ; quarum prima singulis diebus profestis erit mane, ante horam quintam et sextam, de Sancto Spiritu, aliis vero diebus illa hora quam Decanus aut eo absente Subdecanus assignandam duxerit et limitandam. In qua celebraturus pro nobis specialiter orabit; necnon pro nobis primum, deinde pro Rege et Regina, postea pro benefactoribus vivis, denique pro patre et matre, postremo pro benefactoribus mortuis, illas collectas cum suis secretis et postcommunione dicet, ac illis nominum expressionibus, quas in titulo de suffragiis superius explicavimus. Hanc missam volumus a presbytero primi ordinis Canonico, qui cujusvis facultatis Doctor aut sacræ theologiæ baccalaureus non fuerit, quem ad hoc compelli nolumus ullo modo, per vices ex ordine senioritatis hebdomadatim mutandas, celebrari: cui etiam sic celebranti volumus, in fine cujuslibet hebdomadæ, fideliter et absque difficultate, per unum de præfectis ærarii, duodecim denarios de bonis collegii persolvi pro labore. Secunda missa erit de Sancta Maria, videlicet, illa de qua superius a chorustis et informatore ac reliquis clericis, per præcentorem deputandis, cantanda prædiximus: in qua specialiter pro nobis oretur. Ac omnes illæ collectæ dicantur quas in missa matutinali pro nobis, Rege, benefactoribus, patre et matre nostris, dicendas præscripsimus. Hanc missam ab uno presbyterorum conductitiorum, per præcentorem deputando, ut supra statutum est, volumus celebrari; ita ut celebranti, singulis hebdomadis, octo denarii pendantur pro labore. Tertia erit de Requiem cum nota, per unum item de presbyteris conductitiis, pro animis patris et matris nostrorum, dum nos superstites fuerimus, cum collectis suis; post mortam vero nostram, pro nobis, cum nostris collectis, quotidie per unum ex presbyteris conductitiis cantanda: cui singulis hebdomadis octo denarios solvi volumus pro labore. Quarta erit de Trinitate, pro prospero statu et felici successu Regis Henrici octavi, quamdiu superstes sit, et Reginæ consortis suæ, cum suis collectis, primum, deinde nostris, superius expressis, per primi ordinis Canonicos presbyteros, permutatis qualibet hebdomada vicibus, celebranda. Post mortem vero ejusdem Regis, (quam seram fore optamus) loco illius missæ de Trinitate, dicatur pro eisdem Rege et Regina, necnon progenitoribus suis, missa de Requiem, primum cum collectis suis superius limitatis ac deinde nostris et reliquis supra expressis. Celebranti autem, singulis hebdomadis, numerentur pro labore decem denarii. Quinta missa erit de Requiem, sine nota, pro animabus omnium illorum qui monasteriorum suppressorum et huic collegio annexorum fundatores seu benefactores extiterunt: quam similiter celebrari volumus per primi ordinis Canonicos

1. Mass of the Holy Ghost.

2. Mass of the Virgin Mary.

3. Requiem for souls of Founder's parents.

4. Mass of the Trinity for Henry VIII. and his Queen Consort.

5. Requiem for souls of Founders of suppressed monasteries, annexed to the College.

Digitized by Google

presbyteros, mutatis quavis hebdomada vicibus: in qua tamen pro nobis, Rege, patre ac matre nostris, oretur, dicanturque collectæ superius limitatæ; ita ut hujusmodi celebranti, in fine cujusque septimanæ, per manus præfecti ærarii, decem denarii persolvantur. Sexta missa erit de omnibus Sanctis, pro omnibus nostris et collegii benefactoribus; in qua et pro nobis oretur, et omnes illæ collectæ dicantur quas in missa matutinali dicendas præscripsimus. Celebretur, item, per primi ordinis Canonicos presbyteros, ita ut vices suas permutent invicem quaque septimana. Celebranti autem pendentur, singulis hebdomadis, decem denarii. Septima erit alta missa, de qua supra præscripsimus; quæ erit etiam nostra specialis, omnesque collectæ, tum pro nobis tum pro Rege, patre ac matre nostris, et benefactoribus, omnino dicantur quas supra præscripsimus. Proviso semper, quod, prædictis missis privatis celebrandis, certa quædam altaria in sacello collegii nostri prædicti deputentur; ac etiam quod, in vicibus permutandis ex ordine senioritatis, non habeatur ratio absentium, sed hoc semper subeant præsentes, servata vicissitudine. Neque ullus sic deputatus alicui missæ celebrandæ Universitatem exeat, nisi qui suis expensis alium de primi ordinis Canonicis subrogaverit, qui et velit et possit suas vices supplere. Quod si quis deputatus id facere per se vel deputatum suum recusaverit aut neglexerit, eadem pœna puniatur qua illum puniendum declaravimus qui missas in festis diebus contempserit celebrare. Negligenter autem semel celebrare omittens, denariis quos pro labore esset percepturus carebit, et nihilominus reliquis diebus celebrabit, sub simili pœna qualibet vice si neglexerit, aut majori ut prædicitur si contempserit, infligenda. Subdecanum vero censores et præfectos ærarii, necnon in quacunque facultate Doctores, missas prædictas celebrare compelli nolumus ullo pacto, nisi forte salva administratione sua id facere possint aut id Doctores velint; qua in re eorum conscientias oneramus. Cæterum omitti prædictas missas nullo omnino prætextu volumus, sed aut per Canonicos aut, illis, quod absit! deficientibus, conductitios presbyteros volumus celebrari.

6. Mass of All Saints, for benefactors of the College.

7. Mass for Founder.

Special altars for the seven masses.

Persons appointed to celebrate.

Subdean and Doctors exempted from celebrating.

De exequiis, hebdomadatim et in fine cujuslibet termini, pro anima Fundatoris in communi celebrandis.

Pia gratitudinis vicissitudo exigit ut quot se quisque nominibus debere intelligat totidem persolutionibus defungi conetur. Itaque, cum cunctis in hoc nostrum collegium futuris temporibus asciscendis nostra industria nostrisque sumptibus, et privatim et publice, sumus profuturi, non grave aut molestum pio quidem animo debet videri, si, præter speciales cujusque et privatas preculas, quasque superius ab unoquoque dicendas statuimus, publicas adhuc aliquot et spiritu communi proferendas cupiamus. Nam quum verissime scriptum sit, et pro alio orantem

Digitized by Google

pro seipso laborare, et ad scopum beatitudinis, ad quem omnes inhiamus, appetendum justorum orationem imprimis valere, nec causa esse potest cur non animis lubentissimis omnes id subeant, et nobis justissima cur ab omnibus subeundum affectemus; atque ideo volumus, statuimus et ordinamus, ut, singulis hebdomadis per annum, tam vacationum quam communium lectionum temporibus, in sexta feria post meridiem, hora quæ Decano aut eo absente Subdecano commodior videbitur, aut si illa sexta feria, propter alicujus festi aut casus imminentis occasionem, commode non poterint, alio quopiam die ejusdem hebdomadæ, judicio Decani aut eo absente Subdecani assignando, conveniant in sacellum collegii nostri prædicti, eo modo induti quo festis diebus divinis officiis interesse tenentur, Decanus collegii nostri, Subdecanus, omnes utriusque ordinis Canonici, presbyteri conductitii, clerici conductitii, informator chorustarum et chorustæ, quotquot, videlicet, omnium ordinum prædictorum tunc præsentes in Universitate fuerint, ad exequias pro animis patris et matris nostrorum, omnium parentum et benefactorum suorum et nostrorum, ac, post mortem nostram, pro nostra simul et illarum animabus, celebrandas. Illasque, priusquam inde recedant, exequias secundum morem ecclesiæ Sarum cantent in communi. Postridie vero illius diei, hora per Decanum aut eo absente Subdecanum præfigenda, simili modo induti, in sacellum rursum conveniant, ac psalmos "Beati immaculati" et reliquos sequentes, quas Commendationes vocant, ex more ecclesiæ Sarum cantent: et, illis finitis, missam de Requiem pari modo absolvant. In exequiis autem et missa, volumus ut, superstitibus nobis, principalis collecta sit "Inclina, Domine," cum commemoratione nominis patris et matris nostrorum, ut est superius expressum; et illam sequatur oratio "Miserere," quam Ecclesia assignavit pro benefactoribus. Post mortem vero nostram, sit prima et præcipua collecta "Deus, qui inter Apostolicos," cum commemoratione nostri nominis, ut supra. In hujusmodi autem exequiis, nec solennem campanarum pulsationem nec majorem aliquam solennitatem fieri volumus; ita tamen ut in missa; et Diaconus et Subdiaconus atque acolitus altari ministrent vestimentis induti ad id destinatis. In illisque exequiis, is ex primo ordine Canonicus sit executor qui, Dominica proxime præcedente, exequendis divinis officiis fuerat destinatus, si modo præsens sit nec legitime impeditus; alioqui alius per censores deputetur. Lectionibus autem legendis et responsoriis cantandis ut censor similiter deputabit, quo modo in festis diebus facere consuevit. Quod si quis hujusmodi exequiis ante psalmum "Magnificat" finitum, vel commendationibus ante tertium psalmum finitum, aut denique missæ ante lectam Epistolam, non interfuerit, aut inde ante finitas exequias, commendationes aut missam, recesserit, cessante impedimento legitimo, per Decanum aut eo absente Subdecanum approbando, eadem pœna mulctetur qua, juxta nostra statuta, mulctandus veniat qui divinis officiis non

Exequies weekly for souls of Founder and his parents, etc.

Commendations and Requiem.

Special collect.

Tolling of bells, and vestments.

Performance of service, and attendance.

Digitized by Google

interfuerit. Insuper volumus, statuimus, ordinamus ac mandamus, quatenus singulis annis in perpetuum, circiter finem cujuslibet quarterii, aliquo die quo convenientius fieri possit, quem diem a Decano aut eo absente Subdecano præfigi, ac reliquis omnibus tunc præsentibus tam primi quam secundi ordinis Canonicis et aliis sacelli ministris per tres ante dies volumus intimari, ornatis prius tam summo quam aliis inferioribus sacelli altaribus, conveniant Decanus et omnes utriusque ordinis Canonici ac reliqui sacelli ministri, hora per Decanum aut, eo absente, Subdecanum assignata, illis modo et forma induti quibus divinis officiis interesse volumus, in sacellum collegii nostri, ad exequias pro anima nostra et Roberti et Johannæ, patris et matris nostrorum, ac aliorum parentum et benefactorum nostrorum, postquam sublati fuerimus ab hac vita; nobis vero superstibus, pro animabus Roberti et Johannæ; solenniter cum cantu et in communi celebrandas, illasque de more ecclesiæ Sarum, cum omni qua potuerint solennitate, ibidem cantent et finiant. Postridie vero, hora similiter per Decanum aut Subdecanum præfixa, ad cantandas Commendationes et missam de more ecclesiæ Sarum, omnes prædicti redeant. Volumus, autem, in istis exequiis et missis quater in anno ut præfertur celebrandis, Decanus aut eo absente Subdecanus sit executor. Evangelium autem et Epistola per eos de primi ordinis Canonicis maxime senioribus legantur, quos censores ad id duxerint deputandos. Interim vero, et dum exequiæ prædictæ celebrantur, volumus ut campanæ omnes trina vice ac distinctis intervallis, et qualibet vice per spatium aliquod notabile, solennius pulsentur et personent. Item volumus, statuimus et ordinamus, ut quolibet quarterio, quum exequiæ prædictæ celebrantur, statim post missam de Requiem finitam, ac priusquam a sacello recesserint, unus de præfectis ærarii, Decano et cæteris omnibus primi et secundi ordinis Canonicis, necnon omnibus et singulis presbyteris et clericis conductitiis pariter et informatori chorustarum, qui exequiis, Commendationibus et missæ, a principio ad finem interfuerint, ac celebrationi earundem diligenter intenderint, de bonis Collegii ibidem numeret ac distribuat ut sequitur; videlicet, Decano quinque solidos; Subdecano et cuilibet primi ordinis Canonico, Doctori ac unicuique lectori publico, tres solidos et quatuor denarios; cuilibet vero alii primi ordinis Canonico, non Doctori, duos solidos; item, cuilibet presbytero conductitio viginti denarios; cuilibet vero clerico conductitio sexdecim denarios; informatori quoque chorustarum sexdecim denarios; cuilibet autem secundi ordinis Canonico duodecim denarios; pulsatori denique campanarum duos solidos. Adjicientes insuper, statuimus ut, quemadmodum hac nostra liberalitate gaudeant qui officii sui memores nostris exequiis a principio ad finem interfuerint, sic etiam illi qui in exequiis prædictis ante finitum psalmum "Magnificat," in Commendationibus autem ante tertium psalmum finitum, in missa

Exequies for Founder's parents, etc., at the end of each quarter of the year.

Persons to officiate.

Distribution of money to those who attend at the quarterly exequies.

Penalties for absence.

vero ante perlectam Epistolam, præsentes non fuerint, aut inde ante finem earundem recesserint, sine causa per Decanum aut eo absente per Subdecanum approbanda, non modo prædictis distributionibus careant, sed etiam, tanquam ingrati, illas pœnas subeant quas ex nostris statutis debent subire qui divinis officiis non interfuerint. Et quoniam, ut, apud Matheum, Dominus loquitur, quod fuerit in pauperis sinu collocatum, idem Patrem altissimum pro nobis orabit, et quod istis de suo quis fuerit elargitus, in animæ refrigerium* ac æternæ gloriæ cumulum, attestantibus scripturis, cessurum sit; volumus insuper, statuimus et ordinamus, ut, quolibet quarterio anni, et in die quo missa de Requiem celebratur, statim post missam, unus de ærarii præfectis largiatur de bonis collegii, ad magnam portam ejusdem, pauperioribus qui illuc ea gratia convenerint centum solidos, singulis illorum singulos denarios aut ad summum [duos?] denarios distribuendo, quatenus summa prædicta centum solidorum patiatur.

Dole to the Poor.

De anniversario Fundatoris.

Quoniam, ut est in libris Machabeorum, sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur, unde illa quoque Ecclesiæ consuetudo manavit ut et anniversaria omnium fidelium commemoratio celebraretur, et certæ quædam preces statuerentur ab eadem anniversario cujusque celebrando peculiares; invitat profecto nos tum sacer Ecclesiæ ritus tum animæ nostræ salus, omni studio procuranda, ut, præter alias, exequias specialius constitueremus obitus nostri die vertentibus annis faciendas. Atque ideo volumus, statuimus et ordinamus, quod, quamprimum Decanus aut, eo absente, Subdecanus collegii nostri prædicti nos ab hac luce migrasse certo acceperit, non modo exequias statim et indilate in sacello collegii nostri, convocatis omnibus primi et secundi ordinis Canonicis ac reliquis omnibus sacelli ministris, cum omni qua poterint solennitate, campanarum pulsatione et cæteris cæremoniis in die sepulturæ ex more ecclesiæ Sarum faciendis, ac deinde commendationes et missas, præfixis prius ab eisdem die et horis, faciat celebrari; sed etiam, diem obitus nostri perscrutatus, diligenter illum reliquis primi ordinis Canonicis intimet, ac in singulos statutorum libros quos tunc habuerit referri faciat, quo futuris deinceps perpetuis temporibus, nostrum anniversarium honorifice celebretur. In quo die anniversarii exequias, et postridie commendationes et missas, juxta ritum ecclesiæ Sarum, per Decanum et utriusque ordinis Canonicos ac reliquos ministros, illis modo et forma in omnibus volumus cantari, officia exequi et Evangelia cantari, ut exequias in fine cujuslibet quarterii celebrandas præscripsimus. Ita, etiam, ut altaria omnia in sacello, tam summum quam inferiora, optimis ornamentis pro celebrandis a nobis præparatis exornentur; campanæ omnes sæpius et iteratis vicibus, ac ad minus trina vice dum commendationes et missa

Anniversary of Founder.

* Omitted in MS.

Digitized by Google

cantantur, pulsentur, et personent qualibet vice per notabile aliquod spatium; omniaque illis ordine ac solennitate peragantur quos honoris ratio vocari efflagitaverit. Item volumus, statuimus et ordinamus, ut, statim post missam de Requiem finitam, ac priusquam a sacello recesserint, unus de præfectis ærarii Decano et cæteris omnibus primi et secundi ordinis Canonicis, necnon omnibus et singulis presbyteris et clericis conductitiis, pariter et informatori chorustarum, qui exequiis, commendationibus et missæ, a principio ad finem intererint, et celebrationi earundem intenderint, de bonis collegii ibidem numeret ac distribuat ut sequitur: videlicet, Decano sex solidos; Subdecano autem et cuilibet alii primi ordinis Canonico Doctori, ac etiam unicuique lectori publico, quinque solidos; cuilibet autem alii primi ordinis Canonico tres solidos et octo denarios; cuilibet presbytero conductitio duos solidos; cuilibet clerico conductitio, necnon informatori chorustarum, viginti denarios; item cuilibet secundi ordinis Canonico sexdecim denarios; subsacristæ duodecim denarios; pulsatori vero campanarum tres solidos et quatuor denarios. Adjicientes, insuper, statuimus ut, quemadmodum hac nostra liberalitate gaudeant qui, officii sui memores, nostris exequiis prædictis a principio ad finem interfuerint, sic etiam illi qui in exequiis prædictis ante finitum psalmum "Magnificat," in commendationibus ante tertium psalmum finitum, in missa vero ante perlectam Epistolam, præsentes non fuerint, aut inde ante finem eorundem recesserint, sine causa per Decanum aut, eo absente, Subdecanum approbanda, non modo prædictis distributionibus careant, sed etiam, tanquam ingrati, illas pœnas subeant quas ex nostris statutis debent subire qui divinis officiis non interfuerint. Item volumus quod, in eodem die quo missa anniversarii celebrabitur, statim post missam finitam, distribuantur per unum ex præfectis ærarii, ante magnam portam, pauperibus ibi congregatis, de bonis collegii decem libræ. Proviso quod uni pauperi non amplius duobus denariis detur. Et si numerus pauperum ad hanc rationem non suffecerit, quod superest dictæ summæ decem librarum ad alios, qui cæteris pauperiores et magis indigere noscuntur, cum consilio Decani transmittatur, et conferatur eisdem.

Distribution of money to those who attend at Founder's anniversary.

Penalties for absence.

Dole to the poor.

De lectura Bibliæ et ejus expositione; et Latino eloquio exercendo.

Ad studiorum rationem nostris præscribendam is demum transitus commodissimus putatur, si prius in universum præcipiamus ut Latino Græcove sermone, quorum utriusque cognitio ad eruditionem assequendam est necessaria, omnes utantur; neve, inter prandendum, corpori sic studeant refovendo ut pabulum negligant animorum. Statuimus itaque ut, singulis diebus tempore prandii, Decanus, Subdecanus, et cæteri omnes collegii nostri Canonici, habeant partem aliquam Bibliæ lectam coram eis per aliquem secundi ordinis Canonicum, a Decano aut Subdecano depu-

Use of the Latin or Greek language.

Bible reading at dinner.

tandum, si quis præsens sit, aut, eis omnibus absentibus, per unum alium quem Decanus aut eo absente Subdecanus duxerit assignandum; cujus lecturæ omnes et singuli collegii nostri Canonici et sacelli ministri, cum silentio epulantes, diligenter et reverenter intendant et advertant, nulla dum legitur miscentes colloquia, fabulas, clamores, risus, tumultus, strepitus aut alia enormia, sed dictæ lecturæ verba et spiritualem cibum ruminent. Quam partem lectam volumus ut Decanus, si præsens sit et velit, aut alius primi ordinis Canonicus Doctor, baccalaureus aut scholaris theologiæ, per eum vel eo absente Subdecanum, aut, utrisque ab Universitate absentibus, per Canonicum maxime seniorem tunc in Universitate præsentem, pridie quam exponatur assignatus, finito prandio, sub pœna privationis convictus sui per mensem, ibidem interpretetur et explanet. Ita ut, quamdiu quatuor theologi præsentes fuerint in Universitate, singulis diebus, aut saltem quater vel ad minus ter in singulis anni septimanis, præterquam in Quadragesima tota, et duabus hebdomadis ad Natalem, et una hebdomada ad Pascha, una ad Pentecosten et altera in hebdomada festi Corporis Christi, et duabus in tempore compotus ballivorum, receptorum et dispensatorum, in collegio singulis annis faciendi, expositio hujusmodi ut præfertur semper habeatur: cui quidem interpretationi intersint omnes Canonici theologiæ ascripti in Universitate præsentes, sub pœna amissionis convictus sui per triduum pro singulis suæ absentiæ vicibus, nisi ex causa rationabili per Decanum præsentem, aut eo absente Subdecanum, aut hiis absentibus Canonicum maxime seniorem, approbanda. Adjicientes ut pars illa, quæ aliquo die vel diebus absque præfata interpretatione intermissa legitur, singulis diebus legatur, quousque per hujusmodi interpretationem integre explicetur; præterquam in septem septimanis prædictis, et etiam a Dominica in Quinquagesima usque ad festum Paschæ, quibus quæ pars Bibliæ legatur in Decani aut Subdecani arbitrio collocamus. Verum, ne muti sedeant et elingues, permittimus ut in mensa sedentes modesto utantur colloquio, sed eo duntaxat Latino vel Græco, ac de illis tantum vel præcipue quæ ad virtutum et doctrinæ augmentum attinent; præterquam dum Biblia legatur, quo tempore summum consilium præcipimus ab omnibus discumbentibus observari. Prohibentes ne quisquam prædictorum, præter Decanum; quem in suis ædibus diversantem aut in communi aula prandentem, aliasve, extraneis de causis suis aut collegii loquentem, hujusmodi prohibitione arctari nolumus; alio eloquio aut idiomate quam Latino aut Græco, nisi forte ad extraneum aut tam Latini quam Græci sermonis ignarum, vel saltem extraneum illiteratum, aut tempore computorum collegii, aut in causis collegii et in communi conventu ubi de negotiis collegii agitur et tractatur, utatur in aula, sacello, cubiculo aut aliis locis hujus collegii quibuscunque. Si vero quisquam Canonicorum aut presbyterorum

Exposition of the portion read.

Conversation in Latin or Greek.

Digitized by Google

prædictorum in præmissis vel eorum aliquo culpabilis inveniatur, prima vice careat convictu per diem, secunda per biduum, tertia per triduum, quarta per septimanam; et sic deinceps vel hac pœna convictus aut alia per Decanum aut Subdecanum et unum censorem, aut hiis absentibus per eorum deputatos, infligenda et augmentanda. Verumtamen, si aliquis Canonicus secundi ordinis in aliquo præmissorum deliquerit, si graduatus non fuerit nec vicesimum ætatis suæ annum compleverit, talis vel verberibus castigetur, vel prædictis pœnis aut aliis in capitulo præcedenti de divinis officiis, ad arbitrium Decani et unius censoris, aut, eis absentibus, eorum vices in correctionibus supplentium, puniatur. Penalties.

De lectoribus privatis et domesticis.

Quanquam ad sustinendam obeundamque publicorum professorum provinciam, quam in hac Oxoniensi academia nostris sumptibus publico omnium commodo instituimus, doctissimos quosque et in omni literarum genere præstantissimos viros præfecimus, e quorum pectoribus ad omnes ex æquo studiosos, vel uti ex fontibus quibusdam limpidissimis, pura sinceraque eruditio copiosissime manet et fluat; tamen, quo intimum simul affectum nostrum, quem erga nostri collegii alumnos eorumque in literis profectum peculiari quodam ardore et studio gerimus, speciali argumento explicaremus, statuendum duximus ut de primi ordinis Canonicis collegii nostri quatuor privati ac domestici professores quotannis deligantur; quorum unus sit grammatices pædagogus, ad chorustas informandos et in grammatices regulis informandos, alius sophisticæ artis, alius dialecticæ, tertius philosophiæ, quintus humaniorum literarum professor: qui, non sine nostris stipendiis, quatuor in prædictis facultatibus lectiones, horis et locis inferius limitandis, profitebuntur. Horum autem electionem sub hac quotannis forma fieri volumus: postera die quam collegii nostri officiarii juxta formam statutorum nostrorum electi fuerint, conveniant in aulam collegii nostri Decanus, Subdecanus, tres ærarii præfecti et quatuor censores, hora aliqua ad id per Decanum assignanda; atque ibidem, juramento a singulis ipsorum præstito se non alios ad prædictorum officia nominaturos aut electuros quam quos crediderint ad prædictorum munerum functionem, tum pro eruditione sua tum pro morum integritate, aptissimos, Decanus singulorum eligentium prædictorum vota et suffragia singillatim inquirat, quem velint in predictos professores nominare et eligere. Quo facto, volumus ut illi pro lectoribus habeantur et ad prædicta officia admittantur, in quos major pars illorum eligentium prædictorum consenserit. Sin autem in uno aliquo vel pluribus dissenserint, ita ut constare non poterit cui aut quibus major eligentium pars suffragata fuerit, tunc volumus ut ad Decanum solum devolvatur auctoritas asciscendi ad prædictum officium aut officia, de quibus aut de quo inter se convenire prius non pote-

Institution of four private Professors.

Their election.

Digitized by Google

Duties of the four private Professors.

rant, quos aut quem ipse pro suo arbitratu voluerit. Horum munus et officium erit, singulis diebus profestis, sive in dicta Universitate fuerint sive ob metum pestis juxta ordinationem nostram alio commigraverint, exceptis vacationum temporibus de quibus infra statuimus, cessante impedimento legitimo per Decanum et censores approbando, hora diei sexta et statim post finitam missam matutinalem, et per eam horam integram, suis auditoribus interpretari aliquem auctorem in scientiis supra a nobis descriptis; videlicet, duo lectores sophistices et logices, qui pro arbitrio Decani et censorum illos libros vel sophistices vel logices auditoribus interpretabuntur quos secundi ordinis Canonicorum profectus exiget et requiret; logicæ autem lector Porphyrium, aut librum aliquem veteris aut novæ logicæ Aristotelis; lector similiter philosophiæ librum aliquem moralis naturalis aut supernaturalis philosophiæ Aristotelis; lector autem humanitatis Plautum, Terentium, aut alium quempiam insignem oratorem aut poetam, profitebitur. In quibus tamen deligendis, volumus ut omnino ad Decani et censorum judicium arbitriumque sese attemperent. Ad quæ omnia et singula fideliter observanda et exercenda prædictos lectores, sub juramenti sui, per eosdem in sua admissione præstiti, virtute, astringi volumus. Quod si negligentes aut alioqui desides in dictis suis muneribus obeundis reperiantur, ac prædictas lectiones suas horis et modo ut prædicitur ad profectum audientium minime legerint, quoties sic deliquerint aut aliquis eorum deliquerit, pro prima vice per diem, pro secunda vice per duos dies, pro tertia per tres dies, pro quarta per septimanam, communiis suis careat: quod si sæpius adhuc deliquerit, gravius ac gravius, juxta Decani et eligentium prædictorum judicium, puniatur. Proviso semper, quod si aliquis professorum prædictorum vel adversa valetudine detentus fuerit vel, necessariis negotiis cum alio extra academiam vocantibus, prædictas lectiones ipse legere non possit, tunc alium ex primi ordinis Canonicis, qui judicio Decani et unius censoris suo muneri obeundo sufficiat, suis sumptibus conducat, qui professoris absentis aut valetudinarii munus perfungatur. Quod si diutius abesse eundem contigerit, aut graviori morbo decubuerit quam ut spes sit eum infra duos menses rediturum aut convaliturum, tunc volumus ut statim ad novi professoris electionem, modo et forma ut præmissum est, procedant, et ut alius statim in ejus locum subrogetur.

Books to be expounded by them.

Professors to be sworn.

Penalties for neglect of duties.

To provide a Deputy in absence.

De disputationibus et exercitiis domesticis.

Vetus est, tentando atque experiendo quantumlibet etiam ardua perfici, ac magno cum successu et felicitate præstari in quod quis multa jam ac diutina exercitatione (qua supra etiam quam dici potest tum animi tum corporis vires vegetantur, adolescunt, firmanturque) incubuerit. Quocirca statuimus, ordinamus et volumus, ut, singulis diebus profestis a prima Do-

Disputations of Petty Canons.

* Sic.

Digitized by Google

minica mensis Octobris usque ad primam Dominicam Augusti, præterquam in tribus septimanis vacationis circiter festum Nativitatis Domini, hebdomada Paschæ et septimana proxime præcedente, ac etiam hebdomada Pentecostes, singuli secundi ordinis Canonici, artis sophisticæ ac dialecticæ auditores, in aulam collegii nostri conveniant, atque ibidem per duas integras horas, videlicet ab hora nona ante meridiem usque ad undecimam; et a Dominica prima Augusti usque ad primam Dominicam Octobris, unam horam integram, videlicet ab hora nona ad decimam; sophismata aut problemata in re dialectica inter se tractent et disputent; ita, videlicet, ut unus eorum, secundum vices tamen et ordinem a junioribus incipiendo, singulis diebus prædictis opponentis, alius respondentis, munus defungatur. Hiis disputationibus volumus ut sophistarum ac logicæ studiorum lectores aut eorum alterius singulis intersint, præsint ac moderentur, eisve aut eorum altero absentibus aut legitime impeditis, eorum deputati; idque a principio usque ad finem eorundem: ut suos videlicet auditores erudiant, instruant, ac meliora suppeditent, sicubi vel in argumentandi vel etiam dicendi ratione hallucinatos conspexerint. Eisdem autem et hanc auctoritatem hoc nostro statuto tribuimus, ut quemlibet auditorum suorum, pro suo arbitrio, jubeant et cogant argumenta proponere ac aliorum argumenta dissolvere, et quæ a cæteris dicta sunt recitare, necnon respondentis aut aliorum solutiones explicare, ac de singulorum denique indole et eruditionis specimine periculum facere. Liceat etiam eisdem disputationes ante completas præfatas horas finire, ac interdum etiam, propter urgentem aliquam aut honestam causam judicio ipsorum approbandam, omnino remittere. Volumusque ut, singulis diebus profestis, extra vacationum tempora et intra vacationem, fiant quotidie per unam horam integram post meridiem, videlicet ab hora sexta ad septimam, variationes sive disputationes in sophistria et logica; quibus etiam lectores ut præfertur interesse volumus: tamen illis permittentes ut auditoribus suis, semel in hebdomada, relaxandi animi causa, prædictas variationes remittere pro arbitrio possunt, sed non amplius, nisi ex causa censoribus videatur; quibus liberum semper erit, prout causa sufficiens exiget, quod eorum conscientiæ relinquimus, intermissiones unam vel plures concedere. Similiter, volumus ut omnes et singuli artium baccalaurei, bis in singulis hebdomadis prædictis, exceptis præexceptis, in sacellum collegii nostri conveniant aut aulam ejusdem, videlicet singulis diebus Mercurii et Veneris; ibique, utraque die, per duas horas integras, judicio censoris sui, quem hiis disceptationibus interesse et moderari volumus et mandamus, deligendas, duo themata, vel e naturalibus vel e moralibus vel e supernaturalis philosophiæ penetralibus eruta, inter se publice et per vices in quæstionem vocent ac disputent. Similiter, volumus ut omnes et singuli

Disputations in dialectics.

Professors, or their Deputies, to preside.

Power to remit Disputations.

Disputations in sophistry and logic.

Disputations of Bachelors of Arts.

Digitized by Google

Theological Disputations.

theologiæ Doctores et baccalaurei, necnon omnes et singuli artium Magistri theologiæ destinati, singulis septimanis prædictis, semel in hebdomada, die aliquo quem Decanus theologiæ designaverit, unum aliquod aut duo themata theologica in sacello aut in aula inter se disceptent per duas horas; regente, videlicet, et in virtute juramenti sui erudiente, similique ut prædicitur in prædictis disputationibus auctoritate gaudente, sacræ theologiæ censore, aut eo absente Canonico maxime seniore. Quoniam autem et, præter istos dialecticæ philosophiæ et theologiæ studiosos, sex nostri collegii primi ordinis Canonicos, partim rei medicinæ partim juri civili partim, vero canonico juri, destinavimus; ut eosdem otio torpescere nullumque eruditionis suæ specimen edere haud consentaneum fore nobis visum est, ita quia numerus ipsorum non patiatur ut tam frequentes disceptationes in suis scientiis habeant; volumus ut prædicti sex artis medicæ ac utriusque juris studiosi, singulis alternis septimanis prædictis, in sacello aut aula collegii nostri, per unam horam alicujus diei per censorem suum assignandam, disputent inter se unum aliquod aut duo themata; ita ut prima septimana artis medicæ studiosi, altero eorum opponente altero respondente, sua themata disputent, in tertia septimana duo similiter juris civilis studiosi, in quinta vero similiter duo juris canonici studiosi, in septima rursum medicinæ studiosi: atque ita, in orbem redeundo, suas vicissim disputationes et alternatim perficiant, sub suo censore prædictarum disputationum præside ac moderatore. Proviso semper quod, singulis diebus lunæ, themata ipsa quæ in singulis philosophiæ, theologiæ, medicinæ aut alterutrius juris, disputationibus, in quæstionem et controversiam ut prædicitur vocabuntur, palam in foribus aulæ aut templi, per eum aut eos qui ea septimana opponentis vices fungitur proponantur, ac in scheda scripta offigantur; ut sic omnes ad prædictas disputationes parati instructique veniant, nec cuiquam liceat vel ignorantiam prætexere vel se non præmonitum dicere. Insuper, statuimus et mandamus ut, singulis diebus qui festi non fuerint, et extra vacationum tempora, quæ supra a lectionibus feriata esse volumus, extiterint, hora tertia pomeridiana, conveniant in aulam collegii nostri et secundi ordinis Canonici, quos privatis humanitatis et sophistriæ et logicæ lectionibus proximo superiori statuto interesse volumus; quo etiam tempore accedentibus lectoribus, secundi ordinis Canonici illis recenseant ex memoria sua quilibet lectionem quam die præcedente domi audierat; necnon qui humanitati et philosophiæ student simul etiam publicam lectionem præcedentis diei illis domesticis lectoribus tunc recitare teneantur: exceptis artium Magistris, quos ut lectioni illi philosophiæ domesticæ, usque post completum annum a tempore suscepti Magisterii, ut supra, tantum interesse statuimus, ita ad recensionem hujusmodi lecturæ illius, aut

Disputations in medicine and law.

Publication of subjects of Disputations.

Rehearsing subjects of lectures.

Digitized by Google

tum eidem præsentes esse, cogi nolumus ullo modo. Cæteros autem omnes, ut præfertur, non solum ad recitationem prædictam volumus astringi, sed etiam videlicet lectoribus ad singula respondeant; pœnas infra scriptas alioqui subituri. Censorum autem erit sua diligentia curare ne lectores, suæ desidiæ indulgentes, aut absint aliquando, aut, præsentes hujusmodi horis, languide nimis et remisse, oscitanter ac defunctorie, in hujusmodi recensionibus officium suum peragant. Et quoniam nostros publicos professores arctius astrinximus ut non legant solum sed etiam electa aliquot themata hebdomadatim proponant, in quibus explicandis, dilatandis, ac suis argumentis et partibus communiendis et locupletandis, sua exerceant ingenia, studiosi non minimum inde fructum reportaturi; volumus, statuimus et mandamus, ut omnes et singuli utriusque ordinis Canonici, quisque, videlicet, in ea facultate cui studendo fuerit destinatus, tanto studio ac diligentia lectionibus incumbant, talemque curam in tractandis illis thematibus adhibeant, ac in publicis exercitationibus [a nobis præscriptis tam promptos ac paratos singulis] diebus sese exhibeant, ut summæ sibiipsis interim utilitati, cæteris exemplo esse possint ad imitationem. Quod si quis fuerit quem nec sui commodi respectus, nec ulla ignaviæ nota, nec sacramenti religio, tantum commovet quin adhuc ad prædictas lectiones audiendas, disputationesque et exercitamenta prædicta observanda, aliis stimulis indigeat; volumus ut, si quis in prædictis aut aliquo ipsorum negligens, ignavus aut desidiosus, a censore (qui ea demum gratia prædictis interesse teneatur) judicatus fuerit, aut prædicta facere contumaciter reclamaverit, aut in illis, sine causa per censorem approbanda, a principio usque ad finem non interfuerit, per subtractionem, aut alioqui verberum inflictionem, communarum suarum, juxta quantitatem delicti et frequentiam delinquendi, secundum formam in statuto nostro de lectura Bibliæ, puniatur. Porro, quia publicos professores statutis nostris astrinximus ut, singulis festis diebus, ad certas horas et loca adsint, singulos nodos et dubia a quibuscunque proposita dissoluturi; exhortamur quidem, non autem mandamus, quatenus singuli utriusque ordinis Canonici, qui prædictis publicorum professorum lectionibus audiendis interesse teneantur, supradictis festis diebus, ad loca prædicta ubi professores sic se paratos ut omnibus respondeant exhibent, conveniant, de singulis dubiis quæ utcunque illorum animos solicitant aut judicia morantur sciscitaturi, exactamque inde professorum suorum censuram relaturi.

Attendance of Canons of both Orders to lectures.

Penalties for absence from, or negligence at, lectures and disputations.

Exhortation to Canons to question Professors on points of doubt or difficulty.

Hactenus, in nonnullis statutis animi nostri sensum, vobis sequendum et observandum, latius apertiusque aperuimus; reservata nihilominus ea super prædictis aliisque corrigendis, reformandis et mutandis, potestate, de qua in primo statutorum

Final exhortation.

Digitized by Google

nostrorum volumine sumus protestati. Vos, autem, in Domino exhortamur ut, fidem quam præstitistis congrua religione observantes, illum vobis scopum proponere, illum studiorum finem constituere, animisque appetere et contendere, velitis, qui votis optatisque nostris conveniat; hoc est, in publicum prodesse, publicam causam promovere, et publicam omnium salutem sic quærere ut ea illis perpetua esse possit; animum, videlicet, cum corpore eo temperamento conservantes, eo robore atque firmitate continentes, ut ad iter illud felicissimum possit sufficere quo tenditur in cœlum et ad gloriam ineffabilem pervenitur, ubi pax est et requies sempiterna; quam nobis communicet Deus optimus, maximus! Cui honor et gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

In præmissorum autem fidem et testimonium, hiis præsentibus, manu nostra subscriptis, sigillum nostrum apposuimus. Datum in ædibus nostris prope Westmonasterium, primo die mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo septimo.

(*Signed*) T. Cardinalis Ebor.

Digitized by Google

STATUTES OF CARDINAL COLLEGE, OXFORD.

(1527.)

INDEX OF SUBJECTS.

All Saints, mass of, 171
Altars, special, 171
Anniversary of Founder, 174, 175
Antiphonies, 165
Augustine, St., mass on the festival of, 168
Bachelors in Arts, disputations by, 179
Benefactors, mass for, 171
Bible to be read at dinner, 175
——, exposition of, 176
Bribery of electors, 161
Bursars, office of, 158
Butler, 162
Canons of the First Order, elections of, 159
—— to be sworn, 160
Canons, Petty, election of, 161
—— to be sworn, 161
——, disputations of, 178
Canons of both orders to attend lectures, 181
Censors, qualifications of, 152
——, duties of, 152
—— to regulate disputations, 152
——, deputy of, during absence, 153
——, deputy of, at disputations, 153
—— to be sworn, 153
——, office of, 158
Chapel, services in, 163
——, attendance at services in, 166
——, places in, 169
Complin, 164
Cooks, 162
Dean, qualifications of, 150
——, authority of, 150
——, forfeiture of office of, 150
—— to consult Canons of the First Order in matters of importance, 150
——, election of, 154
——, nomination of, 155
——, election of one of two nominated, 157
—— to be sworn, 158
——, servants of, 162
——, celebration by on festivals, 167
Disputations, Censors to regulate, 152
——, Censors' deputy at, 153
—— of Petty Canons, 178
—— of Bachelors in Arts, 179
Disputations, power of Professors to remit, 179
—— in dialectics, 179
—— in sophistry, 179
—— in logic, 179
——, theological, 180
—— in medicine, 180
—— in law, 180
——, publication of subjects, 180
Doctors of the Church, mass on festival of, 168
Doctors exempted from celebrating the Seven Masses, 171
Dole to the poor, 174, 175
Election of Dean, 154
—— of Subdean, 158
—— of Canons of the First Order, 159
—— of Censors, 159
—— of Bursars, 159
—— of Petty Canons, 161
—— of four private Professors, 177
Exequies for Founder, etc., 172, 173
——, quarterly, distribution of money at, 173
——, persons to officiate at, 173
Festivals, 167
Founder, prayers for, 164
——, mass for, 171
——, exequies for, 172, 173
——, anniversary of, 174
Greek language, use of, 175, 176
Groom, 162
Henry VIII., mass of the Trinity for, 170
Holy Ghost, mass of, 170
Latin language, use of, 175, 176
Laundryman, 162
Lectures, rehearsing subjects of, 180
——, Canons to attend, 181
Manciple, 162
Mary, Virgin, matins of, 163
——, mass of, 163, 170
——, vespers of, 164
Masses, 164, 168, 170
——, persons to celebrate, 171
Matins, 163
Nones, 164
Officers to be sworn, 159
Penalties for neglect of duty assigned in services, 168

Penalties for absence from services, etc., 169
—— for absence from exequies for Founder, 173
—— for absence from anniversary of Founder, 175
—— for neglect of using Greek or Latin language, 177
—— for neglect of Professors' duties, 178
—— for absence from lectures and disputations, 181
Porter, 162
Prayers, 165
—— for Founder, 164
Professors, institution of, 177
——, election of, 177
——, duties of, 178
——, books to be expounded by, 178
—— to be sworn, 178
——, deputy of. 178
—— to preside at disputations, 179
Requiem, mass of, 164
—— for souls of Founder's parents, 170
—— for souls of Founders of suppressed monasteries annexed to the College, 170
Sarum, Use of, 165
Scrutators at nomination of Dean, oath of, 155
Servants, 162
——, hire and removal of, 163
—— to be sworn, 163
Services, Divine, 163, 167
—— in chapel, 166
——, conduct at, 168
——, penalties for absence from, 169
Statutes, object of, 149
Strangers, performance of mass by, 168
Subdean, institution of, 151
——, duties of, 151
——, power to punish Canons. 151
——, oath of, at nomination of Dean, 155
——, office of, 158
——, election of, 158
——, servants of, 163
——, celebration by, on festivals, 167
—— exempted from celebrating the seven masses, 171
Tonsor, 162
Trinity, mass of the, 170
Vespers, 164
Vestments in chapel, 166

Digitized by Google

STATUTES OF KING HENRY THE VIII.TH'S COLLEGE, OXFORD.

STATUTA ET ORDINATIONES COLLEGII

POTENTISSIMI ET INVICTISSIMI PRINCIPIS HENRICI OCTAVI, DEI GRATIA ANGLIÆ ET FRANCIÆ REGIS, FIDEI DEFENSORIS, ET DOMINI HIBERNIÆ, VULGARITER NUNCUPATI, "KYNG HENRY THE VIIIm. HIS COLLEDGE," INFRA UNIVERSITATEM OXONIÆ SITUATI; EDITA PER* AUCTORITATE ET MANDATO EJUSDEM INVICTISSIMI ET POTENTISSIMI PRINCIPIS, ANNO REGNI SUI XXVto.

Imprimis, quod sit et esse debeat perpetuo in dicto collegio Decanus et duodecim alii præbendarii seu canonici,* presbyterorum seu vicariorum, necnon* clericorum,* choristarum, qui in eodem collegio numero præscripto perpetuo Domino famulentur. **Members of the College.**

Item, quod Decanus successoresque sui cæteris præbendariis seu canonicis, presbyteris seu vicariis, clericis et ministris ipsius capellæ seu collegii, præsideant, ipsos et eorum singulos regant utiliter et gubernent, per modum infrascriptum, omnemque jurisdictionem ecclesiasticam primariam habeant et exerceant in collegium, præbendarios seu canonicos, vicarios, clericos et ministros quoscunque, dictæ capellæ seu collegii, moram facientes ibidem, quoad executionem statutorum infrascriptorum; nullique Episcopo, Archiepiscopo vel Legato, aut alio ordinario ecclesiastico cuicunque, quoad præmissa et infrascripta, subsint, sed Regiæ majestati duntaxat, aut ejusdem majestatis deputato. **Authority of Dean.** **To be subject to no power but that of the King.**

Item, auctoritate et mandato dicti domini Regis statutum est quod præbendarii sive canonici dictæ capellæ sive collegii universi jus, libertates et insignia, similia qualia præbendariis seu canonicis ecclesiarum cathedralium regni Angliæ de jure vel consuetudine competere dignoscuntur, habeant, et fruantur eisdem; jus insuper et proprietates beneficiorum ecclesiasticorum, terrarum, maneriorum, possessionum, reddituum, bonorum, jurium et jurisdictionum, per eundem dominum Regem datorum seu assignatorum pro collegio dictæ capellæ, necnon beneficia ecclesiastica, bonaque mobilia et immobilia eisdem adquisita et inposterum adquirenda, eisdem capellæ et collegio obvenientia, ad capellam et collegium, et ipsorum Decanum et præbendarios seu canonicos, pertinere debeant. **Rights and privileges of the Prebends or Canons.**

---

* Blank in MS.

Patronage of the College.

Item, jus patronatus collegii prædicti sive capellæ ejusdem, necnon Decanatus et præbendarum donatio atque collatio, eidem serenissimo et potentissimo principi suisque successoribus pertinet, et pertinere debet perpetuis futuris temporibus.

Divine Service daily, and matins.

Item, statuimus et ordinamus quod in ipsa capella sive collegio, singulis diebus, fiat et celebretur divinum officium reverenter; et matutinæ tam missa major quam vesperæ congruis temporibus decantentur, prout in ecclesiis catholicis est fieri consuetum. Hoc salvo, quod matutinæ incipiantur quotidie inter sextam et septimam in aurora continue per annum; et quod in festis principalibus et aliis temporibus, ubi necessitas exegerit, matutinæ incipiantur ante illam horam sextam, prout visum fuerit Decano vel ejus deputato; quodque, post finitas matutinas, per aliquem de vicariis ejusdem, qui per præcentorem ascriptus fuerit sive intitulatus, singulis diebus missa decantetur de Virgine gloriosa Beata Maria; et deinde, pro incolumitate serenissimi Regis et Reginæ, necnon filiorum ac filiarum eorundem, missa quæ nuncupatur "Salus populi" per aliquem de dictis vicariis quotidie dicetur. In quibus missis, volumus quod, cum prima collecta in aliqua prædictarum missarum dicenda, dicantur orationes, "Deus, in cujus manu sunt corda Regum, qui es humilium consolator et fidelium fortitudo, et protector omnium in te sperantium, da Regi nostro Henrico Octavo, Fundatori nostro, et Reginæ Annæ consorti suæ, populoque Christiano, triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut per te semper reparentur ad veniam;" "Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur ut animas Regis Henrici Septimi et Elizabethæ Reginæ consortis suæ, patris et matris dicti Fundatoris nostri, et animas famulorum famularumque tuarum [quas?] de hoc sæculo migrare jussisti in pacis ac lucis regione constitutas et Sanctorum tuorum jubeas esse consortes, per Dominum nostrum, &c." Et semper dicantur hæ collectæ cum suis secretis et postcommunione, sub uno per Dominum, cum prima collecta; et post mortem dicti serenissimi Regis Fundatoris et nobilissimæ Reginæ consortis suæ, loco illius collectæ, "Deus, in cujus manu, &c.," dicatur hæc collecta, "Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, propitiare animæ famuli tui Regis Henrici Octavi, Fundatoris nostri, et animæ Reginæ Annæ consortis suæ, et omnia eorum peccata dimitte, ut; mortis vinculis absoluti, transire mereantur ad vitam, per" &c., cum suis secretis et postcommunione. Et singulis diebus Veneris, singulis septimanis per annum continuum contingentibus, missa de Requiem, pro parentibus et progenitoribus eorundem serenissimi Regis et Reginæ, per aliquem de dictis vicariis etiam decantetur in choro ejusdem capellæ; necnon missa de die singulis diebus in dicto choro decantetur; et in eventum quo missa de die fuerit de gloriosa Virgine Maria, tunc missa, "Salus populi," decantetur in choro. Statuimus, in-

Mass of the Virgin Mary daily.

Mass for the King and Queen.

Prayers for Founder, etc.

Requiem for the King's progenitors.

Digitized by Google

super, quod tam Decanus ejusque deputatus et præbendarii sive canonici, quam aliæ personæ illis inferiores dicti Collegii, in suis missis et aliis eorum orationibus et suffragiis, pro dicti domini nunc Regis et dominæ Reginæ, et qui erunt pro tempore, statu felici orare perpetuo teneantur: in singulisque missis majoribus dictæ capellæ dicatur oratio prædicta—"Deus, in cujus manu sunt corda regum, &c." cum suo secreto et postcommunione sub uno per dominum cum prima collecta; post mortem vero dicti domini Regis Fundatoris nostri, dicatur, loco orationis prædictæ, "Deus, cui proprium est misereri," ut supra notatur, cum suo secreto et post communione convenientibus.

King and Queen to be prayed for in all Masses, etc.

Item, statuimus quod, singulis diebus, exceptis tribus diebus pœnitentialibus ante Pascha, et diebus Natalis Domini, Paschæ, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis, Beatæ Mariæ Virginis; exceptis etiam diebus aliis in quibus missam majorem de Beata Maria Virgine celebrari contingat; solenniter missa de Beata Maria Virgine cum nota, et alia missa pro defunctis etiam cum nota, exceptis illis diebus quibus anniversaria seu alia officia pro defunctis ratione funerum, vel alias majori missa, fieri continget, ante magnam missam per aliquem de vicariis celebrentur.

Mass for the Virgin Mary, and mass for the dead, daily.

Quum oratio humilis devota et assidua sit quasi mutuum cum Deo colloquium, deprecantes ad cœlum convehens, prositque vita defunctis nedum ipsis vivis; statuimus ut Decanus et canonici omnes sive præbendarii, vicarii ac cæteri clerici quicunque, ubicunque fuerint, dicant singulis diebus, genubus flexis, mane cum de cubili surrexerint et iterum sero antequam lectum ingrediantur, aut aliis horis diei aut noctis, si dictis temporibus ex aliqua causa, oblivione aut negligentia, omiserint, in honore sanctissimæ et individuæ Trinitatis, illam antiphonam, "Libera nos, Salva nos," &c., cum versiculo "Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu," &c.; cum hac oratione, "Deus, in cujus manu sunt corda regum, qui es humilium consolator et fidelium fortitudo, et protector omnium in te sperantium, da Regi nostro Henrico Octavo, Fundatori nostro, et Reginæ nostræ Annæ consorti suæ, populoque Christiano, triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut per te semper reparentur ad veniam," quamdiu superstites fuerint in hac vita; cum vero subtracti fuerint ab hac luce, loco illius secundæ orationis dicatur hæc oratio, "Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, propitiare animæ famuli tui regis Henrici Octavi, Fundatoris nostri, animæ famulæ tuæ Annæ Reginæ consortis suæ, et omnia eorum peccata dimitte; ut, mortis vinculis absoluti, transire mereantur ad vitam:" quibus orationibus, sicut præmittitur, dictis, subjungant hunc versiculum "Anima regis Henrici Octavi, Fundatoris nostri, anima Annæ Reginæ consortis suæ, et animæ omnium fidelium defunctorum, per manum Dei," &c., Dicant etiam singuli prædicti, hora qua voluerint, privatim aut cum alio, pro anima dicti

Morning and evening prayers for Henry VIII. and Queen Ann.

And for their souls after their death, and the souls of Henry VII. and his Queen Elizabeth.

Digitized by Google

domini Regis Fundatoris, et pro animabus illustrissimi Regis Henrici Septimi, serenissimæ dominæ Elizabethæ carissimæ conjugis, patris ac matris ejusdem domini Regis Fundatoris, pro animabus omnium parentum, liberorum et progenitorum eorundem, et pro animabus omnium fidelium defunctorum, psalmum "De profundis clamavi:" quo psalmo completo, dicant "Kyrie eleeson! Criste eleeson! Kyrie eleeson!" cum oratione Dominica et salutatione angelica, cum hiis orationibus:—"Deus, in cujus manu sunt corda" (&c. ut supra) "Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur ut animam famuli tui Regis Henrici Septimi, et animam famulæ tuæ Elizabethæ Reginæ consortis suæ, et animas parentum, liberorum et progenitorum eorundem, quas de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione," &c.; ac post mortem domini Regis Fundatoris præmittatur hæc oratio—"Deus, cui proprium est," &c., ut supra, cum hoc versiculo "Anima Regis Henrici Octavi," &c., ut supra exprimitur. Ad hæc adjicimus, ut, singulis diebus per annum, excepto sancto die Parascevæ, in choro dicti Collegii sive capellæ, post finitum divinum servitium ac etiam post completorium, in medio chori extra subsellia, a Decano et ab aliis præbendariis et ministris Collegii sive capellæ tunc in choro præsentibus, dicatur in communi psalmus "De profundis," &c., cum oratione Dominica et salutatione angelica: post quæ dicat executor, vel alius vice ejus, orationes subscriptas, "Deus, in cujus manu sunt corda regum," &c. ut supra, in statuto præcedente; "Absolve, quæsumus, Domine, animas famulorum," &c.; et post mortem dicti domini Regis Fundatoris, loco illius orationis, "Deus, in cujus manu," &c., dicatur oratio, "Deus, cui proprium est," &c., ut supra: quibus dictis et expletis, dicat idem executor, vel alius loco ejus, "Anima Regis Henrici Octavi, Fundatoris nostri," &c. Præterea, statuimus et ordinamus quod, singulis noctibus, exceptis tribus noctibus ante Pascha et hiis in quibus juxta ordinale Sarum matutinæ fiunt, tempore vesperarum, post completorium et antiphonam de Beata Maria solenniter cantatam, in choro, accedant choristæ, in suis superpelliciis induti una cum suis capiis nigris, cum anni tempus caparum usum expostulat, in navem capellæ, ubi, in honore Crucifixi, cum ea qua poterint devotione, cantabunt antiphonam, "Sancte Deus, sancte, fortis," &c.; qua percantata, subjungant choristæ prædicti in plano cantu Kyrie eleeson! Christe eleeson! Kyrie eleeson! "Pater Noster," "Ave Maria." Quibus finitis, puer hebdomadarius, vel alius ejus loco, cantet, "Et ne nos inducas, &c. sed libera nos," "Domine, salvum fac Regem, et exaudi nos in die qua invocavimus te, mitte ei auxilium de sancto, et de Syon tuere eum; nichil proficiat inimicus in eo et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Domine, Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus. Domine, exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. *Oremus.* Deus

Prayers daily for Henry VIII. after divine service, and after complins.

Prayers every evening for Henry VIII., and the souls of Henry VII. and his Queen Elizabeth.

Digitized by Google

in cujus manu sunt corda Regum," &c., prout superius notatur; adjuncta hec oratione "Prætende, Domine, famulis et famulabus tuis dextram cœlestis auxilii, ut te tota virtute diligant et quæ digne postulant assequantur. Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras," &c., ut supra, "Miserere, quæsumus, Domine, animæ Regis Henrici Septimi et Elisabethæ Reginæ consortis suæ, patris ac matris Fundatoris nostri, et animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum; et pro beneficiis quæ nobis largiti sunt in terris præmia eterna consequantur in cœlis." "Fidelium Deus, omnium conditor et redemptor, animabus omnium fidelium," &c. "per Christum Dominum nostrum," &c. Quibus expletis, dicat unus choristarum "Anima fundatorum, Regis Henrici Octavi," &c. Cum vero prædictus dominus Rex Fundator, et domina Regina consors ejus, subtracti fuerint ab hac luce, volumus quod, loco illius "Deus, in cujus manu," &c., hæc oratio "Deus, cui proprium est misereri et parcere," &c., ut supra, præmittatur orationibus prædictis. Quibus sic expletis, pulsator campanarum, seu alius vice ejus, aliquam ex campanis trina vice ter pulsabit, facto aliquo interstitio seu intervallo inter singulas pulsationes: sub quibus intervallis, choristæ prædicti cantabunt in torto cantu (quem *pricked* appellant) salutationem angelicam sub hac forma, prima vice, secunda vice "Ave Maria," tertia vice vero "Ave Maria, gratia plena, Deus tecum." Quibus persolutis, se recipiant ad cubicula vel ad cœnandum, si tempus id expostulat. Volumus insuper et statuimus quod, quater singulis annis in perpetuum, circiter finem cujuslibet quarterii, aliquo die quo convenientius fieri possit, Decanus et præbendarii sive canonici residentes, cæterique capellæ sive Collegii ministri, omnes et singuli præsentes, solenniter cantent exequias mortuorum, cum commendatione animarum et missa de Requiem in crastino, juxta morem ecclesiæ cathedralis Sarum. Quas quidem quatuor exequias terminales, tam eo die quo celebrabimur quam pridie illius diei, per Decanum seu ipso absente ejus deputatum, omnibus præbendariis seu canonicis residentibus, cæterisque ministris capellæ seu Collegii, intimari et prædici volumus. Et si residens Decanus in exequiis hujusmodi terminalibus et missa interesse gratis neglexerit, quinque solidorum argenti, præbendarius vero seu canonicus residens trium solidorum et quatuor denariorum, vicarius duodecim denariorum et clericus sex denariorum sterlingorum, si similem defectum gratis commiserit, pœnas incurrant, ærario et usibus communibus applicandas.

Exequies of the dead, and Requiem at the end of each quarter of the year.

Penalties for absence from the Exequies.

Statuimus quod Decanus dictæ capellæ, existens pro tempore, vel ipso absente ejus deputatus, vesperas diei, completorium, matutinas, majorem missam, cæterasque horas ejusdem diei, exequatur in singulis majoribus et principalibus festis duplicibus: anniversariis etiam Regum, Reginarum, ac filiorum filiarumque ipsorum, diebus etiam Sanctæ Trinitatis, in utroque festo Sanctæ

Days on which the Dean shall perform the services.

Digitized by Google

Fredeswidæ, die Parasceves et in vigilia Pentecostes, debeat celebrare missas hujusmodi, sub pœna sex solidorum et octo denariorum totiens quotiens, applicandorum ad usum Collegii et ponendorum in cista communi.

Days on which the Prebendaries or Canons shall perform the services.

Item, statuimus quod omnes et singuli præbendarii seu canonici residentes in dicta capella, vicissim, unus post alium, prout per præcentorem illius ad hoc ascripti fuerint, in omnibus festis minoribus duplicibus in quibus Decanus juxta prædictam patentem ordinationem ad hoc non arctabitur, missam majorem et cætera alia divina officia ejusdem diei tanquam executor ejusdem officii exequantur in dicta capella, et celebrent, seu per alium ejusdem vicarium procurent et facient celebrari, sub pœna quinque solidorum. In aliis vero festis diebus et ferialibus, ac Dominicis, in quibus Decanus vel ejus deputatus aut aliquis præbendarius residens non arctatur ad divina officia seu majorem missam celebranda, unus ex vicariis prædicta celebrabit officia, secundum vices, juxta formam inferius descriptam, in statuto de officio præcentoris et sacristæ.

The Sarum Use to be observed.

Item, statuimus quod usus et consuetudo psallendi et dicendi seu celebrandi divinum officium, ministrandique in choro et altari seu circa illud, celebrandique seu dicendi missas de die ac de Beata Maria Virgine, necnon pro defunctis, tam celebrando et legendo quam cantando, stando, sedendo in choro et extra ipsum, qui in ecclesia Sarum servantur, in capella observentur antedicta, secundum loci congruentiam et exigentiam personarum.

Time of commencing matins and vespers, and other services.

Item, statuimus quod, post quartam pulsationem ad matutinas seu ad vesperas, ipsæ statim sine intervallo inchoentur in choro, nec propter alicujus absentiam differantur ulterius, nisi Decani duntaxat, si se mandaverat expectandum; ac post quartam pulsationem hujusmodi, præbendarii seu canonici residentes divinis tunc cantandis interesse volentes, necnon vicarii et cæteri dictæ capellæ ministri deputati ad divina, se reponant in stallis suis et locis, seque contineant honeste a confabulationibus, disputationibus, strepitibus et aliis levitatibus abstinendis, divinis præcipue dum vacabunt. Item, statuimus quod vicarii, clerici et pueri choristæ dictæ capellæ, ipsam in divinis officiare debentes, ad matutinas, vesperas et cæteras horas canonicas, statim post ultimam pulsationem ad easdem seu saltem ante finitum primum psalmum, si impediti legitime non fuerint, chorum ipsius capellæ, ad missas vero singulas, quibus interesse tenentur, ante finem introitus sive officii earundem, chorum ingredi, ac in elevatione corporis Christi ac oratione missæ ultima præsentes adesse fideliter teneantur; a choro prædicto, post ingressum hujusmodi, ante finitas complete matutinas, missas, vesperas et alias horas canonicas hujusmodi, absque licentia speciali Decani suive deputati, seu illis absentibus præcentoris dictæ cappellæ, nullatenus recessuri: alioquin, culpabiles in aliquo præmissorum, si

Penalties for leaving the chapel before completion of services.

Digitized by Google

vicarii vel clerici fuerint, pro quolibet in hiis defectu unum denarium de suo stipendio amittant, pueri vero choristæ per Decanum suumve deputatum arbitrarie puniantur.

Numbers of tapers at the different services.

Item, statuimus quod in ferialibus diebus, dum in dicta capella matutinæ, vesperæ, et aliæ horæ canonicæ, cantabuntur, unus duntaxat cereus accendatur; in ferialibus missis, duo; in Dominicis autem et aliis festis novem lectionum non duplicibus, tam in missis quam in matutinis et aliis horis canonicis, similiter duo; in festis vero duplicibus minoribus quatuor; in duplicibus quidem festis principalibus et majoribus sex, et plures si ipsius Collegii facultates ad hoc suppetant, accendantur et ardeant, grossitudinis competentis, dum durabit celebratio præmissorum.

Vestments of deacon and subdeacon.

Item, statuimus quod, quum chorus regitur in dicta capella, diaconus et subdiaconus tunica et dalmatica induti sacerdoti ministrent; profestis vero et ferialibus diebus sint induti sacris vestibus, prout est in ecclesia Sarum fieri consuetum.

The host.

Item, statuimus quod Corpus Christi, supra majus altare dictæ capellæ pendens, reconditum maneat reverenter, et pro qualibet die Dominica sacerdos aliquis, qui missam ibidem celebraverit, sumat dictam hostiam et ea utatur, et aliam hostiam consecratam noviter tunc recondat. Cereus insuper vel lampas de nocte et die continue, saltem in ipsa capella, teneatur accensus.

Vestments of the Prebendaries and others at Divine services.

Item, statuimus quod ipsius capellæ præbendarii seu canonici, vicarii, clerici, pueri et ministri, omnes et singuli, celebrationi divinorum insistentes, dum in ea vacabunt, præmisso in habitu incedant, stent, et eo utantur mundo, integro et honesto; præbendarii seu canonici, videlicet, a vigilia Paschæ usque ad festum Sancti Michaelis, et in eo, in superpellicio albo et mundo, cum almutio de griseo furrato de vario minuto; vicarii autem in superpellicio albo et mundo, cum almutio nigri panni furrura nigra furrato vel sendalo duplicato; cæteri vero clerici cum almutio nigri panni; et pueri choristæ in superpelliciis et albis et mundis. A festo siquidem Michaelis usque in vigiliam Paschæ, omnes supradicti nigris capis decentibus, ecclesiarum cathedralium more, desuper utantur; proviso quod, in habitu quo præmissi usuri sunt in choro, ipsorum aliqui per vicos extra Collegium ipsum incedere non præsumant.

Penalty for using unsuitable vestments.

Si quis autem præmissorum chorum capellæ prædictæ in habitu sordido, fracto aut alias inhonesto, intrare presumpsit et in ea ipso uti, si, post correctionem et trinam monitionem de reparando seipsum, in hac parte faciendam per Decanum aut ejus deputatum, dilatione trium dierum inter singulas monitiones hujusmodi observata, debite se non correxerit in et de qualibet præmissorum, ab ingressu chori, donec hujusmodi suus habitus competenter reparatus fuerit vel de eo provisum, suspendatur; nihil penitus de bonis dicti Collegii percepturus, hujusmodi suspensione durante: de hiis quæ foret interim percepturus, in repara-

tionem sui habitus per Decanum vel ejus deputatum, seu alium eorum auctoritate si oporteat, convertenda.

The Precentor and Sacristan.

Item, statuimus quod de vicariis dictæ capellæ seu Collegii unus in præcentorem et alius in sacristam, intra sex dies post vacationem alicujus officii eorundem, præficiantur per Decanum vel ejus deputatum, et majorem partem præbendariorum seu canonicorum residentium. Ad præcentoris autem prædicti officium pertinebit psallentes in dicta capella et in ea interessentes divinis in cantu et psalmodia regulare, ac quis eorum quam antiphonam incipiet per se vel alium præmunire: quod nulli præmunito liceat refutare. Ordinabit etiam de cantoribus qui psalmos incipiant, ex utraque parte chori. Habebit insuper in tabula vel in cartallo scribere ac in choro ponere, quolibet die Sabbati, declarando per suam patentem scripturam hujusmodi qui in septimana sequenti missas celebrabunt, lectiones legent, Epistolas et Evangelia ac responsoria et canenda alia decantabunt. Præsentabit etiam, singulis diebus Sabbati, præbendariorum seu canonicorum residentium, necnon vicariorum et aliorum dictæ capellæ ministrorum quorumcunque, absentiam a divinis; et alios quoscunque defectus, si quos perceperit circa ea, referet in capitulo. Si quis autem præbendariorum seu canonicorum suam absentiam per prædictum præcentorem notatam excusare voluerit, et absentiæ causas judicio Decani suive deputati rationabiles allegaverit, super ipsarum causarum veritate suæ credatur assertioni, in fide sua et conscientia faciendæ. Si vero vicarius seu clerici suas absentias ab officiis divinis ejusdem hebdomadæ excusare voluerint, tunc proponant coram Decano vel ejus deputato absentiæ suæ causas, et, si rationabiles illis visæ fuerint, de et super veritate ipsarum, si in factis dubiæ fuerint, fidem faciant super eis saltem proprio juramento: pueri autem choristæ super excusationem absentiarum suarum ad jurandum nullatenus admittantur, sed assertioni vicarii seu clerici, magistri informatoris eorum, super hiis adhibeatur plena fides. In suique assumptione ad dictum officium, præstabit corporale juramentum ad præmissa quanto commodius poterit fideliter administranda. Ad officium autem sacristæ pertinebit facere fieri pulsationes ad matutinas, missas, vesperas, et ad alias horas: omnes libros, insuper, cruces, calices, vestimenta et ornamenta quæcumque, ipsius capellæ, quæ sibi tradi et committi ordinamus per indenturam, ejusque luminaria, salvo pro viribus custodiet. Necnon de omnibus quæ ad divinum cultum necessaria fuerint in eadem, sumptibus dictæ capellæ sive Collegii, quotiens oportebit, in quantum poterit providebit. Qui et hujusmodi vestimenta lavari et mundari faciet, ac cæteros quoscunque defectus præmissorum, quoties opus fuerit, sumptibus etiam dictæ capellæ et Collegii, debite reparari. Pro suisque in hac parte laboribus, annuatim, ultra illa quæ alias habituri erant in officiis hujusmodi non existentes, dum tamen per annum in-

Duties of the Precentor.

Duties of the Sacristan.

Stipends of Precentor and Sacristan.

Digitized by Google

tegrum in hujusmodi officiis permanserint, alioquin pro rata temporis quo in illis steterint, percipient præcentor præfatus * sacrista vero * vel tantundem alterius consuetæ monetæ. Quibus quidem præcentori et sacristæ, in omnibus quæ ad eorum pertinebunt officia, ab aliis quibuscunque præfatis capellæ ministris parebitur et intendetur. Qui si in suis officiis negligenter aut alias perperam quicquam egerint, nisi ad monitionem Decani suive deputati se correxerint, competenter per subtractionem dictæ summæ illis pro suo labore taxatæ, seu gravius si eorum culpa id exegerit, prout dicto Decano vel ejus deputato videbitur, puniatur.

Punishment of Precentor and Sacristan for neglect of duties.

Item, statuimus quod vicarii dictæ capellæ seu Collegii in ea continuam residentiam personalem faciant. Et si se a matutinis vel missis majoribus ipsius capellæ, vesperis aut completorio, aut aliis horis canonicis ejusdem, seu qui ad missas de Beata Maria Virgine vel pro defunctis celebrandas ibidem per tabulam ascripti ab eisdem se absentaverint, absque causa legitima et licentia speciali petita a Decano vel ejus deputato pariter et obtenta, singulos duos denarios pro qualibet absentia hujusmodi a missa majori quacumque, unumque denarium pro absentia qualibet ab alia quavis hora canonica, seu a missis beatæ Mariæ Virginis vel pro defunctis inibi celebrandis, eo ipso amittant, de suo salario sibi solvendo subtrahendos. Quos in usum et commodum vicariorum aliorum, suam in præmissis præsentiam exhibentium, statuimus convertendos. Clerici vero eadem pœna mulctandi sunt, si se a præmissis absentaverint.

Residence of the Vicars, and attendance at services.

The Clerks.

Statuimus quod Decanus aut præbendarius seu canonicus dictæ capellæ sive Collegii vicarios aut clericos ejusdem, seu pueros choristas, propter aliquod suum familiare servitium vel alias, non impediant quominus sua officia ecclesiastica et quæ ipsis incumbunt circa divina exequantur.

Vicars, clerks, and choristers not to be impeded in their duties.

Statuimus quod Decanus pro tempore existens ejusve deputatus eligat personas idoneas ad singulas vicarias dictæ capellæ seu Collegii pro tempore vacantes, infra mensem a tempore notæ vacationis. Quod si non fecerit, licebit seniori præbendario seu canonico et thesaurario dicti Collegii, infra alium mensem ex tunc sequentem, personas hujusmodi ad dictas vicarias ut præfertur vacantes eligere. Quod si sic prænominati facere et eligere neglexerint, major pars præbendariorum seu canonicorum tunc residentium de persona idonea tunc providebunt. Statuimus quod in vicarium, aut alium inferiorem clericum seu choristam, per Decanum ejusve deputatum et thesaurarium nullus admittatur, nisi modulandi competens habeat instrumentum et cantus scientiam competentem, etsi scientia sua alia quavis virtutum prærogativa ditetur.

Nomination of Vicars.

Qualifications of Vicars, clerks, and choristers.

Statuimus, insuper, quod unus ex vicariis ipsius capellæ seu

Instructor of the choristers.

* Blank in MS.

Digitized by Google

Collegii cæteris in grammatica et cantu tradendo doctior, qui etiam provideatur in ea parte instructus doctor, pueros ipsius capellæ choristas, illis dierum temporibus quibus eosdem vicarium et choristas divinis obsequiis in ipsa capella non oportebit vacare, in grammatica et cantu teneatur instruere diligenter. Qui, pro labore instructionis suæ hujusmodi, ultra commune vicariorum stipendium * sterlingorum, vel in eo valore tantundem alterius usualis monetæ, ad festa Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis et Sancti Michaelis Archangeli, æquis portionibus recipiat annuatim. Ipsius autem capellæ vicarii clerici sæculares et pueri choristæ, magisterque grammaticalis instructurus eosdem, admittendi ad eam, per Decanum vel ejus deputatum et thesaurarium examinentur et approbentur, antequam ponantur in ea. Sic, videlicet, quod admittendi vel assumendi, per octo dierum spatium, seu paucioribus, secundum arbitrium examinatorum prædictorum, probentur de vocis sonoritate et legendi et cantandi peritia competente, cum personarum acceptione qualicunque remota.

Vicars, clerks, and choristers to be examined by the Dean and Treasurer before admission.

The prebend of Wytwange to belong to the Dean.

Item, quod redditus, proventus atque fructus, præbendæ de Wytwange, in diœcesi Eboracensi situatæ, Decano dicti Collegii pro tempore existenti pertinet, et pertinere debet perpetuis futuris temporibus.

Stipends and allowances to Dean and Prebendaries.

Item, quod singuli præbendarii seu canonici dictæ capellæ seu Collegii, cum in ea residentes fuerint aut se absentes tenuerint ab eadem, decem marcas sterlingorum, nomine ac loco corporum suarum præbendarum, singillatim annuatim percipere debeant et habere, duntaxat ad terminos Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis et Sancti Michaelis, per æquales portiones, per manus thesaurariorum seu eorum deputatorum. Idemque Decanus, singulique præbendarii seu canonici dictæ capellæ seu Collegii, cum in ea residentes fuerint, qui videlicet in choro matutinis, vel majori missæ, aut vesperis et completorio, personaliter interfuerint,* denarios legalis monetæ Angliæ, aut tantundem alterius consuetæ monetæ, quotidianarum distributionum nomine, singulis diebus percipere debeant. Præterea, statuimus ut Decanus, et quivis præbendarius seu canonicus dictæ capellæ residens in ea, qui, cessante impedimento legitimo, per capitulum vel per majorem partem ejusdem capituli approbando, vel qui in ejusdem capellæ seu Collegii negotiis occupatus non existens, matutinis, vel majori missæ, aut vesperis et completorio, in ipsa capella quovis die non curaverint præsentes esse, aliquo tempore missæ aut matutinarum vel vesperarum, prædicta sua quotidiana distributione pro diebus singulis quibus se absentaverint careant, eo ipso.

Residence of Dean and Prebendaries.

Item, statuimus quod ipsius capellæ seu Collegii Decanus, suique successores Decani ejusdem, et præbendarii sive canonici

* Blank in MS.

Digitized by Google

existentes pro tempore, personaliter residere teneantur in ea singulis annis per spatium octoginta dierum, continue vel vicibus interpellatis, incipiendo annum in festo Michaelis Archangeli in mense Septembri usque ad idem festum exclusive, anno revoluto. Et nisi Decanus et præbendarii seu canonici ejusdem Collegii prædictam residentiam annualem ut præmittitur adimpleverint, in fine anni de grossa mensa nihil recipiant; excepto quod Decanus recipiet redditus et proventus præbendæ suæ de Wytwange præmemoratæ, et singuli præbendarii sive canonici recipient quadraginta solidos sterlingorum, videlicet pro corpore præbendæ suæ, sive sint præsentes sive absentes.

Et quamvis superiori capitulo statuimus quod Decanus et singuli præbendarii seu canonici dictæ capellæ sive Collegii annuatim resideant in Collegio octoginta dierum spatio, continue vel vicibus interpellatis, et eos solos et non alios participes de grossa mensa, in fine anni inter canonicos sive præbendarios dividenda, qui in Collegio sive capella prædicta, secundum modum et formam superius descriptam, residentes fuerint; tamen, ex quibusdam causis justis, rationabilibus et honestis, moti, ac quadam benignitate et benevolentia adducti, exoptantes præterea ut (quoad fieri poterit) per dictos Decanum et canonicos sive præbendarios semen illud spirituale verbi Dei longe lateque in hoc regno Angliæ disseminetur, fructus multiplices bonorum operum ac Christianæ religionis et conversationis redditurum et reportaturum, atque ut diximus liberius peragant, permittimus et concedimus quod ipsi Decanus et canonici, omnes et singuli, abesse possint a dicto Collegio sive capella octoginta dierum spatio, continue vel vicibus interpellatis, nihilominus interea temporis recepturi et habituri suas quotidianas distributiones duntaxat, ac si præsentes fuissent et residentes in Collegio. **Term of absence allowed to Dean and Prebendaries.**

Item, statuimus quod, si Decanus, pro rebus suis familiaribus aut negotiis propriis, a dicta capella et Collegio absentare imposterum se disponat per octo dies continuos seu amplius quandocunque, quod, antequam recedat ab eis, unum de præbendariis seu canonicis ibidem residentibus, qui hoc onus subire velit et possit, et quem eligendum sic duxerit, suum deputatum in capitulo constituat, coram præbendariis seu canonicis residentibus tunc ibidem; qui, eo absente, dicti Decani in omnibus exerceat et gerat officium in personas et Collegium memorata. **Dean to appoint a Deputy when absent.**

Item, statuimus quod, vacante Decanatu dicti Collegii et capellæ qualitercunque, jurisdictio et quæcunque* pertinentes ad Decanum in capitulum Collegii prædicti, pro tempore vacationis hujusmodi, devolvantur; dictumque Collegium seu capitulum unum de præbendariis seu canonicis residentibus, post notam vacationem hujusmodi, infra duos dies proximos, **Vacancy in office of Dean.**

* Blank in MS.

Digitized by Google

deputabunt et eligent tunc sequentes; qui eidem Collegio et capellæ in rebus præerit et personis, donec ibidem provisum fuerit de Decano; cujus jurisdictione, facta sibi commissione per dictum capitulum, interim in omnibus perfruatur; sibique obediant dicti Collegii personæ singulæ, prout et Decano tenentur superstiti obedire. Si vero unicus sit ibidem præbendarius sive canonicus tunc residens sive præsens in dicta vacatione, durante auctoritate præsente, cujusque alterius commissione nullatenus expectata, dicta jurisdictione utatur.

Summons of a Chapter.

Item, statuimus quod capitulum Collegii sive capellæ congregetur et vocetur per Decanum, et in ejus absentia per ejus deputatum, in omnibus negotiis dictum Collegium concernentibus.

Stipends of Vicars, clerks, and choristers.

Item, quod singuli vicarii, tempore admissionis suæ, sint in ordine sacerdotali constituti; et singuli de vicariis recipiant annuatim pro omnibus suis necessariis summam * legalis monetæ Angliæ: clerici vero * et choristæ recipient summam * Præfatos autem vicarios, clericos et choristas, de dicta pecuniæ summa eis superius ascripta, percipere pro sua mensa quotidiana debere statuimus et ordinamus, de mense in mensem, prout superius limitatur in statuto de quotidiana distributione præbendariorum residentium.

Precentor to receive money for choristers.

Statuimus, insuper, quod præcentor dictæ capellæ sive Collegii, seu aliquis alius dictæ capellæ vicarius, per Decanum pro tempore existentem vel ejus deputatum assignatus, recipiet pecuniam choristæ debitam, æquis portionibus de mense in mensem, ad summam * de termino ad terminum, ad summam * in fine ipsorum. Eisdemque choristis, ex pecunia hujusmodi, dictus præcentor seu vicarius ministrari faciet competenter, tam in mensa quam in aliis opportunis. De qua pecunia eorum si quid residuum fuerit, ad usum eorum fideliter conservabit et solvet eisdem annuatim.

A tithe of the College revenue to be set aside yearly.

Item, statuimus quod decima pars taxationis seu communis extentæ possessionum et beneficiorum ecclesiasticorum omnium dicti Collegii et capellæ, quæ obtinentur ad præsens vel obtinebuntur in futuro, secundum quod pro eis ad decimam solvi oportebit, in communi ærario ipsius capellæ annuatim reponatur, et custodiatur secure ad ipsius Collegii et capellæ thesaurum et usum, in utilitates seu necessitates, per incendium, morinam animalium, seu defectum bladorum, vel aliunde, contingentes, et pro ipsius defensione jurium et pertinentium, si pro eis litigare oportuerit, seu incrementum reddituum applicanda. Quam quidem decimam seu quamvis partem ejusdem Decanus, præbendarius sive canonicus, seu quivis ipsius Collegii et capellæ minister, sibi ipsis usurpare vel inter se dividere, in aliosve

* Blank in MS.

Digitized by Google

usus quam præmissum est convertere, non præsumatur. Qui vero contrarium attemptaverit, tradendo vel recipiendo quovismodo, duplum illius traditi vel recepti, infra mensem a die monitionis per quemcunque dicti Collegii super hoc sibi factæ, refundere teneatur. Quod si non fecerit, eum ex tunc ab officio et beneficio quocunque dictæ capellæ manere volumus et ordinamus suspensum, quousque duplum hujusmodi solverit ærario ipsius peaellæ, omni spe sibi cujuscunque mitigationis seu remissionis adempta. Item, statuimus et ordinamus quod, si dicti Collegii et capellæ, dante Deo, immobilium et bonorum excreverint facultates, quod ipso pro numero præbendariarum seu canonicorum, vicariorum seu presbyterorum, clericorum et ministrorum aliorum, per nos superius limitato, sic possint sufficere abundanter quod, tam distributionibus quotidianis quam corporum præbendarum portionibus, necnon vicariorum, clericorum et aliorum ministrorum præfatæ capellæ, portionibus pro suorum victu et stipendiis, per modum quem ordinationibus nostris præsentibus limitamus, plenarie persolutis, aliisque ipsius caepllæ necessariis supportatis omnibus, ac decima taxæ de qua præmittitur deducta, reservata et custodita, per modum et ex causa per nos superius limitata, quicquid de redditibus et proventibus ejusdem capellæ quovis anno residuum fuerit et contigerit superesse, id annuatim, quando computus anni illius reddetur, inter Decanum et præbendarios seu canonicos residentes, juxta ratam residentiæ anni præteriti quam fecerint, dividatur.

Distribution of surplus revenue among the Dean and Prebendaries.

Item, statuimus quod Decanus, seu ejus deputatus, et thesaurarii dictæ capellæ sive Collegii, ecclesiam domosque præbendariorum seu canonicorum, vicariorum, clericorum et choristarum, a tempore quo constructæ fuerint, supervideant annuatim et frequenter, ipsius vero capellæ sive ecclesiæ fabricam ac vicariorum, clericorum et choristarum, domos constructas communibus expensis bonorum Collegii, integras conservent; et etiam corruptas, ruinosas seu dirutas, si quæ apparuerint in futurum, reparent et reforment. Mansiones vero domosque Decani, præbendariorum seu canonicorum, a tempore quo constructæ fuerint et consummatæ, suis propriis sumptibus et expensis sustinendas, manutenendas et reparandas, esse, decernimus. Quas etiam mansiones et domos præbendariorum seu canonicorum per dictos Decanum, suumve deputatum, et thesaurarios Collegii volumus annuatim supervideri. Si vero dicti præbendarii seu canonici aliquas de suis domibus, postquam constructæ fuerint, in suo statu tenere et suis sumptibus tempore competenti reparare neglexerint, per Decanum, aut ejus deputatum, aut dicti loci thesaurarios tribus vicibus personaliter, si ad Collegium accesserint vel ibidem morentur, sin autem alterius ipsorum literis monitoriis reparationis necessariæ, in stallis hujusmodi præbendariorum seu canonicorum negligentium expositis, sigil-

Repair of buildings.

Repairs of Dean's and Prebendaries' houses.

Digitized by Google

latis et patentibus moneantur, servatis interstitiis singulorum mensium inter monitiones singulas, quod hujusmodi defectus domorum suarum sive mansionum debite reparent et reforment, sub pœna privationis suarum præbendarum quas tenent ibidem: quam pœnam singulos dicti loci præbendarios sive canonicos incurrere debere statuimus, ipso facto si, infra biennium post tres monitiones hujusmodi, emendare domuum suarum defectus neglexerint contumaciter debite reparare. Volumus, præterea, quod, intra octo dies ante vel post festum Annuntiationis Beatæ Mariæ, per duos ex senioribus præbendariis seu canonicis non thesaurariis, una cum ipsis thesaurariis seu eorum altero, supervideantur annuatim domus sive ædificia ipsius Decani intra Collegium situata. Si vero aliquas [ex?] dictis domibus sive ædificiis, postquam constructæ fuerint et consummatæ, in suo statu tenere ac suis sumptibus reparare neglexerit, per dictos seniores et thesaurarios seu eorum alterum, modo et forma superius limitatis, moneatur quod hujusmodi defectus domorum sive ædificiorum debite reparet et reformet, sub pœna privationis sui Decanatus quem ibidem tenet, si, infra biennium post hujusmodi monitionem factam, emendare suarum domuum defectus et debite reparare neglexerit.

De electione thesaurariorum Collegii, et de eorum officiis.

Election of Treasurers.

Proventus et redditus, tametsi grandes fuerint, nisi fideliter recipiantur, caute conserventur, prudenter expendantur, vix sufficiunt paucitati, quanto minus multitudini! Quo circa statuimus, ordinavimus et decrevimus, quod annuatim, in crastino Catherinæ Virginis, si Dominicus dies non fuerit, tunc in secunda feria sequente id fiat, conveniant Decanus, vel ejus deputatus, et omnes præbendarii seu canonici residentes dicti Collegii et capellæ tunc præsentes, ad capitulum; in quo eligantur ex præbendariis seu canonicis quos prudentiores et fideliores æstimabunt; et in quos capitulum vel major pars ejusdem capituli consenserint, ipsi thesaurarii erunt dicti Collegii, pro anno futuro duntaxat. Et quilibet antedictorum thesaurariorum, pro suo hujusmodi labore, percipiant annuatim tres libras legalis monetæ Angliæ, si per annum in hujusmodi officio permanserint occupati; alioquin pro rata temporis, sicut de præcentore provisum est.

Their stipend.

Their duties.

Thesaurariorum officium erit, non solum summas pecuniarum de manibus eorum qui emissi sunt ad pecunias colligendas sive exigendas, cum arreragiis, tempore progressuum recipere, sed etiam redditus et proventus firmarum, maneriorum, beneficiorum, terrarum, possessionum, et aliarum receptionum ac solutionum quarumcunque intra Collegium factarum, de manibus œconomorum, ballivorum, receptorum, procuratorum, firmariorum, propositorum ipsius Collegii sive capellæ, ac aliorum quorumcunque, per indenturas sive indentatas acquietantias inter dictos thesau-

Digitized by Google

rarios, sive eorum deputatos vel alicujus eorum deputatum, et hujusmodi summas pecuniarum solventes, faciendas. Quas etiam pecuniarum receptiones sive solutiones ordinavimus semper fieri in thesauraria domo ad hoc deputata, et non alibi, ac in præsentia Decani aut, ipso absente a Collegio, senioris præbendarii seu canonici in Collegio residentis. Et, ne fraudis suspicio vel controversiæ occasio suboriatur, statuimus quod sint duæ magnæ indenturæ in membranis factæ; quarum unam habeat Decanus vel, ipso absente, senior præbendarius sive canonicus in Collegio residens non thesaurarius; alteram vero habeant ipsi thesaurarii vel eorum deputati. In quibus inscribantur, statim vel intra spatium unius diei naturalis post hujus receptionem factam, omnes summæ et particulæ omnium et singularum solutionum et receptorum per dictos thesaurarios sive eorum deputatos, tam ab eis qui missi sunt ad pecunias colligendas sive exigendas, cum arreragiis, tempore progressuum, quam ab aliis quibuscunque solventibus. Et easdem summas inscribi volumus in præsentia Decani seu, ipso absente, senioris præbendarii in Collegio residentis, non thesaurarii; ita, tamen, quod in illa parte indenturarum quæ apud Decanum manere debet vel, eo absente, apud seniorem præbendarium in Collegio residentem, seu canonicum in Collegio residentem, non thesaurarium, scribant soli thesaurarii vel eorum deputati, vel aliquis eorum deputatus scribat, omnes prædictas summas pecuniæ receptas, exprimendo nomina singulorum firmariorum et aliorum quorumcunque solventium, una cum die qua factæ sunt hujusmodi solutiones sive receptiones. In illa vero parte quæ apud dictos thesaurarios seu eorum deputatos vel deputatum manebit, solus Decanus vel, ipso absente, senior canonicus sive præbendarius in Collegio præsens, non thesaurarius inscribat omnes hujusmodi summas modo et forma prædictis. Ordinantes, præterea, quod in dicta thesauraria domo sit una fortis cista, tribus seruris serata; quarum [clavium?] unam habeat Decanus, vel ipso absente ejus deputatus in Collegio residens, non thesaurarius; et junior canonicus sive præbendarius non thesaurarius et senior canonicus non thesaurarius reliquas duas claves inter se separatim habeant. In qua cista reponantur sive custodiantur secure omnes pecuniarum summæ sic ut præfertur receptæ, una cum omnibus et singulis billis sive acquietantiis indentatis, per dictos thesaurarios sive eorum deputatos vel deputatum pro tempore existentes factis. De qua cista, prædicti thesaurarii seu eorum deputati, vel eorum quilibet deputatus, habebunt, juxta discretionem, consilium et assensum, capituli seu majoris partis ejusdem, per Decanum vel ipso absente per ejus deputatum congregandi, in domo capitulari, quasdam rationabiles et certas summas pecuniarum per modum mutui, ad applicandas et exponendas ad calendarium mensuum solutiones faciendas, tam vicariis quam aliis ministris capellæ sive Collegii et famulis ejusdem, ad quotidianas quoque distributiones canoni-

Indentures of accompts.

A chest in the Treasury for loans.

Digitized by Google

corum seu præbendariorum residentium, et ad alias quotidianas minutas expensas ad utilitatem Collegii et necessitates ejusdem, et non in alios usus quovismodo. Statuentes, præterea, dictas summas pecuniarum, per dictos thesaurarios seu eorum deputatos vel deputatum sic, ut præfertur, per modum mutui receptas, debere inscribi, per manus thesaurariorum vel eorum deputatorum vel deputati, in dorso illius partis indenturarum in membranis factarum quæ apud Decanum, vel, ipso absente, apud seniorem canonicorum vel presbyterorum in Collegio residentium, manere debet. Ac, deinde, ordinamus easdem pecunias sic mutuatas reponi in alia quadam cista, in prædicta domo thesauraria conservanda, duabus serruris serata; quarum claves ipsi thesaurarii et eorum deputati inter se separatim habeant. In eadem cista ipsi thesaurarii et eorum deputati habebunt unum libellum, in quo, ne inter se computando discordent, singulæ expensarum solutiones, etsi minutæ sint, immediate post hujusmodi solutiones factas inscribantur, propter oblivionem seu negligentiam vitandam. Statuimus etiam et ordinavimus quod thesaurarii prædicti et eorum deputati Decano et singulis personis dicti Collegii aut capellæ, absque personarum acceptione, amicitia, odio vel favore, cessantibus, de portionibus assignatis eisdem, statutis ad hoc terminis, sub dicto sui debito juramenti satisfacere teneantur. Præterea, quotiens aliquem thesaurarium extra Collegium sive capellam devillando contigerit abesse per diem naturalem, tunc clavem sive claves ad suum officium pertinentes, propter causas aliquas necessesarias quæ interim verisimiliter accidere possunt, dimittat in custodia alicujus præbendarii sive canonici residentis non thesaurarii, qui ejus vices sic absentis supplere voluerit, et pro quo ipse thesaurarius sic absens suo periculo tenebitur respondere. Statuimus etiam quod, si quis præbendariorum seu canonicorum electus fuerit et nominatus ad officium thesaurarii, seu ad aliqua alia onera vel negotia statum et utilitatem Collegii concernentia sive tangentia, si aliquod prædictorum sibi injunctorum, sine causa rationabili per capitulum vel majorem partem ejusdem approbanda, adimplere recusaverit contumaciter, corpus præbendæ sic recusantis per biennium, necnon quotidianæ distributiones etiam emolumenta quæ per duos menses percepturus foret, ibidem cæteris præbendariis seu canonicis residentibus applicentur et accrescant.

Books of mutual accompts.

Treasurer's deputy in his absence.

Penalty for refusal of office of Treasurer, etc.

Celebration of anniversary of Henry VIII. and his Queen Consort.

Item, statuimus quod, cum serenissimus dominus Rex noster Henricus Octavus, Dei gratia Rex Angliæ et Franciæ, dominus Hiberniæ, Defensor Fidei, Collegii prædicti sive capellæ fundator, aut domina Regina ejusdem consors, ipsorumve filii filiæve, ab hac luce subtracti fuerint, ipsorum nomina in omnibus libris missalibus et martyrologio dictæ capellæ ad perpetuam rei memoriam scribantur, et dies obitus eorundem annuatim in perpetuum ipso die, si commode fieri valeat, alioquin alia prox-

Digitized by Google

ima die sequente si impedimentum non occurrerit, officium totale mortuorum cum missa majori defunctorum solenniter, pro animabus ipsorum singillatim singulorum, perpetuo celebrentur. In anniversariis autem eorundem dominorum Regis et Reginæ, ipsorumque filiorum et filiarum, quando ipsos ab hac luce migrare contigerit, singuli præbendarii seu canonici ipsius capellæ et Collegii, necnon vicarii et clerici, qui in habitu et in choro ejusdem officio mortuorum et missis celebrandis pro ipsis pœnitentialiter interfuerint, distributiones quotidianas diebus obituum hujusmodi propter hoc habeant duplicatas. Et si residens Decanus in anniversariis hujusmodi gratis interesse neglexerit, decem solidorum argenti; præbendarius vero sive canonicus residens quinque solidorum, et vicarius duorum solidorum sterlingorum, si similem defectum gratis commiserit; pœnas incurrant, ærario et usibus communibus applicandas.

Places of refection, and chambers of Vicars, clerks, and choristers.

Statuimus, insuper, quod vicarii prædicti singuli communiter, simul in una domo, ad refectionem quacumque vice diei, et in aliis suis cameris sive cubiculis noctanter ad sompnum, clerici vero in domo refectoria vicariorum ad secundam tabulam, non in eadem mensa cum vicariis, ad refectionem omni vice diei simul, et in cameris sive in cubiculis ipsis assignatis simul noctanter et ad sompnum, se recipiant, absque fraude; nisi necessitas vel infirmitas vel justum impedimentum occurrat, propter quæ vel quod ipsorum aliquem extra eorum cameras aut cubicula jacere oporteat vel manere; quo casu aut loco communi cibaria recipere, ac in loco extra communem domum aut aulam valeant illis uti.

Pueri vero choristæ sint in mensa.

Penalties on Vicars and clerks for absence from college at night.

Item, statuimus et ordinamus quod vicarii et clerici singuli dicti Collegii et capellæ se recipiant infra suæ habitationis ipsius Collegii mansum, et in eo remaneant singulis noctibus, si non fuerint legitime impediti vel alias per Decanum ejusve deputatum debite licentiati. Nullique eorum liceat infra duo miliaria circa dictam capellam morari, vel alias vagari noctanter quovismodo, sub pœna privationis suarum vicariarum et status quas et quem ibi obtinent, si, tertio commoniti, culpabiles in aliquo præmissorum reperti, se debite prius non corripuerint. Quam pœnam incurrere statuimus singulos præmissorum si, tertio in hac parte convicti, culpabiles reperiantur.

Admission of females.

Item, statuimus quod ipsius capellæ et Collegii Decanus, præbendarii seu canonici, vicarii, quivis ministri ecclesiastici præbendariis seu canonicis inferiores, mulieres notorie infames cujuscunque conditionis existant ad sua illic mansiola non adducant vel scienter admittant, præcipue noctanter; sub pœna privationis suorum stipendiorum et status quæ et quem illic obtinent quæcunque; quam ipsorum singulos, si vero moniti per capitulum in his culpabiles reperti fuerint, incurrere volumus ipso facto. Item, statuimus quod ipsius Collegii et capellæ

Digitized by Google

Frequenting taverns.

præbendarii seu canonici, necnon vicarii et clerici et alii ejusdem collegii ministri, tabernas seu alia loca suspecta non frequentent; sed super omnia pacem, absque omni contemptus aut contumeliæ genere, et mutuam caritatem studeant invicem observare.

Adjudication in matters of discord.

Item, si inter Decanum, quoscunque præbendarios, canonicos, vicarios, clericos aut cæteros ipsius capellæ aut collegii ministros quoscunque, contingat discordiæ alicujus (quod absit!) materiam aboriri, statuimus, et Decano qui erit pro tempore ibidem, suo vel, ipso absente, deputato, districte præcipimus, ut, quam citius sibi de hoc constiterit, hujusmodi curent sedare discordiam diligenter, ipsam concordia vel judicio terminando. Quod si facere non valuerint, cum per quem stabit absque causa quominus fiat concordia, statim ab ingressu chori et quotidianarum distributionum perceptione suspendant, et tamdiu suspensum sic teneant quousque ad concordiam justam et rectam judicio Decani seu ejus deputati se conformet. Item, statuimus quod nulla verba contumeliosa vel injuriosa aut rixosa maliciose

Penalties for causing strife.

præferantur inter præbendarios, canonicos, vicarios, clericos, aut alios ministros dicti collegii aut capellæ quoscunque; sub pœna, videlicet, ut, si præbendarius seu canonicus sit sive sint, solvat seu solvant ærario collegii tres solidos quatuor denarios, præter pœnas et ordinationes in proximo præcedente statuto contentas. Si vicarius aut vicarii fuerit aut fuerint, solvat seu solvant viginti denarios pari et simili modo. Si clericus seu clerici sive alii ministri, exceptis pueris choristis, solvat vel solvant octo denarios pari et simili modo. Item, quia detractores, susurrones, seminantesque discordiam inter Decanum, præbendarios, canonicos, vicarios, clericos seu alios aut cæteros ipsius collegii aut capellæ ministros, scisma damnabile inducuntur odium provocant et exulant caritatem, statuimus et tam ipsius collegii Decano quam ejus deputato, eo absente, districte præcipimus quod, si quos reperierit esse ejusmodi, si vero super hoc judicio capituli vel majoris partis ejusdem legitime convicti, tertioque commoniti se debite non correxerint, eos a collegio prorsus abjiciat et teneat abjectos, ad id non resumpturus eosdem sine domini Regis, qui erit pro tempore, licentia speciali.

De supervisione terrarum, et de compoto audiendo.

Yearly progress of Dean and others to overlook the manors, etc., of the College, and to receive monies.

Experti novimus redditus et proventus ex negligentia et incuria possessorum ruere et delabi: verum est illud tritum adagium, quo quis a re sua sit remotior eo propinquior est damno. Quocirca, ut in capellæ seu collegii possessionibus nulla quoad fieri possit sit jactura, statuimus ut, singulis annis, inter Pascha et Pentecostem, fiat progressus sive circuitus per Decanum collegii et unum ex præbendariis seu canonicis residentibus, ad hoc per capitulum seu majorem partem ejusdem eligendum,

Digitized by Google

qui Decano in hujus progressibus assistat, et per clericum compoti, vel, Decano legitime impedito, per aliquem ex præbendariis seu canonicis residentibus, ad hoc electum et nominatum per capitulum vel majorem partem ejusdem capituli, et clericum compoti, ad omnia maneria, beneficia, silvas, boscos, staurum vivum mortuum, ad collegium sive capellam pertinentia, supervidenda, ac ut ruinosa quæ tunc necessario reparanda fuerint reparentur, necnon ad pecunias collegio debitas una cum arreragiis, si quæ sint, exigendas. Fiat etiam alius progressus post autumnum, quam citius fieri potest, ad ea peragenda quæ supra memorantur, si ad hoc per capitulum congregandum intra octo dies post festum Michaelis in mense Septembri, vel majorem partem ejusdem, visum fuerit necessarium et expediens, per aliquem præbendariorum seu canonicorum residentium eligendum et nominandum, et per clericum compoti. In quibus quidem progressibus et in eorum singulis, volumus quod de omnibus et singulis summis per dictum Decanum et canonicum fiant mutuæ indenturæ inter receptores ex parte collegii sive capellæ et firmarios et alios quoscumque solventes; et quod receptores hujusmodi, intra triduum postquam ad capellam sive collegium redierint, thesaurariis collegii sive eorum deputatis reddant seu reddere faciant indentatas acquietantias, tempore progressus factas; et solvant seu solvere faciant tunc ipsis iisdem thesaurariis seu eorum deputatis omnes et singulas summas pecuniarum tempore progressus receptas, et easdem inscribant sive inscribi faciant in magnis indenturis in membranis factis modo et forma superius limitatis, in statuto de electione thesaurariorum collegii et eorum officio. Facientes vero hujusmodi progressus, receptis per eos expensis per nos capitulo proximo limitatis, nullam aliam exactionem seu procurationem exigant a firmariis aliisve personis progressuum tempore visitatis, nisi fœnum vel avenam pro equitaturis per nos capitulo proximo designatis, focalia et stramenta pro duabus diebus naturalibus duntaxat; nisi aliter in indenturis firmariorum ac aliorum tenentium contineatur. Item, ordinamus et statuimus quod, quamdiu dicti Decanus vel præbendarius seu canonicus quiscunque extra collegium aut capellam circa prædictum progressum, aut in negotiis ipsius collegii procurandis emissi, occupati fuerint veraciter absque fraude, fructus seu corpora suarum præbendarum, et emolumenta quæcunque alia in illa capella præstari consueta seu ordinata residentibus, proinde percipiant et habeant ac si in ipsa ex tunc personaliter residerent. Ordinantes, præterea, ut, cum nova ædificia magna vel reparationes sumptuosæ domorum et aliorum sunt facienda, illa non incipiantur ante primum diem Martii et finiant et cessant in festo Simonis et Judæ ex tunc proximo sequente; ædificationibus et reparationibus, quæ commode absque dispendio collegii differri non possunt, duntaxat exceptis. Volumus insuper ut, in progressu autumnali aut

Autumn progress.

Indentures of receipts, with farmers, etc.

Allowances to those making the progresses.

Period for repairs of houses, etc.

Digitized by Google

Accompts of bailiffs and receivers.

postea si prædictus progressus omittitur aliquando, per clericum compoti aut per alium ex mandato Decani, vel ipso absente ex ejus deputati, et canonicorum sive præbendariorum residentium moneantur omnes et singuli receptores, ballivi, firmarii Collegii, præpositi, et alii quicunque computantes, ne ignorantiam allegent et excusent, de certo die Novembris assignato, quo parati sint Oxoniæ in collegio sive capella ad reddendum compotum suum, redditusque ac arreragia solvenda; nisi interdum, ex rationabili et urgenti causa per capitulum vel majorem partem ejusdem approbanda, temporibus aliis et alibi fuerint facienda. Statuentes præterea ut, audito forinsecorum compoto in collegio seu alibi, ut præfertur, statim vel intra decem dies continuos post clausum compoti prædicti, omnes hujusmodi compoti seorsim et particulariter in forma et in mundis membranis scribantur et ingrossentur; qui cum rotulis curiarum, quas etiam volumus singulis annis inscribi et ingrossari in pergameno sive in membrano, et cum aliis memorandis, reponantur in quadam capsula sive tabella in domo capitulari ad hoc deputata, ut evidentiæ et declarationes, tam pro defensione majorum ecclesiarum et jurium quam de annuo valore eorundem, de tempore in tempus valeant haberi in futurum. Adjicimus quoque quod, post completionem hujus compoti, fiant duæ indenturæ in membranis, omnes summas ex quolibet dominio et aliis possessionibus collegii sive capellæ receptas, ac etiam onera et expensas eorundem, anno præterito, continentes, una cum arreragiis particulatim expressis; quarum una pars remanebit apud Decanum vel, ipso absente, apud ejus deputatum, alia erit in manibus thesaurariorum collegii seu eorum deputatorum, usque ad finem anni futuri; et tunc easdem volumus apponi in prædicta capsula sive tabellario, cum rotulis computorum conservandas, ut sic singulis annis patere poterit status collegii sive capellæ.

Indentures of the receipts from, and charges on, the several manors.

Allowance of expenses in absence on College business.

Auctore Apostolo, nemo militat suis stipendiis unquam, dignus est enim operarius mercede sua. Statuimus itaque ut, quoties, de communi consensu capituli seu majoris partis ejusdem, Decanum et quemvis præbendariorum seu canonicorum, vel, Decano impedito, unum ex præbendariis aut alium quemcunque, contigerit emitti ad negotia collegii subeunda, considerata causæ et negotii qualitate, loci distantia et aliis circumstantiis, arbitrio capituli vel majoris partis ejusdem, expensæ subministrentur necessariæ; ita quod prædictus Decanus, pro se et suis, compotum reddat seu reddi faciat, coram duobus seniioribus præbendariis in collegio residentibus, de hujusmodi expensis factis et dictorum judicio allocandis, in veris et certis particulis, intra quatuor dies postquam redierit ad collegium, sub pœna amissionis omnium dictarum expensarum. Præbendarii vero et alii, quicunque sunt emissi, hujusmodi compotum reddant seu reddi faciant intra tres dies postquam ad collegium redierint, de expensis per eos factis, in veris et certis particulis, judicio

Digitized by Google

capituli seu majoris partis ejusdem allocandis, sub pœna prædicta. Proviso semper quod Decanus, si propter hoc emittatur, sex, pro se et pro canonico eidem assistente cum famulis, canonicus vero seu præbendarius ad hoc emissus sine Decano tres, equitaturas, præter duos equos clerici compoti, sumptibus dicti collegii non excedant. Nulli autem præmissorum, se asserenti dicti collegii procurasse negotia vel gessisse, quicquam solvatur expensarum nomine vel etiam allocetur, nisi de consensu communi capituli vel majoris partis ejusdem, ut præfertur, pro ipsius collegii fuerit emissus negotiis prosequendis.

Two general Chapters annually, to audit accompts and reform abuses.

Item, ordinamus quod duo capitula generalia ipsius Collegii aut capellæ in domo capitulari teneantur annuatim; unum scilicet in crastino Animarum, si in die Dominica non occurrat: quo sic contingente, in sequente feria proxima tunc id fiat. Aliud vero fiat feria secunda proxima post Inventionem Sanctæ Crucis. In hiis autem capitulis erunt præsentes* Decanus prædicti Collegii vel ejus deputatus. In ipso vero capitulo quod in crastino Animarum vel proxima feria fieri debet, deputentur quatuor de præbendariis seu canonicis residentibus; qui, una cum Decano aut ejus deputato, thesaurariorum ejusdem collegii, et omnium et singulorum aliorum ipsius Collegii firmariorum, ballivorum, receptorum, et quorumcunque aliorum quamcunque bonorum ejusdem communem administrationem habentium, auditores sint, et ratiocinia et compotos audiant de receptis et ministratis seu solvendis per eosdem. Coram quibus, quoscunque administrationem bonorum, fructuum, proventuum, pro præmissis gerentes, statuimus de receptis et administratis per eos fideles debere reddere rationes. In altero vero capitulo, celebrando secunda feria proxima post festum Sanctæ Crucis, deputentur duo ex canonicis sive præbendariis residentibus; qui, una cum Decano vel ejus deputato, audiant visum semestrem seu particularem compotum thesaurariorum, de omnibus et singulis receptis et expensis per eos intrinsecus factis, tam distributionum ac solutionum calendarium et quotidianarum ac stipendiorum, quam aliorum expositorum et solutorum; ut sic patere possit de tempore in tempus status collegii. Et si in aliqua re aut persona erratum inveniant dicti auditores, tam tempore compotus generalis quam etiam tempore visus particularis vel semestris, ipsum intra duos dies capitulo renuntient; ut per idem fiat reformatio cum effectu, prout videbitur expediens et utile collegio. In ipsorum vero capitulorum utroque, diligens annuatim habeatur tractatus de et super ordinandis et reformandis omnibus et singulis [quæ?] circa spiritualia vel temporalia collegii et capellæ prædictæ expedienda occurrerint seu utilia videbuntur. Et si ad præmissa perficienda duorum capitulorum hujusmodi non sufficiant primi dies, ipsa capitula continuari et prorogari statuimus per dies ulteriores tunc sequentes, prout rerum necessitas vel utilitas exposcet, donec hujus reformanda et ordinanda

* Sic in MS.

Digitized by Google

debito fine pertractentur et terminentur. Quæcunque autem dictis capitulis ordinata, diffinita seu statuta fuerint laudabilia, nostris præsentibus ordinationibus minime repugnantia, debent ab ipsius capellæ seu collegii personis singulis, prout ipsis contigerit, firmiter observari, quamdiu per sequentem diffinitionem capitulorum hujusmodi non fuerint immutata. In singulis, præterea, capitulis, sacrista dictæ capellæ, qui erit pro tempore, debebit Decano, sive ejus deputato, et collegio hujusmodi libros, calices, et omnia alia suæ custodiæ commissa, per indenturam integraliter exhibere. Si quid autem, per incuriam vel negligentiam ipsius sacristæ vel culpam, de rebus suæ custodiæ commissis perditum fuerit, destructum, redditumve deterius quovismodo, dictus sacrista de suo proprio emendare, restituere seu reficere, teneatur; ad quæ per Decanum ejusve deputatum et majorem partem capituli præsentis arctius compellatur; et officium sacristæ alteri committatur, prout videbitur expedire.

Inspection of Chapel books and chalices.

Tametsi magnam Decano auctoritatem dedimus, tanquam collegii sive capellæ præcipuo, qui et cæteris imperare habet, ne tamen fretus nimium suo ingenio sit aut potestate, statuimus ut in majoribus collegii negotiis, videlicet, in traditionibus aut locationibus firmarum, beneficiorum ecclesiasticorum et maneriorum præsentationibus, quorum advocationes vel jus patronatus ipse Decanus et præbendarii seu canonici obtinent aut posthac obtinebunt; aut in causis, controversiis, placitis, litibus, ipsum collegium sive capellam concernentibus, aggrediendis seu inchoandis, aut aliis similibus seu majoribus negotiis; Decanus sive ejus deputatus et omnes præbendarii sive canonici dictæ capellæ, saltem tunc præsentes, ad capitulum conveniant, ad communiter tractandum et deliberandum de hujusmodi negotiis; reliquos vero absentes, qui voluerint interesse, per decem dies statuimus expectandos, nisi negotiorum celeritas aliud exposcat; alioquin determinatio quæcumque sive concessio in et de præmissis facta pro nullo habeatur. Item, si propter grandem sterilitatem seu inevitabilem necessitatem oporteat sumi mutuum vel expediat, seu dictum collegium aliter obligari, statuimus per Decanum dicti collegii, seu per ejus deputatum, hæc fieri non licere, donec ipsum capitulum collegii, vel saltem major pars, super obligatione facienda seu mutuo contrahendo expresse consenserit. Contractus etiam mutui ultra summam centum marcarum sterlingorum per Decanum et collegium dictæ capellæ fieri ex quavis causa non licere, absque domini Regis, qui est vel qui erit pro tempore, licentia speciali: si quæ vero contra præmissa in aliquo attemptari contigerit, illa statuimus existere nullius firmitatis. De negligenti custodia quamplurimos audivimus conquestos, de vigilanti autem neminem, neque major adhibenda est vigilantia quam in communi sigillo conservando; tot enim solent incommoda eveniri. Statuimus, itaque, quod Decanus et canonici sive præbendarii capellæ prædictæ sive

Matters of importance to be considered in chapter.

Contracting loans.

Common seal.

Digitized by Google

collegii commune habeant sigillum, repositum in quadam cistula tribus serruris firmata; quarum clavium distinctarum unam Decanus, vel eo absente ejus deputatus, aliam vero thesaurarius collegii senior, tertiam vero unus ex præbendariis seu canonicis qui fuerit senior residentiarius; sic quod nunquam unus duas vel omnes claves gestare debet. Quo sigillo mandamus ut nihil unquam signetur, nisi ante plene et aperte in registro indenturarum præsentationum ad beneficia et sigillum* scribatur, et hoc in domo capitulari.

Alienation of lands, etc.

Accumulatores potius in hoc collegio exoptamus quam dissipatores; raroque videntur aliena servare atque acquirere qui sua negligenter dispergunt. Quamobrem, statuimus ut maneria, advocationes, jus patronatus ecclesiarum, terras, tenementa, redditus, servitia, nativos, solum vel area domus suæ, silvam aut boscum, id est locum ubi crescebat, prata, pascua, pasturas, seu alia bona immobilia quæcunque prædicti collegii, sive spiritualia seu temporalia aut mixta, nullomodo alienent, nisi concurrente consensu Decani omniumque canonicorum ac Patroni collegii. Tamen, si contigerit dictum Decanum et præbendarios sive canonicos collegii habituros domos in urbibus aut oppidis, aut alia ædificia, maxime molendina, quæ magnas semper requirunt reparationes, et parum terrarum, pascuorum, pratorum aut redditiuum, ad ea pertineat, permittimus dictos Decanum et præbendarios talia permutare et alienare pro terris, pratis, pascuis, pasturis, redditibus, ad utilitatem collegii proventuris, si ad hoc concurrat consensus Decani et omnium canonicorum sive præbendariorum. Nolumus autem, præterea, quod ecclesias appropriatas dictæ capellæ spectantes, aut maneria, possessiones, jura, jurisdictionem, redditus seu proventus quoscunque, per nos concessa vel imposterum concedenda, alicui vel aliquibus ad firmam demittant seu tradant ultra viginti quinque annos, per scriptum, aut aliter ad ulteriorem dimissionem, post lapsum dictorum annorum, capellam seu collegium sub quovis colore obligent, sub pœna perjurii, ipso facto. In maneriis tamen et locis ubi terræ tenentur secundum consuetudinem manerii et servantur curiæ, observetur illorum consuetudo. Rursus, si quæ terræ aut tenementa provenerint imposterum ad dictum collegium per escaetam sive forisfacturam, defectum hæredum, per donum, per emptionem, vel alio modo, illa possunt per copias secundum consuetudinem manerii vel indenturas, ut præfertur, dimittere. Indenturæ quoque cujuscunque dimissionis erunt inter Decanum et præbendarios, ex una parte, et recipientem aut recipientes, ex altera parte, conficiendæ, sigilloque communi dicti collegii [et ?] recipientis sigillandæ. Et apponatur hæc clausula in omnibus hujusmodi indenturis; quod hujusmodi tenentes terras, tenementa, beneficia, portiones aut quæcunque alia, ultra medietatem eorundem, non alienabunt, nec

Leases of lands, etc., not to exceed term of twenty years.

Indentures of leases.

* Sic in MS.; read "similium."

Digitized by Google

terminum ad tempus sic eis concessum aliis personis quibuscunque concedent seu qualitercunque tradent, sive licentia speciali et consensu capituli vel majoris partis. Et apponatur hæc clausula, scilicet, "et ad omnes particulas in hujusmodi indenturis contentas debite observandas, recipientes in summa convenienti collegio sint omnino obligati." Et quanquam supra prohibuimus maneria et firmas ultra viginti annos per indenturas dimitti et locari, permittimus tamen ut areæ in urbibus, oppidis, villis et vicis ac etiam horti, gardina, et hujusmodi particulæ minutæ, per perticas aut pedes limitatæ, possunt tradi aut dimitti ad sexaginta, aut ad summum ad septuaginta, annos. Statuentes, præterea, ut Decanus et canonici dictæ capellæ pensiones annuas, annuitates vel cantarias perpetuas, aut corrodia aliqua, nullo pacto ex nostro collegio concedant, nec ad aliqua onera, spiritualia vel temporalia, collegium sive capellam imperpetuum vel ultra terminum quadraginta annorum obligent quovismodo; nisi, pro hujusmodi onere supportando, suaque indemnitate et interesse, redditus et possessiones perpetuas ad hujusmodi onera supportanda sufficientes, ita ut quarta saltem pars redditiuum et possessionum hujusmodi singulis plerisque et communibus annis imperpetuum, ultra omnia alia onera, de claro in omne ævum collegio proveniat, pro collegio seu capella adepti et nacti fuerint et quiete possideant; ut, videlicet, ad onus trium librarum, collegio sive capellæ conferantur redditus et possessiones perpetuæ ad valorem quatuor librarum, ultra reprisas, singulis annis continuis vel saltem plerisque, et ita proportionaliter. Ita quoque ut, decrescentibus aut deficientibus, citra culpam aut fraudem Decani aut canonicorum seu præbendariorum, illis redditibus et possessionibus, decrescat vel deficiat pars oneris, vel totum ipsum onus, proportionaliter respondens.

Plots of ground in towns, gardens, etc., may be let for sixty or seventy years.

Granting pensions, corrodies, etc.

Ut in nostro collegio provocati ad lites et arma semper sint parati, nec ad pugnam in acie progrediantur inermes, statuimus ut eorum arma, hoc est evidentiæ, chartæ, munimenta et reliqua scripta, in domo capitulari sive in aliquo alio loco securo ponantur; ita ut in una cista magna, valida et secura, tribusque obserata seruris, quarum diversas claves separatim habeant Decanus vel ejus deputatus, eo absente, senior thesaurarius et senior canonicus non thesaurarius, conserventur bullæ omnes Apostolicæ episcopales cum processibus, appropriationes ecclesiarum, ordinationes vicariorum; chartæ regiæ et aliorum dominorum, cæteraque munimenta originalia, et ea quæ sunt majoris ponderis, una cum nostra charta magna regia fundationis prædictæ; liber quoque originalis omnium statutorum nostrorum nostro sigillo obsignatus, castigator depravationis si quæ obtigerit. In capsis autem, in eadem domo capitulari sive alio loco securo collocatis reponantur omnia registra, transcripta bullarum Apostolicarum, regiarum et aliorum dominorum, compotus thesaurariorum, indenturæ magnæ arreragiorum. In aliis autem capsis

Custody of muniments, etc.

Digitized by Google

ibidem, pro unoquoque comitatu confectis, imponantur capsellæ ligneæ includentes chartas, munimenta et scripta, compotus, curiarum rotulos, ad quodlibet manerium aut beneficium in eo comitatu pertinentia, rentalia, terraria, cum limitibus, bundas appellant; quæ in decimo vel duodecimo quolibet anno renovari volumus, ut constat ubi distringatur cum opus sit, et ne particula terræ majori adjuncta ab ea devoretur. Prohibemus, insuper, Decano ac omnibus et singulis canonicis collegii seu capellæ, ne ad ostensionem evidentiarum seu earum exemplariorum sint nimis præproperi; præsertim in hujusmodi in quibus tangitur jus sive titulus possessionum collegii seu capellæ; sed tantummodo fiat ostensio hujusmodi, cum deliberatione matura, cum ad hoc moveat urgens causa et necessaria valde, et cum eorum jurisprudentium consilio in quibus præ cæteris confidunt; ut sic evitentur imaginationes, inventiones subtiles, ac pericula quæ insequi poterint. Showing evidences.

Peractis jam institutis et legibus, quæ ut in omne ævum permaneant inviolata pientissime exoptamus, Decanum dictæ capellæ sive collegii, canonicos sive præbendarios, cæterosque omnes dictæ capellæ sive collegii, cujuscunque fuerint gradus aut ordinis, hortamur et obsecramus, ut ad observationem eorum dies noctesque invigilent, et, omni torpore excusso, elaborent, enitantur; et in visceribus Jesu Christi obtestamur quatenus statuta omnia et singula superius edita permaneant immutata: reservantes tamen domino Regi Henrico, ejus nominis octavo, prædictæ capellæ sive collegii Fundatori ac Patrono benignissimo meritissimoque, dum humanas traxerit auras, auctoritatem atque potestatem plenariam prædicta omnia statuta interpretandi, declarandi, minuendi, mutandi, derogandi, tollendi, cumque eis dispensandi, nova præterea condendi, edendi et statuendi; hiis ordinationibus et statutis factis seu faciendis aut aliis (etiam juramento firmatis) non obstantibus quibuscunque. Cæteris autem omnibus, cujuscunque dignitatis, auctoritatis, status, gradus aut conditionis, existant, Decano et canonicis collegii sive capellæ pro tempore existentibus dumtaxat exceptis, facultatem interdicimus omnimodam, ne aliqua nova statuta pro dicta capella sive collegio, aut aliquibus ejusdem personis, ordinent, condant aut decernant, aut cum aliquo statuto dispensent. Quod si quæ nova per aliquem alium vel alios quoscunque edantur aut statuantur, eisdem nolumus quenquam dictæ capellæ sive collegii adstringi aut obligari; sed ab eorum observantia Decanum cæterosque omnes dictæ capellæ liberos et exemptos per præsentes decernimus et declaramus. Præterea, extremam jam appositurí manum, paucula duximus adjicienda, quæ ad prædictorum statutorum quorundam clariorem et dilucidiorem attinebunt interpretationem. Quoniam, igitur, in plerisque statutorum locis mentionem fecimus de canonicorum seu præbendariorum seniore, eidem sæpenumero Observance of Statutes. Power of interpreting or altering Statutes. Seniority among Prebendaries.

Digitized by Google

auctoritatem deferentes aliqualem, ne subinde in futurum contentio oriatur quis inter collegii prædicti canonicos sive præbendarios major videatur, ita impræsentiarum mentem nostrarum interpretamur; ut ille senioritatis nomine gaudeat et potiatur, locumque digniorem ac excellentiorem tam in capitulo dictæ capellæ sive collegii quam in choro ejusdem habeat et teneat, qui prior admissus fuerat per dictum dominum Regem Fundatorem, aut per successores ejusdem domini Regis, in canonicatum sive in præbendarium ejusdem capellæ.

Digitized by Google

STATUTES OF KING HENRY THE VIIIth's COLLEGE.

INDEX OF SUBJECTS.

Absence, 195
Accompts, 199, 200, 203, 204
Allowances, 194, 203
—— in absence, 204
Bailiffs, accompts of, 204
Buildings, repair of, 197
Canons, *v.* Prebendaries.
Chambers, 201
Chapel books and chalices, inspection of, 206
Chapters, 196, 205
——, matters to be considered in, 206
Chest for loans, 199
Choristers, 193, 194
——, stipends of, 196
——, chambers of, 201
Clerks, 193, 194
——, stipends of, 196
——, chambers of, 201
College, members of, 185
——, patronage of, 186
Corrodies, 208
Dean, authority of, 185
——, services by, 189
——, stipend of, 194
——, to hold prebend of Wytwange, 194
——, residence of, 194
——, absence of, 195
——, deputy of, 195
——, repair of house of, 197
——, progress of, 202, 203
Discord, 202
Election of Treasurers, 198
Exequies, 189
Females, admission of, 201
Founder, prayers for, 186
Henry VIII., masses for, 186, 187
——, celebration of anniversary of, 202
Host, the, 191
Houses, repair of, 197, 203
Lands, etc., alienation of, 207
Leases of lands, 207
—— of ground in towns, 208
Loans, 206
Mary, Virgin, mass of, 186, 187
Masses for Henry VIII., 186, 187
Muniments, etc., custody of, 208, 209
Penalties for absence from exequies, 189
—— for leaving chapel, 190
—— for using unsuitable vestments, 191
—— for refusal of office, 200
—— for absence from College at night, 201
—— for causing strife, 202
Pensions, 208
Prayers, 187, 188
Prebendaries, 185
——, services by, 190
——, stipends of, 194
——, residence of, 194
——, absence of, 195
——, repair of houses, 197
——, seniority of, 209
Precentor, 192
——, punishment of, 193
Progress, yearly, 202, 203
Requiem, 186, 189
Revenue, tythe of, 196
——, surplus, 197
Sacristan, 192, 193
Sarum, Use of, 190
Seal, common, 206
Seniority, 209
Services, 186, 190
——, tapers at, 191
Statutes, observance of, 209
——, power to alter, 209
Stipends of Precentor, 192
—— of Sacristan, 192
—— of Dean, 194
—— of Prebends, 194
—— of Vicars, 196
—— of Clerks, 196
—— of Choristers, 196
—— of Treasurers, 198
Taverns, 202
Treasurers, 198
——, deputy of, 200
Vestments, 191
Vicars, 193, 194
——, stipends of, 196
——, chambers of, 201
Wytwange, prebend of to belong to the Dean, 194

Digitized by Google

HM

Digitized by Google

Digitized by Google

MAR 9 - 1943

Digitized by Google